DECISIONES
SACRÆ
ROTÆ ROMANÆ
Additæ ad Tractatum de
SVBHASTATIONE
LVDOVICI POSTII
I. V. C. PERVSINI.

QVÆ IN ADDITIONIBVS EIVSDEM referuntur alibi non impreſſa.

GENEVÆ,
mptibus Ioannis Antonii & Samuëlis De Tournes.

M. DC. LXX.

Digitized by Google

INDEX DECISIONVM ADDITARVM.

AMERINA *Bonorum* 21. *Februar.* 1642. *Royas, dec.*158.
Eadem 18. *Maij* 1643. *Eodem, dec.*163.
Eadem 27. *Februarij* 1644. *Eodem, dec.* 168.
Eadem 2. *Iun.*1645. *Eodem, dec.*172.
Anconitana Bonorum 1. *Iun.*1643. *Bichio, deciſ.* 166.
Anconitana Cambiorum 14. *Maij* 1642. *Dunozetto iuniore, dec.* 160.
Anconitana Cenſus 7. *Maij* 1646. *Peuting. dec.* 199.
Eadem 27. *Maij* 1647. *Eodem dec.*216.
Eadem 19. *Iun.*1648. *Eodem dec.*244.
Anconitana Cenſuum 26. *Nouembris* 1635. *Merlino, dec.*151.
Eadem 3. *Mart.*1636. *Eodem, dec.* 152.
Anconitana Dotis 7. *Febr.*1642. *Cerro, dec.*222.
Eadem 24. *Aprilis* 1643. *Eodem, dec.*224.
*Eadem prima Iul.*1643. *Eodem, dec.* 187.
Eadem 9. *Decembris* 1648. *Eodem, dec.*235.
Eadem 30. *Maij* 1650. *Veroſpio, dec.*237.
Eadem 21. *Aprilis* 1651. *Eodem, dec.*238.
Anconitana Pradij 14. *Dec.* 1629. *Pirouano, dec.*140.
Eadem 17. *Maij* 1630. *Eodem, dec.*141.
Ariminen. Carcerat. 5. *Mart.*1647. *Royas, dec.*228.
Ariminen. Manutentionis prima Iul. 1647. *Ghiſilerio, dec.*211.
Eadem 5. *Iun.*1648. *Eodem, dec.*232.
Eadem 10. *Iun.*1652. *dec.*249.
Ariminen. Pecuniaria 22. *Iun.*1646. *Arguell. dec.*247
Ariminen. Salniani 19. *Iun.*1643. *Bichio, dec.* 186.
Aſculana Manutentionis... *Maij* 1646. *Meltio, deciſ.* 226.

B*Aren. ſeu Nullius Pecuniaria* 26. *Maij* 1645. *Cerro, dec.*193.
Beneuentana Domus 14. *Decembris* 1646. *Otthobono, dec.*203.
Beneuentana Hoſpitij 1. *Iul.*1633. *Ghiſiler. dec.* 144.
Beneuentana Salium 17. *Februar.* 1634. *DunoZetto iuniore, dec.* 147.
Bituntina Cenſus 5. *Iul.*1649. *Arguelles, dec.*236.
Bononien. Cenſus 21. *Febrr.*1642. *Ghiſilerio, dec.*223.
Eadem 27. *Mart.* 1647. *Eodem, dec.* 207.
Bononien. Dotis, ſeu Pecuniaria 17. *Iun.*1647. *Dunozetto iuniore, dec.*209.
Bononien: Fideicommiſſi de Pancaldis 11. *Mart.*1641. *panzirolo, dec.* 178.
Bononien. Legatis 8. *Aprilis* 1647 *Cerro, deciſ.*292.
Bononien. Pecuniaria 17. *Iun.*1641. *Carillo, dec.* 182.
Bononien. Pradij 21. *Maij* 1640. *Ghiſilerio, dec.*180.
Bononien. Pradij 4. *Apr.*1642. *Peutingero, dec.* 159.
Eadem 16. *Iun.*1642. *Eodem, dec.* 161.

C*Iuitatis Caſtelli Spolij* 7. *Maij* 1638. *Ghiſilerio, dec.*126.
Eadem 10. *Maij* 1641. *Eodem, dec.* 128.
Ciuitatis Plebis Salniani 1. *Iul.*1647. *Bichio, dec.*210

Æ*Sina Bonorum* 20. *Februarij* 1641. *Bichio, dec.*127.

F*Anen. Dotis* 1. *Iul.*1643. *Cerro, dec.*225.
Farſen. Bonorum 14. *Dec.* 1646. *Royas, dec.* 204
Eadem 10. *Iun.*1647. *Eodem, dec.*230.
Fauentina Spolij 27. *Iun* 1640. *Coccino, dec.* 134.
Firmana Cenſus 14. *Iun.*1634. *Merlino, dec.*124.
Firmana Domus 28. *Nou.*1631. *Coccino, dec.* 123.
Firmana Pradij 14. *April.*1636. *Buccabella, dec.* 125.
Firmana Pradij 24. *Maij* 1640. *Peutingero, dec.*179
Firma[illegible]*radij* 3. *Iun.*1644. *Otthobono, dec.*130.
Florentina Horti 1. *Iul.*1643. *Bichio, dec.*164.

I*Anuen. Fructuum Dotis* 24. *Ianuar.*1646. *Cerro, dec.*197.
Ianuen. pratenſa Separationis Thori 22. *Iun.* 1650. *Melsio, dec.* 219.
Iuuenacen. & Melphiten. Bonorum 15. *Ianuar.*1646. *Corrado, dec.* 196.

L*Auretana Domus* 14. *Iun.*1643. *Bichio, dec.* 185
Eadem 10. *Iun.*1644. *Eodem, dec.*131.

MEdiolanen. Penſionis 31. Januar. 1646. Bichio. dec. 143.
Meliten. Hæreditatis 6. Febr. 1640. Veroſpio, dec. 170.

NEpeſina Pecuniaria 4. Maij 1644. Veroſpio, dec. 191.
Eadem 15. Febr. 1647. Eodem, dec. 206.
Eadem 14. Iun. 1647. Eodem, aec. 108.

POrtuen. Stagni 13. Iun. 1646. Veroſp. dec. 291.
Eadem 8. Febr. 1647. Eodem dec. 227.

REgien. Manutentionis 27. Iun. 1644. Veroſpio, dec. 170.
Romana Apothecarum 23. Ian. 1647. Peutingero, dec. 176.
Romana Bonorum 1. Iun. 1640. Royas, dec. 181.
Romana Cambiorum 21. Iun. 1630. Motmanno, dec. 142.
Romana Cenſus 6. Mart. 1645. Peutingero, dec. 192
Romana Cenſuum 27. April. 1644. Royas, dec. 129.
Eadem 16. Mart. 1646. Eodem, dec. 136.
Romana Domorum 25. Iun. 1646. Bichio, dec. 173.
Romana Domorum in Burgo 18. Maij 1646. Otthobono, dec. 215
Eadem 12. Nou. 1649. Eodem, dec. 245.
Romana Domorum 20. Iun. 1650. Otthob dec. 218.
Romana Domus 18. Dec. 1617. Sacrato, dec. 138.
Romana Executionis 28. Nouembr. 1633. Coccino, dec. 146.
Romana Executionis trium conformium 27. Ian. 1648. Royas, dec. 231.
Romana Fideicommiſſi de Spiritibus 15. Ian. 1646. Cerro, dec. 135
Romana Hæreditatis de Gratianis 29. Maij 1643. Royas, dec. 165
Eadem 28. Iun. 1649. Bichio, dec. 240.
Romana Locorum Montium 18. Maij 1643. Meltio, dec. 162.
Romana de Luraghis 4. Iun. 1646. Cerro, dec. 200.
Romana, ſeu Iannen Locorum Montium. 28. Iun. 1641. Dunozetto Iuniore, dec. 157.
Romana Nullitatis Deliberationis 27. Aprilis 1644. Ghiſilerio, dec. 190.
Romana Palatij 29. April. 1643. Ghiſilerio, dec. 184
Eadem 22. Aprilis 644. Eodem, dec. 169.
Romana Pecuniaria 4. Dec. 1634. Dunozetto iuniore, dec. 148.
Romana Reſidui Dotis 15. Iun. 1648. Cerro, dec. 233.
Romana Reſtitutionis Dotis 4. Febr. 1650. Peutingero, dec. 220
Eadem 27. Iun. 1650. Eodem, dec. 221.
Romana Saluiani 30. Ian. 1645. Bichio, dec. 239.
Romana Saluiani 12. Ian. 1646. Arguelles, dec. 195.
Romana Saluiani 18. Febr 1650. Corrado, dec. 246.
Eadem 10. Febr. 1651 Eodem, dec. 248.
Romana Saluiani 18. Mart. 1650. Bichio, dec. 241.
Romana, ſeu Spoletana Redditionis Rationis 31. Ian. 1650. Otthobono, dec. 243.
Romana Spolij 13. Iul. 1633. Card. Vbaldo dec. 145.
Romana Spolij 1. Dec. 1642. Ghiſilerio, dec. 183.
Romana Subhaſtationis de Alexijs 12. Dec. 1644. Cerro, dec. 171.
Eadem 15. Febr. 1647. Eodem, dec. 205.
Eadem 15. Mart. 1648. Eodem, dec. 234.
Romana Subhaſtationis 10. Iun. 1650. Veroſpio. dec. 217.
Romana Subhaſtationis 7. Iun. 1651. Bichio, dec. 242
Romana Sylua 15. Maij 1628. Card. Veroſpio ſeniore, dec. 139.
Romana, ſeu Tiburtina Dotis, ſeu Pecuniaria 4. Iul. 1646. Peutingero, dec. 174.
Romana Vinea 4. Iun, 1635. Pirouano, dec. 149.
Eadem 4. Iul. 1635. Eodem, dec. 150.
Eadem 14. Maij 1636. Eodem, dec. 153.
Romana Vinea 19. Febr. 1644. Bichio, dec. 189.

SEnogalien. Societatis 3. Ian. 1645. Royas, dec. 132.
Spoletana Manutentionis 12 Maij 1645. Bichio, dec. 133.
Eadem 16. Febr. 1646. Eodem. dec. 198.

TIburtina Caſtri 23. Ianuar. 1644. Peutingero, dec. 188.
Tolentina Prædij, ſeu Pecuniaria, vel Dotis 11. Maij 1640. Merlino, dec. 155.
Tudertina Redditionis Rationis 28. Iun. 1645. Otthobono, dec. 194.

VErcellen. Prioratus 28. Nouembris 1646. Peutingero, dec. 175.
Vrbeuetana Bonorum 26. Februar. 1638. Pirouano, dec. 154.
Vrbeuetana bonorum 2. Mart. 1646. Meltio, dec. 137.
Vrbeuetana Cenſus 6. Iun. 1640 Ghiſilerio, dec. 156.
Vrbeuetana Frumenti 27. Iun. 1646. Meltio, dec. 202
Vrbeuetana Reſtitutionis 14. Decembris 1643. Peutingero, dec. 167.
Eadem 17. Iun. 1644. Eodem, dec. 212.
Eadem 22. Maij 1645. Eodem, dec. 213.
Eadem 11. Decembris 1645. Eodem, dec. 214.

FINIS.

DECI-

Digitized by Google

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ ADDITÆ

Ad Tractatum de Subhaſtatione.

COCCINO.

Firmana Domus.

Veneris 28. Nouembris 1631.

SVMMARIA.

1 *Manutentio datur poſſeſſori, qui in ſubhaſtatione non interuenit, nec pro illa Breue obtinuit.*

2 *Error Extractiſtæ non debet parti nocere.*

3 *Conſentiens, vt quis ſatisfiat de credito ſuper aliqua re, perdit illius poſſeſsionem, nec poteſt manuteneri & n. 5.*

4 *Animo ſolo amittitur poſſeſsio.*

6 *Immiſſo ex ſaluiano ſatisfacto, & rem non dimittente, competit contra eum non ſolum actio ſpolij, ſed etiam manutentio, & num. ſeqq. vt num. 14.*

7 *Ampl. vt ſpolium computat, etiam hæredi Domini.*

8 *Creditor non poſſidet ſibi, ſed Domino.*

9 *Euictionis actioni non locus ex immiſſione creditoris. Lim. vt num. 10. Sublim. vt num. 11.*

12 *Immiſſus ex ſaluiano non ſibi, ſed Domino poſsidet.*

13 *Emphyteuſi finita datur Domino directo manutentio in vim poſſeſſionis ciuilis pro recuperatione naturali exiſtentis penes hæredem inueſtiti.*

15 *Lim. vt detur hæredi, ſi ſit dubium, an emphyteuſis ſit finita.*

16 *Immiſſo ex ſaluiano dari poteſt manutentio pro fructibus decurſis, & decurrendis.*

17 *Decl. reſpectu decurrendorum procedere in decurrendis pendente ſatisfactione decurſorum, ſecus in decurrendis completa ſatisfactione omnium decurſorum.*

18 *Cenſus Dominus non poteſt ad ſortem agere, & quatenus agat, & obtineat, mandatum dicitur iniuſtum.*

19 *Decl. vt, ſi adimpleantur promiſſa, poſſit ad ſortem agere non tamquam ad ſortem, ſed ratione damnorum, & intereſſe. Subdecl. vt num. 10.*

DECISIO CXXIII.

QVIDAM de Raccamadoribus ſuper nonnullis bonis impoſuerunt annuum cenſum ſcutorum 32. illumque vendiderunt Adubæ Carbinellæ pretio ſcutorum 400. Cum autem poſtmodum dictus cenſus peruenerit ad Christophorum Pacium, eadem bona fuerunt vendita Dominorum de Azzolinis ſub fideiuſſione Equitis Torquati, nec non illorum de Cecchis. Sed, cum idem Chriſtophorus egerit pro ſatisfactione contra bona cenſuata, prædicti Eques Torquatus, & Cecchi ſuſceperunt in ſe onus ſoluendi dictum cenſum, reportata ceſſione, cuius vigore egerunt ſaluiano contra Domum poſſeſſam per DD. de Raccamadoribus, in illo iudicio immitti obtinuerunt, donec de ſuo credito primo loco Eques Torquatus, & ſecundo loco præfati de Cecchis fuerint ſatisfacti. Cum vero dicta Domus ad inſtantiam illorum de Cecchis fuerit ſubhaſtata pro portione Ioſephi Morici, deliberataque ad fauorem cuiuſdam Thomæ pro ſcutis 455. ſoluendis hoc modo, videlicet ſcutis 20. ipſis Cecchis pro fructibus cenſus, ſcutis autem 200. ſoluendis Margaritæ Roſatæ ceſſionariæ dicti Chriſtophori Pacij emptoris cenſus pro fructibus, & rata ſortis principalis, alijs vero ſcutis 55. ſoluendis prædicto Ioſepho Morico pro melioramentis factis in dicta Domo, & poſtmodum dictus Thomas licitator ceſſit dictam Domum pro eodem pretio ad fauorem Roſatæ vxoris prædicti Ioſephi Morici.

Stante hac ſerie facti 23. Maij huius anni, cum Cecchi non eſſent in cauſa, dubitaui, An Equiti Torquato danda eſſet manutentio in dicta Domo non obſtante dicta ſubhaſtatione; & Domini affirmatiuè reſponderunt,
1 qui † ipſe non interuenerit in iudicio dictæ ſubhaſtationis, nec Breue ad ſui inſtantiam fuit impetratum. Quod motiuum licet videatur ſubſiſtere, etiam quod dicatur poſitioni datæ fuiſſe reſponſum per verba,
2 *Hoc credit*, cum † ex ſerie, & modo reſpondendi viſum fuerit Dominis, eſſe errorem Extractiſtæ, qui poſuit aſpirationem H. loco litteræ N. & litteram C. loco litteræ N. & ſic articulum, Hoc, loco particulæ negatiuæ N. Nihilominus hodie ex duobus fundamentis de nouo deductis Domini receſſerunt à deciſis, & dixerunt, D. Equiti Torquato non eſſe dandum mandatum de manutenendo.

Primo quia, cum Domus eſſent duæ, & duo eſ-

ſent creditores, videlicet Cecchi, & Eques Torquatus, ipſe Eques fuit contentus, vt quilibet poſſet agere ſuper vna Domo, vt de ſuo credito ſibi ſatisfieret, prout ipſe faſſus fuit in reſponſione ad quintam poſitionem proceſſus primæ inſtantiæ. Vnde
3 ex hoc perdidit poſſeſſionem quoad Domum ſubhaſtatam, ita vt non poſſit amplius petere manutentio-
4 nem, * ſolo enim animo perditur poſſeſſio, *l.3.§. in amittenda. ff. de acq. poſſ. Surd. conſ.* 114. *nume.*25. *&* 513. *numer.* 7. *&* 8. quare in hoc caſu non eſt diſputandum de viribus ſubhaſtationis, in qua dictus Eques
5 nullum habet intereſſe, * cum perdiderit illius poſſeſſionem ex eo, quod conſentijt, vt Cecchis ſatisfieret ſuper iſta Domo, non autem ex ipſa ſubhaſtatione, circa quam ſtante dicto conſenſu, propterea nihil ipſe habet agere.

Secundo principaliter fuit conſideratum, quod,
6 * cum fuerit ſatisfactum Equiti Torquato de ſuo credito, competebat Ioſepho Morico non ſolum actio ſpolij contra Equitem Torquatum, ſed etiam manutentio, vt de primo eſt *tex. in c. cum contra. de pign. vbi Hoſtien. poſt princ. Io: Andr. poſt nu.* 1. *Butr. num.* 3. *Neguſ. de pign.* 2. *memb. par.* 7. *num.* 2. *in fin Paul. Marcheſ. de ſalu. par.* 3. *cap.* 19. *num.* 10. *&* 11. *Scapucc. de ſalu. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 6. *&* 7. & fuit dictum in cauſa *Romana Vineæ de Brunis* 4. *Decemb.* 1584. *coram Bubalo,* & in *Montis Leonis,* ſeu *Mileten. Domus* 3. *Iulij* 1617. *coram Eminentiſſ. D. meo Cardin. Pamphilio,*
7 * immo & hæres Domini poteſt intentare officium Iudicis contra creditorem, poſtquam fuit ſatisfactus, *d. c. cum contra, in fin. de pign. Hoſt. & alij ſupra allegati, S. M. Greg. dec.* 542. *nu.* 2. *& ſeqq.* & fuit dictum in cauſa *Romana Spolij* 10. *Decemb.* 1627. *coram R. P. D. meo Merlino.*

Et, quod etiam poſſet petere manutentionem, ſi dominus non habuit ſe pro ſpoliato, ſatis patet, quia
8 * creditor non poſſidet ſibi, ſed Domino, & hinc
9 eſt, quod * creditore immiſſo non poteſt agi euictione, *Bart. in l. ab emptione, num.* 8. *verſ. ſuſtinendo poteſt dicere, ff. de pact. Surd. conſ.* 481. *num.* 14. fuit dictum in cauſa *Romana Saluiani* 20. *Nouemb.* 1630. *coram R. P. D. meo Merlino.* Nec ad rem pertinet, quod
10 * creditore immiſſo vigore ſaluiani poteſt agi de euictione, quando euictio fuit promiſſa tam auocata, quam non auocata poſſeſſione, *Bart. in l. ratio num.* 1. *verſ. dic vt in gl. ff. de act. empt.* & fuit dictum in
11 d. cauſa *Romana Saluiani*; Quia * hoc non prouenit ex eo, quod creditor poſſideat, ſed pacto ex-
12 preſſo; certum eſt enim in iure, quod * immiſſus vigore ſaluiani non ſibi, ſed Domino poſſidet, vt modo dictum eſt; & in ſimili videmus, quod,
13 finita emphyteuſis datur Domino directo manutentio vigore poſſeſſionis ciuilis ad effectum recuperandi naturalem exiſtentem penes hæredem vltimo loco inueſtiti, *Bart. in l.* 1 *§. quod ait Prætor. num.* 17. *ff. vti poſſid. Bero. conſ.* 102. *num.* 43. *& ſeqq.* vbi bene declarat *lib.* 1. *Hond. conſ.* 21. *num.* 19. *& ſeqq. lib.* 2. & fuit reſolutum in cauſa *Ciuitatis Caſtelli Bonorum* 8. *Nouembris* 1589. *coram bo. me. Hieronymo Cardinali Pamphilio*; & nouiſſime in *Regien. Bonorum* 15. *Martij* 1630. *coram me.*

14 Neque obſtat, quod * prædicta procederent, ſi eſſet clarum, quod Eques Torquatus fuiſſet ſatisfactus de ſuo credito, ſed, cum non ſit clarum
15 interim debet manuteneri, * prout manutenetur hæres defuncti, quando cepit poſſeſſionem rei emphyteuticæ, & eſt dubium, an emphyteuſis ſit finita vt fuit reſolutum in cauſa *Ariminen. Bonorum* 27. *Iunij* 1608. *coram bo. me. Cardinali Sacrato,* vbi allegantur *Corn. conſ.* 193. *num.* 3 *lib.* 3. *Gabr. conſ.* 67. *nu.* 17. *lib.* 2. & fuit reſolutum in cauſa *Bononien. de Canalibus* 11. *Ianuarij* 1602. *coram bo. me. Hieronymo Cardinali Pamphilio,* & in *d. Regien. coram me.* Nam huic fundamento fuit reſponſum, obiectum eſſe veriſsimum, ſed non applicari, quia in caſu iſto conſtat de clara ſatisfactione Equitis Torquati.

Quod autem conſtet de clara ſatisfactione ſatis
16 patet, nam, * etſi poſſet concedi manutentio vigore ſaluiani pro fructibus decurſis, & decurrendis, *Scapucc. de ſalu. lib.* 1. *q.* 14. *num.* 7. *Rot. dec.* 444. *num.* 3. *verſ. quibus non obſtantibus*, iuncto principio deciſionis *verſ. primo quia, par.* 1. *diuerſ. Surd. deciſ.* 120.
17 *num.* 6. *Hond. conſ.* 17. *lib.* 2. * hæc tamen concluſio pro fructibus decurrendis intelligitur medio tempore, ſcilicet donec creditori ſatisfiat de primo credito, nam, poſtquam fuit dicto creditori ſatisfactum de primo credito, poteſt retinere, donec ſatisfiat de fructibus medio illo tempore decurſis, non autem intelligitur, quod ſemper retineat, declarauit *Rota in cauſa Romana Spolij* 10. *Decembris* 1627. *coram R. P. D. meo Merlino,* & propterea, habita ratione ad omnes iſtos fructus, illorum quantitas aſcendit ad ſcuta 294. non autem, vt prætenditur, ad ſcuta 320. & error in hoc ſtat, quia partita in credito ſub *num.* 16. in Summario Equitis Torquati eſt de Florenis 69. qui conſtituunt ſcuta 34. $\frac{5}{10}$ circa quam informantes pro illi æquiuocant, dum illam partitam Florenorum ponunt in calculo pro ſcutis. Et in omnem euentum ceſſat omnis difficultas, quia exactiones factæ pro ſatisfactione eiuſdem Equitis aſcendunt ad ſcuta 352. Quod clare deprædenditur, quia idem Eques poſt immiſsionem obtentam ſuper Domo, de qua agitur, eam locauit ſub die 7. Februarij anni 1624. vt in eod. Summ. numer. 3. pro penſione annua ſcutorum 54. quæ locatio durauit vſque ad diem 8. Octob.... quo fuit facta ſubhaſtatio, & ſic ſpatio quatuor annorum; & octo menſium penſio aſcendit ad ſcuta 247. & ab inde citra vſque ad præſens continuauit in altera parte illius Domus locata Lucio Sorg..... in ſcutis 30. vt in dicto Summ. nomer. 3. & ſic ratione iſtius temporis penſio aſcendit ad ſcuta 105. quæ duæ ſummæ inſimul conflatæ aſcendunt ad dictam ſummam ſcutorum 352.

Neque obſtat, quod Eques Torquatus erat cre-
18 ditor etiam ſortis principalis; Quia * non poteſt agere ad ſortem obſtante Bulla Pij V. at quamuis,
19 † quando quis non adimplet promiſſa, ſors principalis repeti poſsit ratione damnorum, intereſſe, non autem tamquam ſors, *Rot. dec.* 138. *numer.* 2. *&*
20 *dec.* 286. *num.* 5. *apud Cenc. de cenſib.* † Attamen non conſtat fuiſſe actum ad ſortem cenſus loco damnorum, & intereſſe ob non adimplementum, nec docetur de aliquo adimplemento non facto, & quatenus
21 mandatum fuiſſet relaxatum ad ſortem, vtique eſſet iniuſtum ex dicta Conſtitutione Pij V.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

MERLINO.

Firmana Cenſus.

Mercurii 14. Iunij 1634.

SVMMARIA

1 *Reſoluto iure impoſitoris cenſus reſolutus dicitur etiam cenſus, & nu.* 11.

2 *Euictionis*

Digitized by Google

2 *Euictionis promiſſioni factus eſt locus, & commiſſa eſt ſtipulatio ex cenſus reſolutione.*

3 *Cedens nomen debitoris vt cenſum, tenetur, vt nomen ſit bonum de iure, ideſt verum, & reale, non autem de facto ideſt locuplex, & ſoluendo.*

4 *Decl. vt ſi promiſerit præſtare bonum de facto, & exigibile, intelligatur de tempore tantum ceſſionis, & futura deterioratio cedat damno ceſſionarij.*

5 *Euictionis promiſſioni vt locus ſit, ſufficit, quomodocumque nomen ceſſum euictum, & ablatum ſit.*

6 *Cedens non dicitur præſtare nomen verum in ſua ſubſtantia, & cum effectu, ſi cenſus ceſſus non ſubſiſtat, vti impoſitus ſuper re alteri obligata.*

7 *Ceſſionarius non poteſt agere contra cedentem, niſi prius excuſſo nomine debitoris ceſſo, & contra ipſum debitorem omni adhibita diligentia pro exactione.*

8 *Decl. procedere, quando tantummodo ſimpliciter promiſſum fuit nomen exigibile ſecus vbi promiſſa eſt euictio cum tunc non ſit agendum de diligentijs.*

9 *Saluiano aufertur ſola poſſeſſio, ſeu detentatio, per quam non dicitur ſecuta euictio.*

10 *Identitas probari debet per ſpeciales demonſtrationes nec ſufficit generalis territorij, & contradæ.*

12 *Ceſſione facta alterius nomine debet ceſſionarius agens docere de mandato, vel ratificatione.*

13 *Decl. vt, ſi ſit facta nomine proprio, & fratrum ex cauſa neceſſaria, puta dotis ſororis, pro qua fratres æque tenerentur vti hæredes patris, non poſſint fratres ceſſionem impugnare, & repellantur exceptione obligationis.*

DECISIO CXXIV.

OCtauius Lucius Dominus cenſus ſcutorum mille, impoſiti per Cornelium ſuper ſuis bonis, illum ceſſit Vicis loco partis pretij Prædij empti ab eiſdem, ſeque in forma Cameræ pro illius euictione obligauit, vt in Summar. Santini n. 1. Per Vicos idem cenſus ceſſus fuit Santino pro dote eorum ſororis. Cumque bona, ſuper quibus impoſitus erat cenſus, fuerint per anteriores creditores Cornelij euicta, Santinus egit contra hęredes Octauij cedentis pro euictione, hoc eſt, tam pro ſolutione fructuum decurſorum, & non ſolutorum, quam pro reſtitutione ſortis principalis, & duas ſententias obtinuit, quas Domini, Cauſa in Rota mihi commiſſa, hodie confirmandas eſſe cenſuerunt.

Validitas enim non controuertitur, & de iuſtitia conſtat ex dicto inſtrumento ceſſionis, in quo promiſſa fuit euictio cenſus; vnde, cum illa fuerit ſequuta, dum Prædia, ſuper quibus erat impoſitus
1 cenſus, fuerant euicta, & ſic, * reſoluto iure impoſitoris hypothecantis, reſolutus etiam fuit cenſus iuxta tradita per *Cenc. de cenſib. par. 3. cap. 1. quæſt. 7. & in Romana Cenſus 29. Aprilis 1630. coram R. P. D.*
2 *meo Dunozetto*. Et * conſequenter factus eſt locus promiſſioni euictionis, & commiſſa eſt ſtipulatio, *l. euicta, re. l. venditor. l. ſi in venditione, ff. de euict. Surd. conſ. 36. num. 4. Theſaur. dec. 85. num. 1. & deciſ. 102. n. 1. Rot. cor. S. M. Greg. XV. dec. 88. n. 3. & ſeqq.*

3 Non obſtat, quod * cedens nomen debitoris, & cenſuum non tenetur ad aliud, niſi quod illud nomen ceſſum ſit bonum de iure, hoc eſt verum, & reale, non autem quod ſit bonum de facto, hoc eſt locuplex, & ſoluendo, *Theſaur. iun. q. 73. per tot. lib. 3. Maſtrill. dec. 340. nu. 9. Add. ad S. M. Greg. XV. dec.*
4 *559. in fin.* * Vel, quatenus promiſiſſet præſtare bonum de facto, & exigibile, tenetur id facere tantum de tempore ceſſionis, adeo vt ſi tractu temporis deterioretur, cedat damno ceſſionarij, *Surd. deciſ. 316. num. 42.* cum alijs per *Cenc. de cenſib. par. 2. q. 2. art. 6. num. 63.*

Quoniam, ſi verſaremur in terminis ſimplicis ceſſionis, & dationis in ſolutum nominis debitoris, bene applicarentur prællegatæ concluſiones, ſed agitur non primæua actione competente ex natura ceſſionis, ſed de euictione contra eum, qui de-
5 dit, ſignanter in inſtrumento promiſſa, * ad quem effectum ſat eſt recipienti, fuiſſe nomen debitoris euictum, & ablatum, quomodocumque illud fuerit euictum, *Bart. in l. ſi quis aliam, & ibidem Caſtr. ff. de ſolut. Bero. conſ. 46. numer. 10. lib. 1. Surd. conſ. 22.*
6 *num. 34* Vltra quod * non dicitur cedens præſtare nomen debitoris ceſſum verum in ſua ſubſtantia, & cum effectu, dum detegitur illud non ſubſiſtere, & eſſe nullum, tamquam impoſitum ſuper re alteri obligata, & bene applicantur tradita per *Gratian. deciſ. 13. numer. 2. & per tot. Rot. deciſ. 123. numer. 13. & 14. par. 2. diuerſ. Cenc. de cenſib. par. 2. d. art. num. 34. in fin.*

Qua reſponſione tollitur etiam, quod diceba-
7 tur, * non poſſe ceſſionarium agere contra cedentem, niſi prius excuſſerit nomen debitoris ceſſum, & omnem adhibuerit diligentiam contra ipſum debitorem pro exactione, *Becc. conſ. 105. num. 13. Eugen. conſ. 73. num. 9. Menoch. conſ. 778. num. 3. & 4.* Quia dum intentatur actio pro euictione, non eſt agen-
8 dum de diligentijs, & * concluſio locum ſibi obtinet, quando nomen debitoris ſimpliciter promiſſum fuit exigibile, non autem vbi promiſſa eſt euictio, & ita loquuntur prællegati DD. & alij, per *Cenc. de cenſib. par. 2. q. 2. art. 6. n. 71.*

Non obſtat, quod non ſatis conſtet, Prædia, ſuper quibus impoſitus fuit cenſus, fuiſſe euicta, eo quia alterum poſſideatur ab ipſo Santino, alia ve-
9 ro fuerint per ſaluianum ablata, * ex quo iudicio aufertur dumtaxat poſſeſſio, ſeu detentatio, quod non ſufficit ad effectum, vt res dicatur euicta, vt not. *Add. ad S. M. Greg. XV. d. dec. 88. n. 11.* & fuit dictum *in Romana Spolij 10. Decemb. 1627. cor. me.*

Quoniam quoad primum Prædium teſtes dati in ſumm. num. 7. ad effectum probandi, illud partim poſſideri à cenſus impoſitore, partim à Santino, minimè id probant, cum nullus exprimat confines ſed generaliter dumtaxat demonſtrationem in ter-
10 ritorio Muccignani *Contrada delle Coſte*, † quæ non ſufficit pro identitate probanda, ſed ſpeciales requiruntur demonſtrationes, iuxta tradita per *Peregr. conſ. 48. num. 3. lib. 1. Rot. dec. 295. num. 8 par. 2. recent. & in Romana Fideicommiſſi de Deſiderijs 14. Martij 1619. coram me.*

Quo vero ad alia Prædia per ſaluianum auuocata non intrat motiuum, quia non agitur pro euictione
11 Prædiorum, ſed cenſus, qui reſolutus fuit, dum ius impoſitoris cenſus fuit reſolutum, ſiue id contigerit ex ſaluiano iudicio, ſiue ex quocunque alio, vt ſupra dictum fuit.

12 Nec releuat, quod † Santinus ceſſionarius non doceat de ceſſione, cum Patritius Vicus ceſſerit nomine fratrum, de quorum mandato, aut ratificatione non docetur, & ideo non ſit audiendus; *Surd. conſ. 269. num. 25. Rot. poſt. Zacch. de oblig. camer. deciſ. 40. n. 2. & dec. 136. n. 6.*

13 Quoniam apparet, † ceſſionem fuiſſe factam per Patritium ex cauſa neceſſaria, nempe dotis ſororis, pro qua fratres æquè ac ipſe erant obligati tam-

Digitized by Google

quam hæredes patris, & alter eorum, nempe Felix ſe ſubſcripſit capitulis matrimonialibus, & propterea non erat opus alia eorumdem ratificatione, ſique ipſi vellent impugnare ceſſionem ex defectu ratificationis, repelluntur exceptione obligationis, qua tamquam hæredes patris tenentur ad d. dotem ſororis, *arg. l. vendicantem, ff. de euiction. cum concord.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

BVCCABELLA.

Firmana Prædij.

Lunæ 14. Aprilis 1636.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio capta vigore ſubhaſtationis iudicialis, eſt manutenibilis.*

2 *Iudex ritè, & rectè procedens priuat ciuili, & naturali poſſeſſione.*

3 *Poſſeſſio transfertur ex clauſula conſtituti in inſtrumento venditionis appoſita.*

4 *Poſſeſſio ſemel adepta præſumitur continuata vſque ad tempus motæ litis, non docto, quod alius medio tempore poſſederit.*

5 *Poſſeſſio per conſtitutum tranſlata, & iuris præſumptione continuata ſuffragatur etiam ad obtinendum mandatum de manutenendo.*

6 *Manutentio ſine poſſeſſione non competit.*

DECISIO CXXV.

REſolutum fuit, DD. de Compagnonis informantibus, dandum eſſe mandatum de manutenendo.
1 * Quia conſtat ex publico Inſtrumento de poſſeſſione Delij eorum auctoris, capta vigore ſubhaſtatio-
2 nis, & Iudicis authoritate, * qui ritè, & rectè procedens D. Mattheuccium ſua poſſeſſione tam ciuili quam naturali priuauit, *l. iuſte poſſidet, vbi Bart. ff. de acq. poſſeſſ. Angel. in l. clam poßidere, §. qui ad nundinas, numer. 2. in fin. ff. eod. Mohed. deciſ. 4. nu. 4. de reſt. ſpol. Rot. dec. 62. num. 3. & 4. par. 2. diuerſ. &*
3 *dec. 478. nu. 4. coram Card. Caualer.* * Quæ Delij poſſeſſio per clauſulam conſtituti, in inſtrumento venditionis appoſitam, fuit poſtmodum tranſlata in dd. Compagnonos, *l. quid meo,* & ibi *DD. ff. de acq. poſſeſſ. l. quadam mulier, vbi Gloſſ. & alij, ff. de rei vendit. Bart. in l. ab emptore, num. 7. ff de pact. Aym. conſ. 107. ſub num. 1. Rot. dec. 240. n. 4. coram Reuerendi-
4 *ßimo Domino meo Decano,* * & præſumuntur continuata vſque ad tempus motæ litis, dum non docetur, alium dicto medio tempore poſſediſſe, *c. olim, vbi* DD. *& c. cum ad ſedem, de reſt. ſpol. l. 3. §. in amittenda, & §. quod ſi ſeruus, ff. de acq. poſſ. l. cum qua ff. de prob. Rot. deciſ. 4. de prob. in nou. & dec. 401. n. 2. p. 4. diuer.* Vnde dd. de Compagnonis non poteſt
5 denegari manutentio, * cum d. poſſeſſio per conſtitutum tranſlata, & ex iuris præſumptione continuata ſuffragetur etiam ad obtinendum mandatum de manutenendo, *Rot. d. dec. 401. num. 2. & dec. 437. num. 3.* & ibi *Adden. nu. 6. coram S. M. Greg. XV. & dec. 770. n. 2. par. 3. & dec. 125. num. 4. p. 4. recent.*

Neque Iulia, & Rubina poſſunt manutentionem prætendere vti creditrices dotis maternæ. Nam, quicquid ſit de tali credito dotis, non conſtat de
6 aliqua eorum poſſeſſione, * ſine qua non competit manutentio, *iuxt. l. primam, §. interdictum, ff vti poßid. §. retinendæ Inſtit. de interdict. Rot. deciſ. 68. num. 1. par. 3. recent. &c.*

R. P. D. GHISILERIO.

Ciuitatis Caſtelli Spolij.

Veneris 7. Maij. 1638.

SVMMARIA.

1 *Præſumitur pro Iudicis decreto.*

2 *Sententia Iudicis facit præſumptionem etiam contra tertium non citatum.*

3 *Alleganti nullitatem, & iniuſtitiam ſententiæ ad effectum ſpolij incumbit onus probandi de tali, quæ ſit ita notoria, & euidens, vt nulla ratione velari poßit.*

4 *Immißio ex Saluiano importat, vt immiſſus ſibi ipſi ſatisfaciat de fructibus.*

5 *Saluiano auocatur ſola poſſeßio ex iuſta immißione.*

6 *Bona capta per Saluianum ſubhaſtari, & deliberari non poſſunt.*

7 *Deliberatione auocatur dominium.*

8 *Executiuè agi non poteſt contra tertium poſſeſſorem, & num. 11.*

9 *Creditor habens obligationem cameralem poteſt variare de vno iudicio ad aliud, donec ſit ei integre ſatisfactum.*

10 *Pactum, & facultas in venditione cenſus capiendi poſſeſſionem auctoritate propria præbent exequutionem paratam etiam contra tertium. & num. 15 & 16.*

12 *Iudicium exequutiuum motum contra debitorem afficit etiam tertium citatum pro omni ſuo iure, & intereſſe.*

13 *Iudex, procedendo via executiua, & non ordinaria, non dicitur notorie partem grauare, & ſpoliare tanquam perſona priuata, & quare.*

14 *Variatio ordinis, & modi defenſionis non operatur notorium grauamen. Ampl. vt n. 15.*

16 *Pactum, & facultas ingrediendi poſſeßionem propria auctoritate afficiunt bona; ita vt poßit etiam contra tertium exequutiuè procedi, maximè quando non appellauit.*

17 *Ordini iudicij acquiſiuiſſe dicitur, qui non appellauit.*

18 *Exceſſus in ſubhaſtatione non conſideratur, ex quo non fuerit habita ratio fructuũ medio tempore intra triennium, quo non præſumuntur conſumpti, perceptorum.*

19 *Fructuum condemnatio in ſpolio iudiciali fieri non poteſt, niſi à die motæ litis, ſed in violento à die captæ poſſeßionis.*

20 *Titulus etiam cum iuris errore facit, vt quis non teneatur ad fructuum reſtitutionem.*

21 *Fructuum in acquiſitione non requiritur bona fides, ſed ſufficit, malam abeſſe.*

22 *Medium datur inter bonam, & malam fidem.*

DECISIO CXXVI.

DEuoluta ad Rotam cauſa appellationis interpoſitæ per Longinos à ſententia lata ab A. C. ad fauorem illorum de Leonibus ſuper reintegratione ad poſſeſſionem Prædij S. Anaſtaſij ſiti in territorio Ciuitatis Caſtelli, iuxta ſua notiſſima latera cum condemnatione ad reſtitutionem fructuum à die occupationis citra ex eodem Prædio perceptorum vſque ad illius dimiſſionem, & in expenſis, poſtquam

poſtquam, iuxta formam Reſcripti Signaturæ, cum clauſula, Quatenus ſit locus Aegidianæ, per particularem diſputationem coram me factam 5. Decembris 1619. fuit reſolutum, non eſſe locum Aegidianę tam ex eo, quod duo ex fratribus de Longinis reis conuentis eſſent Clerici; vnus profeſſus Societatis Ieſu, alter vero Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Ciuitatis Caſtelli, quo caſu Aegidiana non habet locum ex defectu illius iuriſdictionis, qui non habebat facultatem circa bona, & perſonas Eccleſiaſticas, quam etiam ex capite nullitatis, & notoriæ iniuſtitiæ ſententiæ latæ ſuper ſpolio, Hodie diſputato articulo ſuper confirmatione, vel infirmatione dictę ſententiæ, Domini illam cenſuerunt infirmandam.

Quia, cum Eleazarij, à quibus Longini cauſam habent; fuerint immiſſi in poſſeſſionem Prædij, auctore Prætore, per viam iudicialis ſubhaſtationis pro vero, & concurrenti credito, quod habebant
1 cum Fucciolis, ſtat præſumptio pro Iudicis decreto *l. iuſtè poſſidet, ff. de acq. poſſeſſ. gl. fin. in fin. cap. præſentium, 7. q. 1. vbi Archid. & ſequuntur DD. in c. conquerenti, de reſt. ſpoliat. vbi Abb. num 8. Felin. in c. dilectus il primo, num. 1. de reſcript. & Ruin. conſ. 49.*
2 *ſub num. 11. verſ. & hac ratione, lib. 4.* dicit, * negari non poſſe, quod ſententia Iudicis non faciat præſumptionem etiam contra tertium non citatum. &
3 * alleganti nullitatem, & iniuſtitiam incumbit onus probandi de tali, quæ ſit notoria, & euidens, vt nulla ratione velari poſſit, *Franch. in c. dilecto, num. 155. in fin. verſ. ex quibus, de appell. Felin in c. inter cæteras, num. 7. de re iudic. Corn. conſ. 9. num. 3. lib. 4. Rot. in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram bo. me. Card. Sacrato, & in Romana prætenſi Spolij 12. Iunij 1633. coram Eminentiſſ. Cardin. Vbaldo.* Talis autem nullitas, vel iniuſtitia ſubhaſtationis non probatur per Leonios, propterea, non iuſtificato ſpolio, ſententia condemnans Longinos ad reſtitutionem Prædij non poteſt ſubſtineri.

Nec facit, quod, cum Eleazarij fuerint immiſſi
4 in poſſeſſionem ex ſaluiano, * quod importat, vt ſi-
5 bi ipſis ſatisfaciant de fructibus, * per quod remedium auocatur ſola poſseſsio ex iuſta immiſsione,
6 * non poſsit deueniri ad ſubhaſtationem, & deli-
7 berationem, per quam * auocatur dominium, vt tenet Rota, reprobata opinione *Couarr. var. reſol.*
8 *lib. 3. cap. 18. numer. 4.* & * multo minus exequutiuę agere contra tertium poſſeſſorem. Quia aduertendum eſt, duo iudicia fuiſſe intentata per Eleazarios. Primum ſuper immiſsione. Secundum vero exequutiuum, non vti dependens à primo ex eiſdem actis immiſſionis, ſed independenter, & ex integro vigore obligationis cameralis, cum citatione ad dicendum contra, in cuius termino fuit repetitum ſolum inſtrumentum venditionis; non autem ſententia, nec aliud quidquam geſtum in iudicio immiſſionis, ſicut conſtat ex repetitione ſolius inſtrumenti
9 habentis obligationem cameralem, * potuerunt variare de vno iudicio ad aliud, donec ſit ipſis integre ſatisfactum, ne dum ex late traditis in terminis ſaluiani in pluribus deciſionibus factis coram R.P.D. meo Pirouano in Cauſa Romana Dotis pro D. Domitilla Ceſia contra Iuliani Balleonam, verum etiam ſpeciali pacto, & facultate capiendi poſſeſſionem auctoritate propria appoſitis inſtrumento Cen-
10 ſus, * quæ præbent executionem paratam, etiam contra tertium, *Bald. in l. ſi Titius, in princ. ff. de ſeruit. Bart. & Salicet. in l. creditores, Cod. de pignor. late Caſ. Barz. deciſ. Bonon. 108. numer. 35. & 36. poſt. Galleſ. ad form. obligat. cameral par. 3. q. 5. numer. 3.* cum alijs cumulatis per *Gratian. cap. 926. numer. 21.*

Minus facit, ſubhaſtationem non ſuſtineri, ex
11 quo fuit actum contra tertios poſſeſſores, * contra quos non poterat exequutiue procedi, vt in ſpecie dixit *Rot. deciſ. 66. penes Zacch. de oblig. camer.* Quia
12 * iudicium exequutiuum motum contra debitorem afficit quoque tertium, quando, prout hic in caſu noſtro, ille tertius fuit citatus pro omni ſuo iure & intereſſe, iuxta theoricam *Caſtrenſis in l. cum filiusfamilias, ff. de verb. oblig. Decius in l [illegible] quem, num. 44. C. de eden. Menoch. conſ. 421. num. 67. Decius conſ. 81. num. 2. Crauett. conſ. 12. num. 8. lib. 1. Decian. conſil. 69. nu. 32. lib. 2. Ruin. conſil, 34. in fin. volum 5. Surd conſ. 54. numer. 12. Borgnin.* qui [illegible] congerit *deciſ. 45. num 50. par. 1. Ioſeph Ludouic. deciſ.*
13 *56. num. 3. par. 1.* Vltra quod * Iudex, procedendo via exequutiua, & non ordinaria, non dicitur notoriè grauare partem, & illam ſua poſſeſſione ſpoliare, tamquàm perſona priuata, quia non ex hoc fuit ſublata funditus defenſio, ſed tantum variatus or-
14 do, & modus defenſionis, * quod non operatur notorium grauamen, pręſertim quando, vt fuit di-
15 ctum ſupra, * inſtrumentum habet pactum exequutiuum, & facultatem ingrediendi poſſeſſionem
16 propria auctoritate, † per quæ bona dicuntur affecta, adeo vt poſſit etiam contra tertium exequu-
17 tiue procedi, maxime † quando ille, contra quem fuit proceſſum, non appellauit, prout in caſu noſtro, in quo Leonis numquam reclamarunt ſpatio 25. annorum, & vltra, per quam omiſſionem appellationis cenſetur acquieuiſſe ordini iudicij
18 Non obſtat † exceſſus in ſubhaſtatione pro maiori ſumma, & principalis debito, ſtante perceptione fructuum poſt immiſſionem in ſaluiano medio tempore. Quia, cum immiſſus in hypothecaria fuerit conceſſa de menſe Iunij 1596. ſubhaſtatio vero fuerit facta de anno ſequenti, ſic non interceſſit triennium, fructus non præſumuntur conſumpti Vnde immiſſus adhuc remanebat creditor integræ ſummæ.

Præterea etiam ex alio capite cenſuerunt DD. ſententiam infirmandam, quia Longini bonæ fidei
19 poſſeſſores † non poterant condemnari ad reſtitutionem fructuum, niſi à die motæ litis, non autem à die poſſeſſionis per eos captæ, cum non ageretur de ſpolio violento, ſed iudiciali, iuxta ſupradictam reſolutionem in hac cauſa factam, quo caſu potuerunt facere fructus ſuos, nec eos reſtituere tenen-
20 tur, quia † etiam titulus cum errore iuris facit, vt quis non teneatur ad reſtitutionem fructuum; ad tex. in *l. ſed etſi, §. ſcire, ff. de pet. hæred vbi Bart. Bald. Angel. & alij communiter, facit gloſ. in l. quod vxor. ff. de acquir. poſſeſſ. gl. 2. in l. de fructibus, ff. de donat. int. vir. & vxor. Curt. iun. conſ. 28. num. 6. Bero. conſ. 6. num. 53. lib..... Decius conſ. 95. numer.* 15. late,
21 cum † in acquiſitione fructuum non requiratur, vt adſit bona fides, ſed ſufficiat, malam fidem abeſſe,
22 ex quo † inter, & malam fidem datur medium, vt dicunt *Bart. & alij in d. §. ſcire*, tenuit, *Rot. deciſ. 320. num. 1. & ſeq. par. 2. recent.*

Ex his DD. vtraque parte informante pro reuocatione ſententiæ reſoluerunt, &c.

R. P. D.

R.P.D. BICHIO.

Æſina Bonorum.

Mercurij 20. Februatij 1641.

SVMMARIA.

1 *Creditoris iure, non tamquam Dominus vendidiſſe dicitur creditor, qui dominium non habebat, & emptor ſciebat.*

2 *Ius offerendi creditori poſteriori non competit contra emptorem ab anteriori creditoris iure, & num. 12. Ampl. vt num. 13. & 15.*

3 *Creditor primus à die hypotheca habet à lege licentiam pignus vendendi & dominium tranſferendi, & tranſfert, dum licentia vtitur, credito poſteriori non affectum, & num. 4. Ampl. vt num. 8.*

5 *Debitor non poteſt, alia contrahens debita, anteriori creditori præiudicare.*

6 *Hypotheca ſecundi creditoris reſoluitur ex venditione pignoris facta per primum crediteris iure.*

7 *Ius offerendi ſine hypotheca non competit, niſi offerens poſſideat, & num. 43.*

9 *Venditionis, & illi conſenſus differentia ad quos effectus procedat.*

10 *Venditio ſub haſta non fit à ſolo creditore, ſed etiam à debitore in perſona Iudicis repræſentato.*

11 *Factum Iudicis factum dicitur debitoris.*

14 *Creditor ſolum iure pignoris vendidiſſe cenſetur, cum pretium peruenit ad manus debitoris.*

16 *Ius offerendi ſecundi creditoris ſpatio 30. annorum præſcribitur.*

17 *Ius offerendi ſecundi creditoris præſcribitur, quia non conſiſtit in ſola facultate, ſed eſt ius formatum, & competens ratione actionis hypothecaria iam nata, ſecus in iure offerendi non dum formato, & exiſtente in ſola facultate.*

18 *Præſcriptioni etiam longiſſimi temporis obſtat mala fides ex lite mota.*

19 *Amplia tam reſpectu citatorum, quam ſucceſſorum vniuerſalium.*

20 *Ius offerendi non eſt opus deducere non oppoſita exceptione crediti anterioris.*

21 *Libelli generalitas ſuffragatur ad interrumpendam præſcriptionem quoad omnia in generalitate comprahenſa.*

22 *Ius offerendi eſt veluti filius, & ſequela actionis hypothecaria in libello nominatim expreſſa, illique acceſſorium, & num. 23 Decl. vt num. 43.*

24 *Commiſſa cauſa ſuper hypothecaria ſeu ſaluiano commiſſa cenſetur etiam ſuper iure offerendi, & num. 51. Ampl. vt num. 25. Decl. vt num. 52.*

25 *Ius offerendi in ſaluiano deducitur per viam replicationis.*

26 *Replicatio deducta videtur in libello, & actione mota eamque coadiuuat.*

27 *Ius offerendi quod Reus excipiendo non ſit vſus, non poteſt illi negligentia imputari, ſi actor hypothecariam non propoſuerit.*

28 *Ius offerendi poſſeſſori per viam exceptionis competens non præſcribitur.*

29 *Ius offerendi quod Actor replicando non ſit vſus, non poteſt illi negligentia imputari, ſi Reus non exceperit de hypothecis anteriorum.* Contrarium n 46. *& ſeq.*

30 *Præſcriptio triginta annorũ fundatur in ſola negligẽtia.*

31 *Replicatio eſt perpetua, & competit, quandocumque excipitur.*

32 *Præſcriptio non interrumpitur per iudicium nulliter motum, & nu. 35. Ampl. & Lim. vt nu. 33. & 34.*

36 *Præſcriptio quando non dicatur interrupta per commiſſionem cauſæ.*

37 *Præſcriptio non interrumpitur per quamlibet generalem petitionem, ſed per quam citatus certus reddatur de Actoris intentione.*

38 *Saluiani & Iuris offerendi natura, & finis immediatus eſt diuerſus, & in quibus conſiſtat diuerſitas.*

39 *Præſcriptio, lite mota ſuper vna actione, non interrumpitur quoad ius competens ad quid diuerſum.*

40 *Oblatio ſecundi creditoris tollendo obſtaculum prioris hypothecæ videtur præparare viam immiſſioni ex poſteriori.*

41 *Præſcriptione interrupta in præparato non dicitur interrupta in præparatorio, nec econtra.*

42 *Præſcriptio Iuris offerendi vt interrumpatur, requiritur citatio ad recipiendum.*

44 *Ius offerendi oritur ex æquitate legis indulgentis creditori hypothecario.*

45 *Ius offerendi poteſt in iudicium principaliter deduci in libello vel per viam actionis, vel per viam replicationis, & num. 47. & 48.*

46 *Ius offerendi ſi Actor in libello non deduxit, eius negligentia imputandum eſt.*

48 *Actor poteſt in eodem libello, præueniendo exceptionem Rei, eam exprimere, & ſuam ſimul replicationem.*

49 *Præſcriptio currit ſuper exceptione, quando illud idem ius poterat agendo deduci.*

50 *Præſcriptio non currit, quando nihil imputari poteſt Actori, ſi non egit.*

53 *Clauſula, Quam, & quas, non operatur, niſi actio, & cauſa deducatur ad ſpeciem.*

DECISIO CXXVII.

ACquieſcentes DD. de Aquila, &c. deciſioni
emiſſæ 1. Iulij 1639. coram me, in qua ex iuribus creditorum anteriorum exiſtentibus penes Reos conuentos denegata fuit immiſſio ex vtili ſaluiano ad bona poſſeſſa à DD. de Foſſis, conuolarunt ad remedium oblationis, propoſitoque per me dubio, An illis competat ius offerendi negatiuè reſponſum fuit.

Primo quia Foſſij bona emerunt, nè dum à Ganuccio debitore, ſed ſimul ab Olibano creditore anteriori,† qui, cum dominium bonorum non habe-
1 ret, & hoc ſcirent emptores, non cenſetur vendidiſſe tamquam Dominus, ſed iure creditoris, *Gaſpar. Rodriquez de ann. reddit. q. 10. ſub numer. 24. verſ. qui creditor. Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 445. num. 10. facit tex. in l. qui tabernas, ff. de contrah. empt. Alex. in l. ſi domus, §. fin. num. 42. ff. de legat. 1. Gozzadin. conſ. 24.*
2 *num. 7.* † Quo iure, vbi eſt facta venditio, non competit contra emptorem poſteriori conditori ius offerendi, *l. cum prior. in princ. ff. de diſtract. pignor. l. 1. C. ſi antiq. credit. l. fin. C. ſi vend. pign. agat. Gloſ. in l. ſi potiores, verſ. ſucceſſiſti, C. ſi antiq. credit. Cephal. conſ. 393. n. 37. Vincent. de Franch. dec. 69. n. 1. Theſ. dec. 157. nu. 8.*
3 Et ratio eſt, quia, * cum primus creditor ex die acquiſitæ hypothecæ haberet à lege licentiam vendendi pignus illiuſque dominium transferendi, *l. ſi conuenerit, ff. pignor. act. l. de acceſſionibus, ff. de diuer. & tempor. præſcript. l. 2. l. 3. C. de diſtract. pign. §. 2.*
4 *Inſtit. quibus alienar. lic. vel non.* * dum ea licentia vtitur, tale dominium transfert in emptorem, quale erat, penes debitorem tempore conſtituti pignoris
5 & ſic non affectum credito poſteriori, * quod ſicut à

debitore

præiudicium dictæ anterioris licentiæ, & iuris tranſ-
ferendi rem liberam acquiſiti primo creditori, *l. di-
ſtractis, C. pignor. l. debitorem C. eod. l. ſi vnus, §. ante*
6 *omnia, ff. de pact. Surd. deciſ.* 286 *nu.* 1. * ita ſecure, in
vim eiuſdem licentiæ, venditione reſoluitur, & ha-
betur, ac ſi nunquam contracta fuiſſet hypotheca
ſecundi creditoris, *Cyn. in d. l.* 1. *C. ſi antiq. credit.
num.* 1. *verſ. reſpondeo, Salic. num.* 1. *Mantic. de tacit.
lib.* 11. *tit.* 28. *num.* 24. *Neguſant. de pignor.* 3. *membr.*
5. *par. num.* 4. *Morot. de iur. offer. num.* 16. *Rodriq. de
ann. reddit. lib.* 2. *qu.* 11. *ſub n.* 21. *Caſt. de port. rata q.*
7 65. *num.* 7. *&* 8. *Gratian. dec. Marcb.* 66. *nu.* 4. *&* 5. * ſi-
ne hypotheca autem non competit ius offerendi, niſi
offerens poſſideat, *l. cum tibi, C. qui potior. in pign.
hab. l. nulla, C. de ſolut. Bald. conſ.* 84. *nu.* 5. *lib.* 3. *Aym.
conſ.* 298. *nu.* 5. *Menoch præſumpt.* 121. *nu.* 5. *lib.* 3. *Seraph.
deciſ* 932. *num.* 1.

8 Quæ * ratio militat, ſiue vendat ſolus creditor,
ſiue vna cum debitore, quia vtroque caſu vtitur,
non alio iure, quam hypothecæ, & ſic licentiæ alie-
nandi ipſi, vt ſupra, inhærentis, quam interueniendo
venditioni, videtur communicaſſe etiam debitori
venditioni, vt in puncto poſt *Cuiacc. in l. cum prior.
verſ. Vnde notandum, lib.* 3. *Oleſpon. Papinian. Rot. co-
ram Reuerendiſſ. Vrgellenſ. dec.* 445. *ſub n.* 54. *& ſeqq.*
9 *& num.* 58. vbi quod * procedit ad alios effectus dif-
ferentia inter venditionem, & conſenſum venditio-
ni, de qua text. in *l. aliud eſt vendere, ff. de regul. iur.*
& ſimili argumento à paritate rationis vtitur in pro-
poſito iuris offerendi, *Vinc. de Franc. deciſ.* 69. *ſub nu.*
10 7. *verſ. non eſſe.* Quod confirmatur, quia * etiam
venditio ſub haſta non fit à ſolo creditore, ſed à de-
11 bitore repræſentato in perſona Iudicis, * cuius fa-
ctum dicitur factum debitoris per *Cyn. in d. l.* 1. *num.* 2.
Salicet. ibi. num. 2. *Bald. in l. ordo, nu.* 5. vbi ait, quod
ipſe debitor videtur vendere, *C. execut. rei iudic. Ti-
raquell. retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 14. *nu.* 13. *Rimin. iun.*
12 *conſ.* 36. *nu.* 30. *Surd. conſ.* 39. *n.* 10. & nihilominus, quia
interuenit quoque factum creditoris, agentis titulo
dumtaxat ſuæ hypothecæ anterioris, ceſſat ius offe-
rendi, *Vinc. de Franch. dec.* 69. *n.* 2. *Flau. Amend. in
addit. ad eamd. deciſ. ſub n.* 7. *in fin. Vinc. de Anna alleg.*
13 56. *num.* 2. *Rot. d. dec.* 445. *n.* 85. *coram D. Vrgellenſ.* *
Neque in hac materia refert, an contractus iudicia-
liter, vel extraiudicialiter celebretur, *Rim. iun. conſ.* 3.
n. 10. vbi in termino iuris offerendi æquiparat con-
tractum debitoris, & Iudicis, *Carocc. de oblat par.* 2.
q. 11. *nu* 62. *&* 63. *Felician. de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2.
ſub num. 13. *verſ. quæ regula.*

14 Atque hinc non obſtat, quod, * cum pretium rei
venditæ peruenerit ad manus debitoris, creditor ſo-
lum iure pignoris vendidiſſe cenſeatur, ex alleg. per
Thomat dec. 109. *n.* 8. quia ex hoc ipſo ſequitur exclu-
15 ſio iuris offerendi, † circa quod nihil intereſt, quod
pretium rei venditæ fuerit anteriori creditori ſolu-
tum, *l. cum prior. ibi eiuſque pretium, ff. distract. pi-
gnor. Butrigar. in d. l.* 1. *in princip. verſicul. & tunc,
C. ſi antiquit. credit. Neguſant. loc. allegat. numer.* 3.
Menoch. præſumpt. 121. *numer.* 4. *lib.* 3. *Mantic. de
tacit. lib.* 11. *titul.* 28. *numer.* 4. *Morot. de iur. of-
fer. numer.* 36. *D. Vrgellenſ. dicta deciſio.* 145 *nu-
mero* 2.

Secundo, quia venditio emanauit de anno 1574.
eiuſque ſententiam negare non poſſunt Actores ſal-
tem de anno 1600. à quo tempore vſque ad litem
16 motam coram me effluxerunt fere 39. anni, † cum
tamen 30. ſufficerent ad præſcribendum ius offeren-
17 di ſecundi creditoris, * quia non conſiſtit in ſola fa-
cultate, ſed eſt ius formatum, & competens ratio-
ne actionis hypothecariæ iam natæ, quidquid ſit in
iure offerendi nondum formato, & exiſtente in ſo-
la facultate, *l. cum acutiſſimi, & ibi Bald. num.* 3. *&* 4
Butrigar. col. 3. *verſ. in contrarium, Cod. præſcript.* 30. *vel*
40 *annor. Bald. in l. pignor. verſ. quandoque ius offeren-
di. il ſecundo, ff. vſucap. Aym. conſil.* 298. *n.* 1. *Alb. conſ.*
469. *num* 1. *Menoch. conſ.* 201. *nu.* 80. *Gabr. de præſcrip.
concl.* 7. *num.* 2. *Practic. Papien. in forma libelli ſuper
actione reali, verb. præſcriptione, num* 35. *fol. mihi* 54.
Morot. de iur. offer. numer. 59. *Gail. obſeru.* 18 *num.* 12.
lib. 2. *Gutier. de iuram. confirm. par.* 3. *cap.* 1. *numer.* 13.
Gratian. diſcept. 2. *num.* 28. *&* 29. *Milanen. dec. Sici-
lian.* 12. *num.* 123. *lib.* 2. *Theſaur. dec.* 157. *nu.* 3. *Maſtrill.
dec* 201. *nu.* 28 *&* 29.

Hoc fundamentum vt euitarent Informantes pro
Actoribus deducebant, quod per iudicium vtilis
ſaluiani motum ab eiſdem de anno 1600. contra Au-
thores Foſſiorum, & productum vſque ad ſenten-
tiam fauorabilem incluſiue de anno 1603. fuit inter-
rupta præſcriptio, & conſtitui Rei conueniri in ma-
18 la fide * obſtatiua de iure Canonico præſcriptioni
etiam longiſſimi temporis, *Couarr. in regul. poſ-
ſeſſor.* 2. *par. §.* 11. *num.* 3. *Bal. de præſcrip.* 2. *par.* 3.
par. q. 14. *num.* 5. *Becc. conſ.* 48 *num.* 3. *Seraph. dec.* 615.
19 *n.* 4 *Gregor. dec.* 489. *num.* 20. * tam reſpectu citato-
rum, quam ſucceſſorum vniuerſalium, *Felin in cap.
ſi diligenti, ſub n.* 4. *de præſcript. Pariſ. conſ.* 27. *numer.*
139. *lib.* 1. *Natt. conſ.* 162. *n* 55. *Honded conſ.* 17. *n.* 85. *&
ſeqq. conſ.* 82. *num.* 46. *& ſeqq. lib.* 1. *Gabr. conſil.* 163. *&*
20 *ſeqq. lib.* 1. † licet in eo iudicio non fuerit in ſpecie
deductum ius offerendi, quia non fuerat opus, non
oppoſita tunc ex aduerſo exceptione crediti anterio-
ris, & ſatis dicitur deductum ſub generalitate libel-
21 li, * quæ ſuffragatur ad interrumpendam præſcri-
ptionem quoad omnia in illa generalitate compræ-
henſa, text. eſt in *l. fin. C. de annal. excep. & ibi not.
Bart num.* 4. *Bald num.* 1. *Tiraquell. de retract. lignag.
gloſ.* 2. *§.* 8. *n.* 5. *&* 6. *Balb. de præſcript.* 3. *par.* 6. *par. quæſt.*
4. *princip. n.* 23 *Gratian. diſcept.* 2. *n.* 24.

22 Eo magis, quia * Ius offerendi eſt veluti filius, &
ſequela actionis hypothecariæ nominatim expreſſæ
in libello, *Neguſ. d.* 3. *membr.* 5 *par. n.* 51. *verſ. & ſic eſt
ſequela, Gaſpar Rodriqu. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 17. *n.* 7.
23 * & eidem actioni acceſſorium, *Alb. conſ.* 469. *num.* 2
24 *Gail. obſeruat.* 18. *num.* 12. *lib.* 2. adeò quod * commiſ-
ſa cauſa ſuper hypothecaria cenſetur etiam commiſ-
ſa ſuper Iure offerendi, ad tex. in *cap. prudentiam,
§. ſexta nobis, in fin. & ibi gloſ. verb. explorati, de offic.
delegat. Gloſſ. in cap. præterea, verb. ex eo, eod. tit, In-
noc. in cap. tanta, verſ. Item nec aſſertoria, de exceſſ.*
25 *Prælator. Scac. de iudic lib.* 2. *c.* 9. *nu.* 765. * præſertim
quando, prout fit in vtili ſaluiano, Ius offerendi de-
ducitur per viam replicationis ad elidendam exce-
26 ptionem crediti anterioris, quia * replicatio vide-
tur deducta in libello, ſeu actione nota, eamque
coadiuuat, *Aſin. in praxi §.* 16. *cap.* 7. *nu.* 5 *poſt Bald.
in l. fin. q.* 17. *de hæred. inſtit. Ciriac. contr.* 380. *num.* 54.
27 *Gregor. XV. dec.* 536. *num.* 17. Et * ſicuti vbi Actor
non propoſuit actionem hypothecariam, nulla po-
teſt imputari negligentia Reo, ſi excipiendo non
28 fuit vſus Iure offerendi, * ob quam rationem Ius of-
ferendi poſſeſſori competens per viam exceptionis
nunquam præſcribitur, *Neguſan. d. par.* 5. *ſub num.*
52. *verſ. & iſtam, & num.* 53. *per text. in l. pure. §. vlt. ff.
de except. l.* 1. *C ſi aduerſ. credit. l. ſicuti C. de præſcrip.*
29 30. *ann. facit Menoch. conſil.* 1147. *num.* 5. * ita Reo
non excipiente de hypothecis creditorum anterio-

ſum

rum non eſt cur imputetur Actori, quod replicando
non obtulerit, Ideoque nulla cadit eius negligentia,
30 * in qua ſolum fundatur præſcriptio 30. annorum,
Felin. in cap. vigilanti, n. 5. de præſcript. Sim. de Pret.
conſ. 9. n. 57. Rot. deciſ. 17. num. 2. par. 4. recent. dec. 407.
31 *n. 16. par. 5.* & in terminis, replicationis, * quod ſit
perpetua, & competat quandocumque excipietur,
Io: Andr. in cap. à nobis, ſub nu. 12. de except. Felin. in
cap. ſi autem num. 6. limit. 3. verſic. hoc modo, de
reſcript.

Cæterum Rota cenſuit obiectum corruere. Pri-
32 mo † quia Iudicium motum de anno 1600. fuit nul-
33 lum, ne dum in proſecutione, quod non ſufficeret
ad euadendam interruptionem præſcriptionis, ſi pri-
ma citatio valida fuiſſet, *Aretin. conſil. 30. num. 10.*
Menoch. conſ. 307. num. 58. Balb. de præſcrip. 3. par.
34 *6. par. q. 4. num. 27.* * ſed etiam ipſius primæ cita-
tionis, & ex hoc capite interpoſita appellatione à
ſententia pro Actoribus lata de anno 1603. Signatu-
ra Sanctiſſimi cauſam commiſit, vt in prima, refe-
ctis per Actores expenſis prioris Iudicij, quæ tamen
hactenus refectæ non fuerunt, nec vltro vigore di-
cti reſcripti aliquod actum. Vnde intrat concluſio
35 ab omnibus recepta, quod † per iudicium nullum,
quia malam fidem non parit, non interrumpitur
præſcriptio, *Felin. in cap. illud, n. 5. de præſcrip. Dec.*
in cap. vt debitum, n. 25. & ſeqq. de appellat. Roman. conſ.
412. num 6. & 7. Simon de Pret. conſ. 132. num. 81. & 87.
Caball. conſ. 89. nu. 5. lib. 2. Mſinger. obſeruat. 31. num. 3.
centur. 1. Cyriac. contr. 532. n. 19. Surd. deciſ. 689. num. 5.
36 *par. 1. recent.* * Quæ nec interrupta dici poteſt per d.
commiſſionem Signaturæ Sanctiſſimi, quia nuſquam
adimpleta conditione, ſub qua emanauit fuit habita
pro derelicta ex mera voluntate Actoris, & nuper
iudicium motum fuit vigore nouæ commiſſionis, ad
tradit. per *Gloſ. in cap. placuit, il 2. §. poteſt, verb. in-*
terrupta. 16. q. 3. Felin. in cap. cauſam quæ, n. 28. limit. 3.
verſ. item non procedit, de teſtib. Simon de Pret. conſ. 132.
n. 89. Gratian. diſcept. 2. n. 43. & ſeqq. cum alijs allegat.
per Add. ad Buratt. deciſ. 6. numer. 10. verſ. Tertius
Caſus.

37 Secundo, quia * non quælibet generalitas petitio-
nis interrumpit præſcriptionem in omnibus ſub ea
compræhenſis, ſed illa, per quam citatus certus red-
ditur de intentione actoris, puta quod eſſet oblatu-
rus, vt bene aduertit *Tiraquell. de retract. lignag glof.*
2. § 8. n. 5 Gratian. diſcept. 2. n. 41. & diſcep. 786. n. 23. &
24 Surd. deciſ. 5. num. 4. & ex ſententia *Bart. not. gloſſ.*
prima additionalis in l. fin. C. de annal. excep. at pro-
poſito libello in vtili ſaluiano poſſeſſori nullatenus
38 innotuit, quod Actor vellet offerre, * quin potuit
diuerſa eſt ſaluiani, ac Iuris offerendi natura, & fi-
nis immediatus, nam in ſaluiano Actor dicit ſe ante-
riorem, poſſidentem vero poſteriorem, & dirigi-
tur ad conſequendam detentionem rei, commodi-
tatem percipiendi fructus, abſque eo, quod Actor
vel obulum ſoluat poſſeſſori, in Iure offerendi autem
Actor fatetur ſe poſteriorem, & poſſidentem an-
teriorem mediante reſtitutione pecuniæ primo cre-
39 ditori à poſſeſſore ſolutæ, * nec lite mota ſuper
vna actione interrumpitur præſcriptio, quoad ius
competens ad quid diuerſum, *Gloſſ. in cap. auditis,*
verb. interruptionem, de præſcript. Corn. conſil. 181.
numer. 69. lib. 2. Simon de Pret. conſil. 132. numer.
78. & 80. Caſtrenſ. conſil. 10. ſub numer. 8. lib. 1.
Giouagn. conſil. 68. numer. 9. lib. 1. Bal. de præſcript.
40 *3. par. 6. par. quæſt. 4. princip. numer. 51.* Et * quam-
uis oblatio ſecundi creditoris, tollendo obſtaculum
prioris hypothecæ, videatur præparare viam im-
41 miſſioni ex hypotheca poſteriori, † non tamen in-
terrupta præſcriptione in præparato, idem iudica-
tur de præſcriptione præparatorij, & econtra, *Bart.*
in d. l. fin. num. 7. C. de annal. except. Gloſ. in l. Iulianus,
§. quantum, verb. intentione, ff. ad exhib. Giouagn. d.
conſ. 68 ſub num. 12. lib. 1. & in puncto Iuris offerendi,
42 † quod requiratur citatio ad recipiendum, vt eius
præſcriptio interrumpatur, *Simon de Pret. conſ. 94.*
num. 25.

43 Quod autem dicitur * Ius offerendi eſſe acceſſo-
rium, & ſequelam hypothecæ, intelligendum eſt,
quia non competit ſine hypotheca, non autem quia
44 ſequatur ex ipſa hypotheca, * immo enim oritur ex
æquitate legis indulgentis creditori hypothecario,
vt not. *DD. in d. l. 1. C. ſi antiq. cred. Aym. conſ.*
298. ante nu. 1. Menoch. conſ. 209. n. 80. in fin. Morot.
45 *de Iur. offer. num. 12.* & * cum poſſet in iudicium de-
duci principaliter per viam libelli, *Alban. conſil. 325.*
46 *n. 9. conſ. 469. num. 15.* * tribuendum eſt negligentiæ
Actoris, ſi illius mentionem in libello non fecit,
prout facere poterat, vt in propoſito ratiocinatur,
Giouagn. conſ. 68. ſub num. 11. verſic. præterea, lib. 1.
47 * ſiue illud deducere voluiſſet per viam actionis
principaliter, ſiue per viam replicationis, quia
48 * poteſt Actor in eodem libello, præueniendo ex-
ceptionem Rei, eam exprimere, ſimulque ſuam re-
plicationem, *Bart. in l. 2. C. ſi aduerſ. rem iudicat.*
Bald. ibidem. num. 2, & 3. & in addit. ad Speculat.
ſuper rubr. de incident. quæſt. verſic. dicitur etiam
incidens quæſtio, il 2. Cyriac. controu. 380. num. 21.
& 22.

Quapropter non releuat, quod in lite anni 1600.
Reus non exceperit de hypotheca anteriori, quia
Actores poterant exceptionem præuenire, & prin-
cipaliter iudicium inſtituere ſuper Iure offerendi, &
49 * alioquin ratione negligentiæ currit præſcriptio;
prout in fortioribus terminis currit ſuper exceptio-
ne, quando illud idem ius poterat agendo deduci,
Anan. in cap. ſi autem, num. 3. de reſcrip. & ibi Car-
dinal. num. 3. Ancharan. oppoſ. 1. verſ. nam ex eodem,
Felin ſub num. 6. limit. 6. vbi affert plura exempla,
Bart. in l. 2. num. 3. ff. de except. Couarr. pract. quæſt. cap.
25. num. 4. verſ. quod poterit, & de communi, *Gomeſ.*
var. reſol. tom. 1. cap. 11. numer. 20. Guttier. de iuram.
confirm. par. 3. cap. 1. numer. 21. & duob. ſequent.
Gratian. deciſ. March. 151. numer. 16. & in ſpecie,
quod præſcribatur replicationi, non ſecus quam
actioni, *Anan. in d. cap. ſi autem, numer. 3. in princ.*
Cardin. numer. 3. verſ. vbi etiam, Cin. in l. licet, C.
de except. Bart. in d. l. num. 3. in fin. * quidquid ſit,
50 quando nihil imputari poteſt Actori, ſi non egit,
vt ſe ipſos declarant *Io: Andr. & Felin. ex 50. alle-*
gat.

51 Non obſtat, quod commiſſa cauſa in ſaluiano cen-
ſeatur etiam commiſſa ſuper Iure offerendi abſque
52 nouo libello, quia non negatur, * ſed ad inducen-
dam malam fidem circa ius offerendi, neceſſe vltro
erat, quod deduceretur ad ſpeciem, vt poſſeſſori
53 innoteſceret, Actorem oblaturum, † ſicut in ſimili
dicimus in terminis commiſſionis, cum clauſula,
Quam, & quas, *Seraph. dec. 1013. nu 5. Rot. deciſ. 85.*
num. 5. & 7. par. 6. recent.

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

R. P. D.

R. P. D. GHISILERIO.

Ciuitatis Caſtelli Spolij.

Veneris 10. Maij. 1641.

SVMMARIA.

1 *Poſſidens vigore iudicialis ſubhaſtationis dicitur iuſtè poſſidere.*

2 *Alleganti, Indieem nulliter, & iniuſtè proceſſiſſe incumbit onus probandi.*

3 *Fructuum perceptorum reſtitutio in ſpolio violento debetur à die captæ poſſeſſionis, ſed in iudiciali à die tantum motæ litis.*

4 *Bona, ad quæ quis immiſſus fuit ex iudicio aſſociationis, vel ſaluiani pro crediti ſatisfactione, non poſſunt ſubhaſtari & deliberari, & quare, & n. 5.*

5 *Saluianum competit ad effectum retinendi ſolam poſſeſſionem, donec creditor ſit ſatisfactus.*

6 *Subhaſtatio, & deliberatio facta in vim mandati executiui vigore obligationis cameralis eſt valida.*

7 *Obligationis cameralis virtus eſt, vt poſſit, re integra, de vno iudicio ad aliud conuolari, donec ſequatur ſatisfactio.*

8 *Ampl. tam contra principalem debitorem, quam contra alterum, & tertium.*

9 *Via executiua non poteſt agi contra tertium poſſeſſorem.*

10 *Iudicium executiuum motum contra principalem debitorem afficit etiam tertium citatum pro ſuo iure, & intereſſe, & n. 12. Ampl. vt n. 13.*

11 *Obligatio cameralis, & hypotheca operantur, vt bona tranſeant in tertium cum ſuo onere.*

14 *Facultas, in venditione reſeruata, capiendi poſſeſſionem propria auctoritate operatur, vt poſſit etiam contra tertium poſſeſſorem executiuè agi.*

15 *Creditor hypothecarius anterior poteſt tantummodo auocare à tertio poſſeſſore, & domino rei effecto poſſeſſorem eiuſdem rei ad effectum retinendi, donec ſibi de ſuo credito ſatisfaciat, & ita procedit libellus in hypothecaria, non autem poteſt contra eum agere executiuè.*

16 *Decl. procedere in executione directè intentata contra tertium non citato principale debitore, ſecus mandato obtento contra debitorem citato etiam ſemper ipſo tertio poſſeſſore.*

17 *Sententia obtenta contra principalem debitorem, citato etiam tertio poſſeſſore, poteſt contra eumdem tertium exequi, concurrente facultate capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, ſecus, ſi eo non citato.*

18 *Notoriè non dicitur Iudex grauaſſe, & vti grauaſſe, & vti priuatus ſpoliaſſe, ex iudicio executiuo, & non ordinario contra tertium acto, & quare, & n. 19.*

20 *Læſio ad effectum reſcindendi ſubhaſtationem debet eſſe vltra dimidiam.*

21 *Pretia rerum variantur ex tempore, etiam in deterius.*

22 *Minor vt non dicatur indefenſus, ſufficit, fuiſſe citatum ad ſingulos actus eius procuratorem, qui comparuerit.*

23 *Ampl. maximè ſi interuenerit etiam eius auctor, & neceſſarius defenſor, & non conſtet, quod tunc ei defenſio aliqua competeret.*

24 *Spolij ad effectum debet iniuſtitia eſſe notoria, & euidens, & quæ nullo colore velari poſſit, non autem ſufficit qualibet.*

25 *Spolium excluditur ex turbiditate materiæ.*

DECISIO CXXVIII.

SVb die 7. Maij 1638. coram me fuit reſolutum, ſententiam latam ab A. C. contra Longinos ad fauorem illorum de Leonibus ſuper reintegratione ad poſſeſſionem Prædij Sancti Anaſtaſij eſſe infirmandam ex duplici fundamento.

Primo, quia Longini poſſident Prædium authore prætore præuia iudiciali ſubhaſtatione, ac deliberatione facta pro vero credito quoad Eleazarij à quibus Longini cauſam habent, habebant contra Fuc-
1 ciolos authores dd. de Leonibus, ac * proinde cum dicantur iuſtè poſſidere, ad *l. iuſtè poſſidet, ff. de acqu. poſſeſſ. gloſ. fin. in fin. c. præſentiunt. 7. q. 1.* cum alijs al-
2 legatis in eadem deciſione, * alleganti, Iudicem nulliter, & iniuſtè proceſsiſſe, incumbit onus probandi.

Secundo, quia Longini bonæ fidei poſſeſſores in
3 eadem ſententia fuerunt condemnati ad reſtitutionem fructuum à die captæ poſſeſsionis, * cum tamen non potuiſſent condemnari, niſi pro fructibus perceptis à die motæ litis, cum non ageretur de ſpolio violento, ſed iudiciali, iuxta reſolutionem in hac cauſa factam coram me 5. Decembr. 1629. Hodie reaſſumpta diſputatione ſuper confirmatione, vel infirmatione d. ſententiæ latæ ſuper reintegratione fuit reſolutum, non obſtantibus deductis contra deciſionem.

Nam obiectum, quod Eleazarij creditores Fucciolli occaſione venditionis alterius Prædij illi factæ intentarunt ab initio iudicium aſſociationis, ſeu immiſsionis ad poſſeſsionem d. Prædij Anaſtaſij pro eorum crediti ſatisfactione ex remedio Saluiani; Vnde infertur, * non potuiſſe deueniri ad ſubhaſtationem, & deliberationem eiuſdem Prædij poſſeſsi per dictos de Leonibus tertios poſſeſſores, cum per illam a-
5 nocetur dominium, * Saluianum autem competat, ad effectum retinendi ſolam poſſeſſorem, donec creditor ſit ſatisfactus; Ceſſat ex eo, quod Eleazarij, omiſſo iudicio immiſsionis, intentarunt deinde ex integro iudicium exequutiuum vigore obligationis Cameralis. quodque in iſto ſecundo iudicio, obtento mandato exequutiuo, curarunt illud exequi ſuper dicto Prædio, ac ſucceſsiuè obtinuerunt illud
6 ſubhaſtari, ac deliberari; * Vndè dicta ſubhaſtatio
7 apparet valida, cùm * virtus obligationis Cameralis ea ſit, vt illam habens poſsit re integra de vno iudicio ad aliud conuolare, donec ſit integrè ſatisfactus ex adductis in Romana Dotis pro D. Dimitilla Cæſia coram R. P. D. meo Decano 10. Decembris 1632.
8 quæ eſt *deciſio 161. par. 6. recent.* Et, † dum eadem Ratio viget tam in principali debitore, quam in altero, cum vis conſiſtat in pacto exequutiuo ſeu in obligatione Camerali, vt tenuit Rota *d. deciſ. 161. num. 4. 8. & 25.* non ſubſiſt, quod ſupradicta deciſio procedat contra principalem debitorem, non autem contra tertium.

Minus facit quod fuerit actum via exequutiua con-
9 tra illos de Leonibus, † contra quos, vti Tertios Poſſeſſores non potuit procedi via exequutiua, quia
10 iudicium exequutiuum motum contra principalem debitorem afficit etiam Tertium citatum, prout hic, pro ſuo iure, & intereſſe, iuxta Theoricam, quam tradit *Caſtren. in l. cum filius familias, ſub numer. 3. verſic. ex quibus ſimiliter, ff. de verb. obl. Dec. conſil. 185. numer. 2. Crauett. conſil. 12. numer. 8. lib. 1. Surdi conſil. 334. numer. 12.* cum alijs allegatis in *deciſ.*
11 *quæ reuidetur*, quia, † ſtante obligatione Camerali,

& hypotheca, bona transferunt cum ſuo onere, &
12 ſic, * quando citatur, & poſſeſſor, & debitor, tunc eadem via competit exequutiua, & præſertim in iſto
13 caſu, * ſtante ſpeciali facultate capiendi poſſeſſionem auctoritate propria, quam Eleazarij ſibi reſeruarunt in venditione facta Fucciolo, à quo Leones
14 cauſam habent, * cum dicta facultas operetur, vt poſſit exequutiuè agi etiam contra Tertium poſſeſſorem, ex traditis per *Galleſ. de form. obligat. Cam. p. 3 q. 5. n. 3. & per Gratian. diſ. 9 6. n. 21.*
15 Nec facit, quod* creditor ratione anterioris hypothecę poſſit tantummodo auocare à tertio poſſeſſore & Domino rei effecto poſſeſſionem eiuſdem rei, à ſe retinendam, donec de fructibus ſibi de ſuo credito ſatisfaciat, vt tenuit *Rota in recent. deciſio. 759. num. 3. & 4 par. 2.* & ita procedit libellus in hypothecaria, vt tradit *Neguſan. de pignor. p. vlt. membr. vlt. num. 24. Menoch. conſ. 361. num. 7. Papien. in prax. de form. libell. in act. hypoth. verb. relaxandum*
16 *num.* 1. quia * procedit reſolutio Rotæ, vbi intentata fuit exequutio directè contra tertium, non citato principali debitore, ſecus autem quando, prout in iſto caſu, fuit obtentum mandatum, contra debitorem principalem, citato in ſingulis actibus tertio
17 poſſeſſore, * quo caſu etiam contra eundem (tertium poſſeſſorem citatum, alias ſecus) poteſt exequi ſententia, quod reputat menti tenendum *Paul. de Caſtr. in d. l. cum filius, vbi ſup. ff. de verb. obligat.* ita iudicauit *Joſeph. Ludou. dec. 56. num. 3.* multos congerit *Borgnin. dec. 46. num. 70. p. p.* ad hoc faciunt tradita per *Couarruu. pract. quæſt. cap. 13 in princip. & cap. 14. num. 4. verſ. quandoque tertius.* Concurrente ſupradicta facultate capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, &, quemadmodum fuit dictum in *dec.*
18 *qua reuidetur*, * non poteſt dici, quod agendo via exequutiua, & non ordinaria, iudex notoriè grauauerit, & ſpoliauerit poſſeſſione, tanquam perſona priuata, quia, cum non fuerit ſublata defenſio ſed tantum variatus ordo, & modus defenſionis, hoc
19 non operatur notorium grauamen, * ſtante ſupradicto pacto exequutiuo, & facultate capiendo poſſeſſionem propria auctoritate.

Læſio non probatur, nec præſumitur, & quod magis eſt, in contrarium conſtat, quia prius prædium fuerat venditum pro ſcutis 950. & in ſubhaſtatione pro ſcutis 800. vnde multum diſtat à medietate,
20 * prout requiritur, *Rot. d. dec. 648. num. 5. & 6. p.*
21 *1. recent.* & * præſertim data diſtantia temporum, cum prædium potuerit decreſcere valore.

Nec videtur obſtare, quod illi de Leonibus fuerint minores, & defenſi de tempore ſubhaſtationis, cum
22 * ad hoc, vt minores non dicantur indefenſi, ſufficiat fuiſſe citatum ad ſingulos actus eorum Procuratorem, qui comparuit, *arg. l quamuis indubitati de adul. Bal. in l. & cum minores, num. 5. C. ſi aduerſ. rem*
23 *iudic. S. M Greg. XV. dec. 43. n. 12.* & * præſertim, cum in eodem iudicio interuenerit etiam Fucciolus eorum auctor, ac neceſſarius defenſor, ſed, quod plus eſt, nec hodie docetur concludenter, aliquam defenſionem tunc illis competijſſe.

Quo ad alterum fundamentum deciſionis reſpectu condemnationis fructuum, ſuper eo non eſt inſiſten. cum illud bene ſubſiſtat.

24 Præterea, cum * ad effectum ſpolij non ſufficiat docere de quacunque iniuſtitia, ſed ea debeat eſſe notoria, & euidens, & quæ nullo colore velari poſſit, vt tenuit *Rota in Vulg. Romana de Bombellis 31. Maij*
25 1613. *coram bo. me. Card. Sacrato,* * ſat eſt, materiam eſſe turbidam, ad effectum excludendi ſpolium.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum.

R. P. D. ROYAS.

Romana Cenſuum.

Mercurij 27. Aprilis 1644.

SVMMARIA.

1 *Statuto de duabus conformibus non eſt locus, ſi ſententiæ ſint iniuſtæ.*
2 *Licitator extraneus, quamuis creditor, ſeu tius hæres non eſt ex nouiter condemnandus ad reſtitutionem rei & fructuum: ſed ſecus ſi licitauerit vti merus creditor, vel res ei fuerit adiudicata, & n. 5. & 6.*
3 *Debitori ex nouiter repertis ſola competit actio ad pretium, vbi deliberatio ritè, & rectè facta eſt, & num.* 10 *Secus ſi Iudex minus legitimè praceſſiſſet, vt numero* 11.
4 *Deliberationis tanta ſolemnitas vitiari, & tolli non debet.*
7 *Creditor licitare poteſt etiam vti extraneus, & eſt hoc ei tutius, & num.* 8.
9 *Reſtitutio in integrum competit aduerſus ſententiam ex iuribus de nouo repertis.*
12 *Iudex an ritè, & rectè proceſſerit, inquirenda ſunt tunc deducta iuxta quæ iudicandum erat.*
13 *Spolium commiſſum, aut minus legitimè proceſſum non dicitur, ſi erratum in facto fuerit, & quare.*
14 *Licitatoris ementis bona fides oritur ex proceſſu ritè, & rectè geſto, nec ei nocet, quod in poſterum ſuperuenit.*
15 *Soluens debitum proprium non acquirit ex ceſſione iurium tranſlationem, ſed quietationem, & liberationem.*
16 *In ſolidum quando quis dicatur, vel non obligatus, & nu* 17. *& ſeq. &* 22. 26. *&* 27.
20 *Declarationis natura quæ ſit.*
21 *Cauſa originalis contractus attendi debet.*
23 *Socij decocti debiti rata tranſit in alios ſocios pro virili*
24 *Nouatio obligationis in plus non præſumitur niſi exprimatur.*
25 *Ceſſionarius, qui ſoluit vti tertius, non vti fideiuſſor, & correus debendi, emendo nomen debitoris, abſque dubio poteſt in ſolidum agere contra alios coobligatos, & heredes, dempta rata.*
26 *Promiſſio extinctionis cenſus factum dicitur indiuiduum & omnes obligat in ſolidum, ſed extinctione non facta ſuccedit obligatio ad intereſſe pro virili, & num.* 27.
28 *Ius ceſſionis recepta ſub proprio nomine, ſi is poſtea declarauerit, ſe nudum nomen habuiſſe, & negocium alterius geſſiſſe, in eum dicitur tranſlatum.*
29 *Actorum integrorum tranſportationis rigor Concilij Tridentini ceſſat in prophanis.*
30 *Acta diuerſi iudicij non ſunt tranſportanda.*

DECISIO CXXIX.

1 Dictum fuit, non eſſe locum Statuto Vrbis *cap.* 180. *lib.* 1. *de duab. conformibus,* * ex quo vtraque ſententia emanata ad fauorem D. Iacobi Alberini in gradu reſtitutionis in integrum detegitur iniuſta, *Gratian. diſcept. 691. n. 27. Rot. dec. 41. poſt Zach. de obl. camer. & par. 1. recent. dec. 662. n. 3. Coccin. dec. 294. in princ.*

Iniuſtitia deſumpta fuit ex eo, quia cum deliberatio domus præfati Iacobi facta præcedentibus mandatis executiuis ab A. C. relaxatis fauorem

q. Coſmi

Digitized by Google

q. Coſmi Iacomelli auctoris Patrum Oratorij ex tunc
2 productis non impugnetur, * non debebat ex nouiter repertis condemnari d. Iacomellus extraneus licitator, ſeu eius hæres ad reſtituendam d. domum vna
3 cum fructibus, quia, * cum ritè, & rectè fuerit abſolutus, & conſumpta deliberatio, tantum competit debitori actio ad pretium, *Bald. in auth. & quo iurat. col. fi. verſ. ſed quid ſi fuit proceſſum, C. de bon. auct. Iudic. poſſid. Alber. in l. Fulginius §. Prætor ait, ſub num. 3. circa med. verſ. ſi nihil fuit omiſſum*, ſuper quibus ex cauſa in *poſſeſſ. eat. Speculat. de ſec. dec. §. nunc dicamus, num. 22. & in puncto Vinc. de Franch. dec 660.* & prius *dec. 120 num. 8.* vbi aſſignat ratio-
4 nem, quia * non debet tanta ſolemnitas deliberationes vitiari, & tolli, *Rot. in Anconitana Spolij 9. Iulij 1610. coram Card. Sacrato, Ferdinand. Arias de Meſa*
5 *var. reſol. lib. 1. c. 36. num* 10. * licet contrarium eſſet iudicandum, ſi d. Iacomellus tanquam purus, & merus creditor, non tanquam extraneus licitatus fuiſſet, in quibus terminis loquitur *Franch. deciſ. 69.* cum
6 alijs adductis in contrarium. * vel ſi eidem Iacomello, tanquam creditori d. Iacobi domus concerta fuiſſet adiudicata iuxt. tradit. per *Fulgoſ. conſ. 136. ſub n. 2.* vt vtrumque caſum diſtinguit *Franc. d. dec. 110. nu. 5. & 7.* Nec fuit in dubium reuocatum quin etiam
7 * Creditor tanquam extraneus valeat licitare, per *tex. in l. 2. C. ſi in cauſ. iud. pig. capt. vt Surdus conſ. 276. numer. 5. & 6. Aſin. de execut. §. 6. capit. 7. Gratian. diſcept. 7. numer. 7. Theſaur. iun. in addit. ad dec. Theſaur. 157. litter. B. Verſ. & eſt notandum,*
8 *Gregor. XV. deciſ. 12. vbi Add.* * & hoc eſſe tutius, & ſecurius creditori tradunt *Cin in l. 1. & 2. C. de cred. Bald. in l. 2. in fin. C. ſi in cauſ. iudic.* dicens tutius ad effugiendos omnes qui opiniones circa recuperationem rei, *Rip. in l. 1. n. 1. ff. de priu. cred. Surd. & Aſin. vbi ſupra.*
9 Non obſtat quod * ex Apocha de nouo reperta competat d. Iacobo reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam, *Imol. conſ. 37. num. 1. verſ. contrarium, & n. 2. Gratian. diſcept. 408. nu. 9. cum ſeqq.*
10 Quia hæc concluſio non fuit negata, * ſed dictum fuit eam operari ſolum vt quatenus d. reſtitutus victoriam reportet, valeat tantum agere ad pretium domus deliberatæ, non autem ad ipſam domum deliberatam cum omnibus ſolemnitatibus iuris, vt per *Bald. in d. auth.* ibi, ſed res à legitimo emptore non auocatur, *Fine. de Franc. d. dec 120. num. 8. Rot. in d. Anconitana Spolij 9. Iunij 1610. coram Sacrato.*
11 * Quamuis contrarium eſſet dicendum, ſi Iudex minus legitime proceſſiſſet, quia tunc ille Tertius cauſam à priuato habuiſſet, *Affl. dec. 354. num. 11. Caſar de Graſſ. dec. 6. num 9. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* cum alijs
12 in *d. Anconitana Spolij.* * An vero Iudex ritè & rectè proceſſiſſet, inquirenda ſunt tunc deducta, iuxta
13 quæ erat iudicandum, * ſed ſi in facto erratum fuit, ex quo defecit iuſtificatio erroris, non dicitur minus legitimè fuiſſe proceſſum, aut commiſſum ſpolium *Dec. conſ. 125. num. 8. Crauett. conſ. 101. num. 1. in fin.* cum alijs relatis in *Cornetana Reintegrationis 16. De-*
14 *cembris 1641. §. non obſtat. coram R. P. D. meo Bichio.* Quandoquidem * ex proceſſu ritè, & rectè geſto oritur bona fides licitatoris ementis, qua ſtante non debet ei nocere, quidquid in poſterum ſuperuenit, *Rota in d. Anconitana Spolij 9. Iunij 1610. coram Sacrato.*

Verum nec in iuſtitia prædictæ liberationis viſa fuit iuſtificari ex Apocha de nouo reperta, data in ſumm. Iacobi nu. 5. & in qua totum fundamentum pro eius parte ſit ad inducendã iniuſtitiam deliberationis, dum prætenditur ex ea declarari, quod onus extinguendi cenſum ſcut. 1500. vna cum alijs debitis aſcendentibus ad ſcuta 2470. ſpectaſſet ad Albertum Paleatium ex diuiſione debitorum contractorum occaſione afflictum Rocchæ Prioris, ita vt partes in ea conuenerint, quod in euentum, quod Palearius in ſolutione dd. debitorum contractorum occaſione afflictuum d. Rocchæ Prioris deficeret, tunc pro medietate d. ſummæ teneretur Virginia *della Citera* auctrix d. Iacobi, & ad aliam medietatem Petrus & fratres de Americis, ita & taliter, vt per eam facta fuerit diuiſio debitorum alias ſoluendorum per Paleatium, cum ipſe defecerit, quamobrem ceſſionem reportatam per Felicem Americum obligatum non poſſe illi ſuffragari, ſeu d. Iacomello eius hæredi pro
15 ſolutione fructuum dd. cenſuum, & * cum per d. Apocham d. Felix ſoluerit debitum proprium, inde ad illius fauorem ceſſionem remanſiſſe inefficacem ad effectum operandi iurium tranſlationem, ſed tantummodo iurium quietationem, & liberationem voluiſſe afferre, ad *text. in l. nulla, C. de ſolut. Bart. in l. modeſtinus, num. 4.* vbi etiam *Paul. de Caſtr. verſ. nihilum autem, & ſub num 5. verſ. non principale. ff. de ſolut. Salicet. in l. 1. num. 27. C. de act. & oblig. Rum. conſ. 88. num. 6. lib. 5. Peregr. de fideic. art. 52. nu. 54. Greg. XV. deciſ. 68. n. 5.*

Nam reſponſum fuit d. Apocham de nouo repertam ſolum continere diuiſionem debiti prædd. ſcutor. 2470. caſu quo deficeret in ſolutione Palearius, pro medietate tenerentur fratres de Americis pro alia vero hæredes Tiberij *della Citera*, vt denotant verba illa Apochæ, *Madonna Virginia ſia tenuta pagare la metà, & l'altra metà M. Pietro, e fra-*
16 *telli.* * Nec ideo dici poteſt, quod d. Felix Americus eſſet in ſolidum obligatus tam cum Petro, & alijs fratribus; quàm cum hæredibus dicti Tiberij, cum nullibi expreſſe legatur verbum, in ſolidum, ſiue
17 æquipollens, &, † licet Petrus, & fratres de Americis collectiue ſe obligauerint, non inde cenſentur in ſolidum obligati, præterquam in ordine ad principalem Creditorem, ſed potius pro viriii, vt probat *text. in l. reos, §. cum tabulis,* & ibi *Ronchegall. num. 21. verſ. conductor. & in l. eadem, num. 34. verſ. opus eſt, ff. de duob. reis, Caſt. de port. rat. qu. 154. num. 1. Gurb. ad conſuet. Meſſanen. cap. 9 gloſ. 6. nu. 2. Surd. conſ. 150. num. 36 Buratt. deciſ. 751. nu. 6. Greg. XV. deciſ. 502. num. 1.*

Non obſtant illa verba relata in Apocha, ibi *Per la preſente, &c. ſi dichiara, &c. eſſendo che in tutti li debiti, che ſi ſono fatti per il ſitto di Rocca Priora, & particolarmente nelli doi ſopradetti cenſi di ſcudi 1500 foſſe, e ſiano obligati gli Eredi di M. Tiberio, e ſopradetti M. Pietro, & fratelli in ſolido.* Quia prædicta verba continent ſolum narratiuam præcedentis obligationis erga principales Creditores cenſuum,
18 † à qua non poteſt inferri ad ſolidalem obligationem inter ipſos conſocios ad *l. ſed. Iulianus, §. idem ait ſi duobus, ff. ad maced. Bart. in l. reos in princ. ff. duob. reis. Gabr. conſ. 61. numer. 56. & 10. lib. 1 Surd. conſ. 150. numer. 57. Cyriac. contr. 327 num 69. Rot. deciſ. 481. num. 1. cum ſeqq. par. 5. recent.*
19 † Dicta enim verba dicuntur ſtare demonſtratiuè, & relatiuè ad præcedentem obligationem erga Dominos cenſuum in actu impoſitionis ad effectum oſtendendi, & demonſtrandi cauſam, propter quam Hæredes *di Citara*, & Americi erant obligati ad decoctionem Paleatij conſocij, qui tenebatur d. cenſum extinguere, non autem ad producendam nouam obligationem, quam ſi voluiſſet

Digitized by Google

de nouo inducere, exprimere non ignoraſſent, vt de-
20 notant verba illa, *ſi dichiara*, * cuius declarationis
natura eſt, nihil aliud de nouo dare, ſiue diſponere,
ſed quid in præteritum actum ſit oſtendere, *Bald. in
l. cum teſtamentum. nume 5 verſ. item nota. C. de teſtam.
manum, Dec in l edita. num 47. C. de edend. Corn. conſ.
23. n. 19. lib. 4. Rot. deciſ. 458 n. 2. & 501 n. 15. p. 1 recent.*
Vitra quod, ſi attendatur cauſa finalis d. Apochæ,
nempe contractus originarius, & primordialis, qui
21 illi cauſam dedit, * prout attendi firmauit *Grego. XV.
deciſ. 502. num. 2. Gratian. diſcept. 320. num. 42. cum.
ſeqq.* indubitanter d. Apocha habuit originem, & fuit
ſtipulata in exceptionem præcedentis ſocietatis alias
initæ inter Tiberium *della Citara*, Vincentium Ame-
ricum & Palearium, in cuius ſocietatis commodum
debitum cenſuum fuit contratractum ad effectum
ſoluendi affictum Rocchæ Prioris, & in quo d. Felix,
non erat obligatus, cum nullam in eò partem ha-
22 buiſſet, & * ad quod debitum præfati Socij inter ſe
ipſos non tenebantur in ſolidum, ſed pro virili, quid-
quid ſit reſpectu creditorum erga quod, quilibet ex
obligatis tenebatur in ſolidum, *§. ſi plures*, & ibi
*gloſ. Inſt. de fideiuſſ. Bart. in l. eandem. num 9 ff. de duo-
bus reis, Iaſ. in l. ſi vnus. nu. 2. ff. de pact. Menoch. conſ.
410 nu 41. & 42. cum ſeqq Mantic. de tacit. & ambig.
lib 6. tit. 22. num 7. in fin. Gratian. diſcept. 967. num. 35.
Rota Ianuen. deciſ. 97. num. 8. Oſaſc. deciſ. 160. num. 6.*
vnde obligatio d. Felicis in d. Apocha non venit re-
putanda, niſi tanquam mera obligatio erga credito-
rem cenſus ex ſuperius allegat.
Si verò attendatur cauſa immediata, & proxima,
23 & ſic decoctio Palearij vnius ex ſocijs, * propter
quam decoctionem rata debiti ad eum ſpectantis
tranſlata fuit in alios ſocios pro virili, per *tex. in auth.
hoc ita, in fin C. de duob. reis, iuncta l. 3. C. de fideiuſſ.* Ci-
riac. plures referens *contr. 327 num. 71. Ioſeph. Ludouic
deciſ. Peruſ. 45. num. 15. & in recent. deciſ. 595. nu. 3. par.*
24 *2. recent.* vnde * non eſt veriſimile, quod fuerit no-
uata obligatio legalis inter ſocios, in plus ſe vnus
obligando, quam alius de iure teneretur, quæ tamen
debet eſſe expreſſa, ad *l. ſi C. de nouat.* & ibi commu-
niter *DD. Bald. conſ. 319. nu verſ. ex aduerſo, lib. 1. Af-
flict. deciſ. 399. num. 13. Surd. conſ. 84 num. 54. Rot. coram
Gregor. XV. deciſ. 502. num. 1. & ſeqq. & deciſ 391. num.
3. par. 1. recent. & in Calaguritana beneficij de Anedo
22 Junij 1622. coram bon. mem. Merlino, & coram Bu-
ratto deciſ. 799. nu. 18.*
Quapropter, dum antiqua obligatio non fuit noua-
ta, nec aucta, & Felix reportauit ceſſionem dd. cen-
ſuum vna cum fructibus tranſlatione, & non extin-
ctiue emendo nomen debitoris, non vero vti fide-
iuſſor, ſeu Correus obligatus in inſtrumento cen-
25 ſuum, * abſque dubio in vim ceſſionis potuit idem
Felix, ſiue Iacomellus hæres in ſolidum agere, ac ex-
ercere actiones ſibi ceſſas contra alios ſimul obliga-
tos, ſiue eius hæredes, dempta rata ſpectante ad d. Fe-
licem, *Rot. dec. 859. n. 2. par. 4. diuerſ. Greg. XV. dec. 190
n. 1. vbi Add. n. 3.*
Nihil obſtat, quod fuerit promiſſa extinctio cen-
26 ſuum, * quod factum dicitur indiuiduum, & ideo
obligat omnes in ſolidum; Quia animaduertebant
Domini, non fuiſſe ſimpliciter promiſſam extin-
ctionem cenſuum, ſed certam quantitatem pecu-
niarum, nempe ſcuta 2300. & in omnem caſum
27 * non facta extinctione ſuccedere obligationem ad
intereſſe pro virili tantum, non autem in ſolidum
*Rip. in l. 4. §. Cato, nu. 12. 36. & 42. ff. de verbor. obligat.
Gratian. diſcept. 323 nu. 5.*
Nec pariter obſtat, quod quoad cenſum ſcut. 200.
ceſſio legatur facta q. Marcello Muto, quia, cum ille
non habuerit niſi nudum nomen, vt ex ſubſequutis
declarationibus ad fauorem d. Felicis emanatis ſatis
28 conſtat, * ceſſat obiectum, ex quo omne ius ad ipſius
Felicis fauorem, fuit acquiſitum, & ſucceſſiue ad
Coſmum hæredem ad *tex. in 63. in princ. C. ſi quis alt.
vel ſibi, & not. Caſtrenſ. in l. multum intereſt, num. 7.
C. eod. tit. Bald. in l. cum precibus num. 3. verſ. adde.
C. de probat. & conſ. 287. num. 1. vol. 1. Rot. deciſ. 806.
num 2. in fin. verſ. ſiquidem, cum ſeqq. par. 1. diuerſ.* Id-
circo fructus decurſi, & decurrendi in poſterum ad
d. Coſmum ſpectabant, nec aliquis poteſt conſide-
rari exceſſus in mandatis.
Minus adeſſe exceſſum dictum fuit in altero man-
dato pro fructibus alterius cenſus ſcut. 300. cum do-
ctum fuerit de ceſsione d. Coſmi ab Hoſpitale B.
Mariæ Conſolationis de Vrbe ceſsionario q. Emiliæ
Paris de Vitelleſchis Summ. Pattum Congregat. O-
rat. num. 13, quamuis non fuerint acta tranſportata
ta coram alijs Iudicibus, cum non fuerit per Iaco-
bum appellatum à mandato relaxato in vim huius
29 cenſus, neque de hoc fuit oppoſitum, * quod ſat eſt
in prophanis, in quibus ceſſat rigor Sacri Concilij
Tridentini, *Rota dec. 561. num. 12. p. 1. rec. Gregor. XV.
dec 508. num. 11. vbi Add. nu. 15.* Vltra quod dicuntur
30 acta diuerſi iudicij, * quæ non veniunt tranſpor-
tanda, *Rot. deciſ. 143. num. 4. & 5. poſt vol. 2. conſ. Fari-
nacc. & dec. 32. num. 11. poſt Ludouic. Poſt. de manu-
tent. cum vulgat.*
Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

Eminentiſsimo D.

CARDIN. OTTHOBONO.

Firmana Predij.

Veneris 3. Iunij 1644.

SVMMARIA.

1 *Liquidatio pretij ſpeciei contenta in mandato fieri debet ante exequutionem, ſubhaſtationem, & deliberationem rei diuerſa, & nu. 3. & 7.*

2 *Creditor ſpeciei poteſt ſpeciem ipſam vindicare, vel ſuper ea executionem facere, ſi extet.*

4 *Debitor ſpeciei, ſi eam præſtare non valeat, tenetur ad intereſſe.*

5 *Intereſſe ſpeciei, illius valore non liquidato, eſt incertum.*

6 *Pretia rerum variantur ex tempore, loco, & alijs circunſtantijs.*

8 *Retentio in ſubhaſtatione nulla datur pro vero credito, ſi poſſeſſio amiſſa fuerit culpa Rei conuenti ob contumaciam, ſecus vbi idem comparuit, & ſe oppoſuit, & num. 9.*

10 *Subhaſtationem nulliter paſſo competit, & reintegratio, & manutentio, & num. 11. in fi.*

11 *Iudex nulliter procedens ſpoliare dicitur.*

12 *Manutentio debetur ei, qui fuit à Iudice ritè, & rectè reintegratus, & nu. 16.*

13 *Oblatio vnica in ſubhaſtatione an ſufficiat.*

14 *Licitator an ſupponi poſſit à creditore.*

15 *Calculatori à Iudice deputato ſtandum eſt, præſertim ſi ab eius relatione non fuerit appellatum.*

16 *Sententia reintegratoria facit reintegratos veros poſſeſſores.*

17 *Sententia corruit, quando cauſa, propter quam lata fuit, deuenit ad non cauſam.*

18 *Senten-*

Digitized by Google

18 *Sententia fundans ſe in ſubhaſtatione, & deliberatione, quæ euidenter nulla ſit, eſt notorie iniuſta.*
19 *Sententia notorie iniuſta nunquam tranſit in iudicatum.*

DECISIO CXXX.

Octauianus Roſellus, & Io: Angelellus Creditores q. Baptiſtæ de Mattheuccis ſcut. 434. pro conſequenda manutentione prædij, de quo agitur, aut fundans eorum intentionem in ſubhaſtatione ſequuta vſque de anno 1622. aut in concordia de anno 1627. & neutram ſuffragari eiſdem Roſello, & Angelello. DD. reſoluerunt, & ideo perſtiterunt in deciſis coram R. D. meo Carillo Præſide Valliſoletano ſub die 26. Iunij præteriti.

Viſum enim fuit primum fundamentum deciſionis ſolidiſſimum, & irrefragabile nempè nullitas ſubhaſtationis quia, cum inſtrumentum ad Iuſtitiam Roſelli, & Angelelli fuerit relaxatum pro quatuor
1 milliaribus olei, * ante exequutionem, ſubhaſtationem, & deliberationem prædij omnino erat neceſſaria, & præcedere debebat liquidatio pretij ipſiuſmet olei, *Bald. in l. 2. num. 7. & 8. C. de execut. rei Iud. Alex. conſ. 115. num. 10. lib. 7. Crauett. conſ. 231. num. 8. & 9 Surd. deciſ. 27. num. 6. & ſequ. Rota coram Andrea deciſ. 4. num. 4 in recent. deciſ. 340. num 5 p 1. in Fauentina Hæreditatis coram bon. mem. Manzanedo impreſ. apud Moder. de ſubhaſta. deciſ. 49. num. 4.* & in terminis ſimilis ſubhaſtationis factæ pro fundamento quod erat in obligatione, *Greg. deciſ. 485. num. 8.*

Cuius rei ratio eſt, apertiſſima quia licet verum
2 ſit, quod * creditor ſpeciei poſſit ſpeciem ipſam vindicare, vel ſuper ea exequutionem facere ſi exſtat iuxta theoricam *gloſ. in l. qui reſtituere 68. verbo con-*
3 *demnandus, ff. de rei vendic.* Attamen, * ſi ſuper alia re fiat executio, & ſpeciem debitam præſtare debitor non poſſit, tunc omnino neceſſaria eſt liquidatio
4 ſpeciei debitor, † quia hoc caſu debitor ſolum tenetur ad intereſſe, *Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur num. 38. ff. de verb. oblig. add ad Alex conſil.*
5 *214. littera L. lib. 7.* * Intereſſe verò eſt ſemper incertum non liquidato valore, etiam ſi ſpecie ſit
6 certa, quia * pretia rerum quotidie variantur non ſolum ex tempore, ſed etiam ex loco, aut ex alijs circumſtantijs vt eſt *tex. in l. pretio rerum, 63. §. nonnullam, ff ad l. falcidiam Cephal. conſil. 719. num. 14. Cyriac. controu. 261. num. 15. Gregor. deciſ. 101.*
7 *num. 3.* * & conſequenter ſpeciei valor omnino prius liquidari debuiſſet, *Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 11. nu. 1. verſ. in ſumma Oſaſch. dec. Pedem. 129 n 6. Surd. dec. 27. n. 4. & ſeq. Rota in Romana Domorum in Burgo coram Vbaldo impreſ. apud eumd. Modern. de ſubhaſt. dec. 70. nu. 4.*

Neque hodie Roſellus, & Conſortes poſſunt prædium, de quo agitur retinere pro vero eorum cre-
8 dito, * quia hoc procederet ſi poſſeſſio fuiſſet amiſſa culpa Rei *conuenti ab eius contumaciam*, vt declarat, *Alex. in l. 3. §. fin. num. 27. & 28. ff. de acqu. poſſeſſ.*
9 * ſecus vero quando reus comparuit, & ſe oppoſuit deliberationi, vt hic fuit factum per Mattheuccios, *Gratian. diſcept. 734. num. 48. & & 49. Caual. dec. 539. num. 10. & deciſ. 543. num. 4.* cum alijs relatis in *Peruſina Spolij 19. Ian. 1643. coram R. P. D. meo*
10 *Royas*, * & ideò Mattheuccij competit non ſolum
11 reintegratio, * cum Iudex nulliter procedens dicatur ſpoliare, ad *tex. in l. meminerunt, Cod. vnde in. Abbas in cap. cum cauſa, in 4. notab. de offic. delegat.*

Caputaq. deciſ. 186. p. 3. Ceſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 4. tit. de conſt. Eug. deciſ. 362. num. 4 cum alijs allegatis in *Anconitana Spolij 9. Iunij 1610 coram bon. mem. Card. Sacrato impreſ. apud Marcheſ. tom. 2. fol.*
12 *235. num. 1.* ſed etiam manutentio, * quæ competit ei, qui fuit reintegratus facto Iudicis ritè, & rectè procedentis, *l. iuſtè poſſides, ff. de acq. poſſ. Greg. dec. 581. num. 2. in recent. deciſ. 173. num. 1. & dec. 513. num. 2. p. 2. & deciſ. 305. num. 2. p. 6. & deciſ. 199. nu. 1. par. 7.*

Circa ſecundum, & tertium fundamentum *deciſio*
13 *R. P. D. mei Carilli*, nempè * quod ſub vnica obla-
14 tione ad deliberationem fuerit deuentum, * & quod deliberatio facta fuerit per imaginariam perſonam licitationis. Domini hodie nihil firmare voluerunt, & quicquid ſit de deciſis concluſionibus præſertim in hoc caſu, ceſſat hodie earum diſputatio, quia ſatis apparet de nullitate ſubhaſtationis ex ſupradictis.

Concordia verò anni 1627. Roſello, & Angelello ſuffragari minimè poteſt, quia, cum in ea fuerit expreſsè ſtabilitum, *Che li detti Roſello, & Angelello ſiano obligati all'hora, quando ſaranno ſodisfatti delli detti ſcudi 434. rilaſſar libera tutta la detta poſſeſſione* (de qua agitur) *a detti heredi tanto nel poſſeſſorio quanto nella proprietà*, cum d. conſortes ſint ſatisfacti iuxta formam concordiæ ex ac laritudine Calculatarij
15 à Iudice deputati, † cui ſtandum eſt, præſertim cum ab illius relatione appellatum, aut reclamatum non fuerit, *Pariſ. conſil. 96. num. 32. lib. 1. Rot. deciſio 531. numer. 1. p. 1. & deciſio 59. numer. 2. p. 4. recent. Greg. deciſio 220. num. 4. Buratt. deciſio 419. num. 9. & deciſ. 913. num. 3.* meritò reintegrati de-
16 buerunt, * & ſententia reintegratoria facit reintegratos veros poſſeſſores ita vt illis ſit debita manutentio, *l. qui Vniuerſas §. item cum Prator, ff. de acqu. poſſ. Greg. deciſ. 9. num. 4. & deciſ 581. num. 2. & deciſ. 305. num 2. par. 6. recent.* cum alijs ſupra allegatis.

Non obſtat ſententia contraria prolata Anno 1633. à Reuerendiſſimo Capuano ad fauorem Roſelli, & Angelelli, cum impoſitione perpetui ſilentij quia de eo tempore non conſtabat dictos conſortes fuiſſe ſatisfactos ex fructibus prædij iuxta formam concordiæ, hodie verò cum ex relatione calculationis ad oculum demonſtretur non ſolum ſufficiens ſatisfactio: ſed exceſſiua, corruit ius d. ſententiæ quia
17 * cauſa, propter quam fuit lata ſententia deuenit ad non cauſam, ſtante ſatisfactione dd. conſortium ex fructibus prædij iuxta concordiæ præſcriptum, *Felin. in cap. ſuborta, nu 10. & ſeq. de re Iud. Ruin. conſ. 89. num. 15. lib. 1. Surdus conſ. 268. num. 14. & ſeq.* cum alijs relatis *à Gratian. diſcep. 408. num. 2.* & fuit optime reſponſum in deciſione quæ confirmatur.

Si verò dicta ſententia fundatur in ſubhaſtatione,
18 & deliberatione, * cum ſubhaſtatio ſit euidenter
19 nulla, ſententia quoque erit notoriè iniuſta, * quæ numquam tranſit in Iudicatum *Rota dec. 427. num. 2. lib. 3. p. 3. diuerſ. & deciſ. 594. num. 4. p. 2. recent.* & alibi paſſim.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Lauretana Domus.

Vener. 10. Iunij 1644.

SVMMARIA.

1 *Melioramentorum bona fide factorum cauſa competit retentio.*

2 *Valor domus melioratæ intra modicum temporis interuallum auctus tribui debet melioramentis potius, quam temporis beneficio.*

3 *Teſtes nulliter examinati magnum faciunt adminiculum.*

4 *Creditor eſt idoneus teſtis pro debitore, dum non agitur in cauſa pignoris. Ampl. vt n. 5.*

6 *Teſtis non minuitur de fide, ex quo à parte requiſitus ad examen acceſſerit.*

7 *Teſtis dictum ſuper valore ſuppletur ex inſtrumentis locationum.*

8 *Melioramentorum valor plena iuſtificatio non eſt neceſſaria ad retentionis effectum, ſed ſatis eſt generalis probatio. Decl. vt n. 9.*

10 *Executoris relatio non emanata in actu executionis, ſed ex interuallo, & ſuper actu de præterito non valet.*

11 *Reintegrandus eſt, qui mandatis Iudicis nullis, & iniuſtis ſpoliatus fuit.*

12 *Spoliare dicitur Iudex non ritè, & rectè procedens non ſecus, ac priuatus.*

13 *Mandatum nulliter relaxatum dicitur parte non citata.*

14 *Aſſertioni comparentis non creditur, quod ipſe ſit principalis procurator.*

15 *Comparitione alicuius vti procuratoris aduerſarij quis vti non poteſt ad iudicium ſuſtinendum, ſi in comparitione contenta non adimpleuerit.*

16 *Deliberatio, in qua tres licitatores non obtulerint, vt requiritur in executione in vim mandati A. C. nulla eſt.*

17 *Pretio deliberationis ſimpliciter creditori conſignato, & non depoſito iuxta formam mandati, dicitur deliberatio nulla, & ſpoliatiua.*

18 *Conuentionis forma ſeruanda eſt in mandatorum relaxatione, alias iniuſtè agitur.*

19 *Spolij iudicium non retardatur exceptione fideicommiſſi, etiam ſi iura ſpoliantis talia forent, vt eorum vigore ſtatim immitti deberet, niſi confeſſione partis vel re iudicata eſſent canonizata, & nu. 20. Ampl. vt num. 21. in fin.*

21 *Spolij in iudicio non habet locum regula, dolo petis, quod ſtatim reſtituturus es.*

22 *Spolium purgandum eſt, etiamſi ſpoliator poſſet ex alia cauſa retinere.*

23 *Fructus melioramentorum debentur melioranti.*

DECISIO CXXXI.

SVb die 14. Decembris 1643. Rota dixit conſtare de re iudicata ſententiæ latæ ab A. C. abſolutoriæ Eliſabeth Ferræ, & litis conſortium à reintegratione petita per Siluanellos ad domum, de qua agitur, quia lapſa fuerunt fatalia ad proſequendam appellationem, & ſententia eſt valida, & iuſta, cum Eliſabeth ſuffragetur fideicommiſſum paternum, & nullitatem tunc adductæ contra mandatum executiuum & aliud de aſſociando non ſubſiſtant.

Repropoſita deinde cauſa ſuper eiſdem die 18. Aprilis proxime præteriti reſponſum fuit, quod videretur de bono iure, ſuper quo aſſumpta hodie cognitione, cenſuerunt Domini conſtare de bono iure illorum de Siluanellis ad effectum, vt ipſis concedi debeat reintegratio, & ſic receſſerunt à deciſis.

Fundant enim Siluanelli intentionem ſuam in venditione huius domus ſibi facta ab Antonio nomine Eliſabeth vxoris, & poſſeſſione ſucceſſiue capta, quam (vt pars aduerſa non negat) continuarunt donec fuerunt ſpoliati vigore d. mandati executiui, & de aſſociando nulliter, & iniuſte, vt infra dicetur relaxati, poſtquam domus valorem auxerant pluribus melioramentis, propter quæ ſtante ſpolio, intereſt ipſorum ad poſſeſſionem eiuſdem
1 domus reintegrari, quia, * cum meliorauerint bona fide dum titulo emptionis poſſidebant, competit illis retentio, quouſque; reficiantur, *l. ſi in area, in fin. ff. de condit. indeb. Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, numer. 10. ff. eodem Bald. in l. in fundo, in 4. notab. ff. de rei vendic. Eugen. conſ. 85. nu. 97. & ſeqq. lib. 2. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 112. nu. 1. Buratt. deciſ. 169. numer. 11.*

De melioramentis autem conſtat, quia tum ex teſtibus examinatis in partibus, tum ex inſtrumentis locationum antecedentium, & ſubſequentium probatur ſtatus anterior domus, eiuſque poſterius augmentum, cum teſtes deponant ne dum, de expenſis factis pro conſeruãda domo in ſitu proximo conceſſo conſtruenti à bo: mem: Cardinali Gallo, tunc Protectore Almæ Domus Lauretanæ, ſed etiam pro amplianda hac ipſa domo controuerſa, deſtinata ad vſum furni, eiuſque affictum annuum ſolitum non excedere ſcuta 40. vel 45. creuiſſe ad ſcuta 195. quod incrementum, probatum etiam ex iſtrumento locatione, tribui debet dd. expenſis factis à Siluanellis poſſeſſoribus, quia ita deponunt ipſorum
2 teſtes, & vt ponderauit *Rot. in dec. 153. n. 15 coram Reuerendiſſ. D. Vrgellenſi,* * non eſt credendũ ſolo beneficio temporis, quod modicum interceſſit, ſed potius ex melioramentis valorem domus fuiſſe tanti auctũ.

Maxima quia ex decreto Protectoris Almæ Domus non poterat affictus augeri niſi ex capite melioramentorum, & ipſi teſtes examinati ex aduerſo teſtantur, Siluanellum conſtruxiſſe alias ſtantias ſuper furno, cum quibus concordant alij teſtes exa-
3 minati in Curia, * qui licet ex aduerſo nulliter examinati dicantur, faciunt ſaltem magnum adminiculum, *Caputaq. dec. 208 num. 6. & ſeqq. par. 2. Buratt. deciſ. 376. nu. 13. dec. 593. nu. 6. Rot. inter. recent. dec. 376. num. 4 par. 7.*

Non obſtant exceptiones contra teſtes examina-
4 tos in partibus, * ex quo enim primus ſit creditor non prohibetur teſtimonium ferre pro debitore, cum non agitur in cauſa pignoris, *Alex. in l ſicut, §. fin. ante fin. ff. de legat. 1. Iaſ. ibid. n. 18. in fin. & nu. 19. & in l ſi quis nec cauſam, n. 14. ff. ſi cert. pet. Felin. in fin. de teſtib. Cott. in memor, verb. creditor poteſt in cauſa ſui debitoris, Ancharan. q. 32. num.* 14. vbi teſtatur de recepta opinione, *par. 1 Campegg. de teſtib. reg.* 102. *verſ. 3. fallit, cum alijs allegat. à Farinac. eod. tract. q. 60. num.* 316. & 318. vbi de magis communi, &
5 *num. 319.* * ampliat, quando, vt in caſu noſtro, cre-
6 ditor ſatisfieri poteſt ex alijs bonis debitoris. * Quod ſecundus acceſſerit ad ſe examinandum requiſitus non minuit fidem, quia fas eſt requirere teſtes, vt ſe examini ſubijciant, & pro veritate interrogati reſpondeant, *Farinac. d. tract. quæſt. 67. num. 266 Seraphin deciſ. 1147. num. 4. & 5. Add. ad San. Me: Greg. XV. dec. 570. num. 9.*

Non obſtat, quod ſecundus teſtis non videatur deponere in ſpecie de expenſis factis, ac de augu-
7 mento affictus, * nam, quatenus opus ſit, ſuppletur ex inſtrumentis locationum, & alijs teſtibus ſu-
8 pra ponderatis, & * ad obtinendam retentionem rei melioratæ, qui eſt præcipuus effectus præſentis iudicij non eſt neceſſe, quod valor melioramentorum ſit plene iuſtificatus, ſed ſufficit probatio in genere, *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 112. num. 20.*
9 * poſt quam autem meliorantes fuerint reintegrati poterit illis perfigi terminus ad liquidãdum in ſpecie

iuxta

Digitized by Google

iuxta ſtilum Curiæ, de quo teſtatur *Put. deciſ.* 361.
*in fin. lib.*2.*in nou.& deciſ.*10.*de re indic. Caualer.dec.*
86. *num.*4. *&* 5.

Minus obſtant teſtes deponentes de melioramen-
tis factis à Ghinellis cum impenſa ſcut. 500. & rela-
tio executoris, quod domus tempore factæ executio-
nis erat ruinoſa, quia teſtes vtriuſque partis ad in-
uicem concordantur, cum examinati pro Ghinellis
deponant de melioratione partis anterioris domus
poſt expulſionem Siluanelli, alij vero teſtes de me-
lioramentis à Siluanello antequam expelleretur, fa-
ctis ſuper parte poſteriore domus, vt declarant pri-
mus, & ſecundus teſtis remiſſorialis in ſum. Silua-
nellorum ſub *numero* 4. *in fin.* Nec ſola impenſa
ſcut. 500. facta à Ghinellis efficere poterat, vt
penſio domus à ſcut. 40. vel 45. creſceret ad 195.
10 * delatio autem Executoris non emanata in actu
executionis, ſed ex interuallo, & ſuper acuto de
præterito non probat, *Alex. conſ.* 141. *num.* 6. *Bu-*
ratt. deciſ. 270. *nu.*3.*cum alijs allegat. in Romana Pe-*
cuniaria 2. *Decemb.* 1642. *coram R.P.D. meo Cerro.*

Quod vero Siluanelli fuerint ſpoliati à Iudice, ſiue
in vim mandati executiui contra eos relaxati, &
deliberationis inde ſecutæ, ſiue mandati de aſſocian-
11 do, * ita vt veniant reintegrandi, apparet ex vtriuſ-
12 que iudicij nullitate, & iniuſtitia, nam * Iudex non
ritè, & rectè procedens dicitur ſpoliare non ſecus,
ac perſona priuata, *Abb. in cap. conquerente*, *num.*
8. *de reſtit. ſpoliat. Roland. conſil.* 6. *numer.* 31. *lib.* 3.
Rot. deciſ. 105. *num.* 5. *& ſeqq. coram S.M. Gregorio*
*XV. deciſ.*648. *ſub num.*1.*par.*3.*deciſ.*113.*num.* 9.*&* 10.
*par.*7. *recent.*

13 Vtrumque * ſiquidem mandatum laborat defe-
ctu citationis, cum non iuſtificetur, citatos eſſe
principales met, vt alias ſupponebatur, & de man-
dato Ghirardelli, qui citatus fuit tãquam procurator
non conſtet niſi ex ipſius aſſertione in duabus com-
14 paritionibus, * cui de hoc non creditur, *Iaſ. conſ.*
91. *num.*1. *Dec.conſ.*510. *num.* 2. *Marſil. ſingular.* 471.
*num.*2.*& in Rubric.C.de probat.nu.* 309.*Gratian.diſ-*
15 *cept.* 948. *num.* 15. * Cumque Ghinelli non adimple-
uerint contenta in dd. comparitionibus Ghirardelli
eo minus illis vti poſſunt ad ſubſtinendum iudicium
ex mandato Comparentis, ad tradit. per *Cagnol.in l.*
*ſingularia, num.*33.*ff.ſi cert.pet. Bellon. deciſ. Ianuen.*
1. *num.* 18.

Præterea deliberatio eſt nulla, tum quia non præ-
16 ceſſerunt tres licitatores, * vt requiritur, quando,
vt hic, deuentum fuit ad deliberationem vigore
mandati executiui A.C.*Gratian. diſceptat.* 739. *num.*
22.*Rot. deciſ.*113. *num.*14. *par.*7. *recent. & in Romana*
Spolij Domus 14. *Ianuarij* 1617. *coram Eminentiſſimo*
D.Cardinali Io: Baptiſta Pamphilio, *in Anconitana*
Prædij 18. *Iunij* 1642. *coram me.* tum etiam quia pre-
tium exinde redactum ſolutum fuit ſimpliciter, &
abſolute Ghinellis contra formam mandati executi-
ui A. C. *Gratian.diſceptat.*739.*num.*22. *Rot. deciſ.* 113.
*num.*14. *par.*7. *recent. & in Romana Spolij Domus* 14
Ianuarij 1617. *coram Eminentiſſimo D. Cardinali Io:*
Baptiſta Pamphilio, *in Anconitana Prædij* 18. *Iunij*
1642. *coram me.* tum etiam quia pretium exinde re-
dactum ſolum fuit ſimpliciter & abſolute Ghinellis
contra formam mandati executiui, in quo præcipie-
batur, quod pretium deponeretur in Monte Pietatis
17 pro ſatisfaciendis creditoribus, * vnde reſultat no-
toria nullitas, & ſpolium *Gratian.diſcept.* 318.*num.*
8. vbi refert deciſum in *Maceraten. Spolij* 4. *Iunij*
1611. *coram bo: me: Manzanedo Patriarcha Hieroſo-*
imitano.

Mandatum pariter de aſſociando, vltra defectum
citationis laborant euidenti iniuſtitia, quia relaxa-
tum fuit ad effectum retinendi, donec Ghinelli ſa-
tisfacti fuerint de pretio domus, quod ex diametro
repugnat apocæ venditionis, cui mandatum inniti-
tur, cum ibi conuentum fuerit, quod pretium re-
maneat penes emptorem titulo cenſus perpetui pro
euictione domus, & ſecuritate ipſius emptoris, &
18 * ſeruari debuit forma conuentionis, *l. ff. de pact.*
*Aymon. conſ.*31.*ſub num.*7.*Barz.dec. Bononien.*90.*num*
1. *& ſeqq. & dec.* 139. *nu.*1.*&* 2.

Non obſtat, quod domus ſubiecta ſit ſtrictiſſimo
fideicommiſſo ad fauorem Eliſabeth, nec potuerit
per Ghinellum eius virum vendi abſque ſpeciali
19 mandato vxoris, * quia de his agendum erit in alio
Iudicio; interim autem ſpoliati in primis, & ante
omnia reintegrandi ſunt, etiam ſi iura ſpoliantium
talia forent, vt eorum vigore ſtatim deberent im-
20 mitti, * niſi canonizata ſint per confeſſionem par-
tis, aut rem iudicatam, *Cyriac. controu.* 389.*num.*15.
& 18. *Rot. deciſ.* 3. *num.*1.*in fin. & ibi Add. num.*6 *de*
reſtit. ſpoliat. in nou.deciſ. 537.*num.*5.*par.*1.*dec.*741.*nu.*
5.*par.*2.*recent.Seraph.deciſ.*983. *num.*7.*Caualer. dec.*
21 384.*num.*6. quia * in iudicio ſpolij non habet locum
regula, dolo petis, quod ſtatim reſtituturus es,
Peregr. conſ. 2. *num.* 62. *lib.* 1. *Cyriac. d. controu.* 389.
num. 16. *Coccin. dec.* 97. *num* 2 *Buratt.deciſ.*731.*num.*
1. *&* 2. *Rot.dec.*105.*nu.*10. *coram San: Me: Greg. XV.*
& in Peruſina Spolij 18. *Iunij* 1642. *coram R. P. D.*
meo Royas.

Eo magis, quia Eliſabeth (vt declarauit iudiciali-
ter eius procurator) non eſt ingreſſa poſſeſſionem
vigore fideicommiſſi, ſed mandati executiui, & de
22 aſſociando, * quorum ſpolium purgandum eſt,
quamuis ſpoliator poſſet ex alia cauſa retinere. *Bart.*
in l. ſi non ſortem, §. *centum, num.*8.*ff. de condit.indeb.*
*Surd.dec.*46. *num.* 12. *Caualer. deciſ.* 539. *num.*4. *dec.*
543.*num.*3. & fuit dictum in *Romana Domus* 24. *Maij*
1619. *coram bon. mem. Vbaldoſen.* & quia multa ad-
ducuntur ad ſuſtinendam venditionem ſuis loco, &
tempore diſcutienda, tenenturque Ghinelli reſtitue-
re ſaltem fructus melioramentorum, quos percepe-
23 runt, * quia debentur melioranti, *Gabr. conſ.* 151.
lib. 1. *Burſatt. conſ.* 85. 37. *Molin. de contract. diſput.*
463.*ſub num.* 9. *Mantic. de tacit. lib.* 5. *tit.*7. *num*26.
*Anton de Amat.reſol.*14.*num.*74.*Gamm. deciſ.*96.*nu.*
3. *Rot. deciſ.* 435.*num.* 15.*par.* 1. *deciſ.* 130. *numer.* 17.
*par.*7. *recent.*

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ROYAS.

Senogalien. Societatis.

Veneris 3. Ianuar. 1645.

SVMMARIA.

1 *Mandatum exceſſiuum in parte in totum cum execu-*
tione corruit.
2 *Tranſactione extinguuntur omnia priora iura, & n.*11.
3 *Tranſactio facta cum cedente quando probet in præiu-*
dicium ceſſionarij.
4 *Conceſſio cedentis, vel ceſſio poſt ceſſionem quo caſu no-*
ceat ceſſionario, & num. 5.
6 *Mandatum non poteſt relaxari pro rata inſtanti non*
competente, ſed alteri. & num. 7.
8 *Socius non tenetur niſi pro rata ſua adminiſtrationis.*
9 *Socij ambo in eadem apotheca adminiſtrarunt, &*
ambo fuerunt negligentes in exigendo, cenſentur ad-

inuicem ſe liberaſſe à redditione rationis, & dicitur
inter eos inducta mutua compenſatio.

10 Socius à ſocio conuentus ad redditionem rationis poteſt
opponere de non reddita ab agente, & de non adim-
plemento pro eius parte.

12 Donatio ſimulata, & ſine cauſa non abdicat, nec trans-
fert aliquod ius, ſed facta cenſetur animo uexandi,
& non impedit, quin donans, & cedens poſſit ſuper
iiſdem iuribus tranſigere, intimatione donatarij. &
ceſſionarij non præcedente, & nu. 13. Ampl. vt num. 14
Decl. vt num. 15.

16 Retrodonatio abſque inſinuatione, & ſolemnitatibus
Conſtitutionis Carpenſis ad Ægidianam, lib. 5. cap.
25. nulla eſt.

17 Solemnitates non requiruntur in recognitione bonæ
fidei, & ſolidatione computorum.

18 Mandatum ſiue ad effectum ſoluendi, ſiue ad effectum
deponendi loco facti non ſequuti, non intrat niſi ad
id, quod intereſt actoris.

19 Carcerati nulliter obligatio non tenet.

DECISIO CXXXII.

CONfirmarunt hodie Domini Deciſionem in hac
cauſa coram me ſub die 22. Iunij 1639. in qua
reſolutum fuit mandatum ab A. C. relaxatum contra
Ioannem Baptiſtam de Riuis eſſe nullum, cum con-
1 tineat maiorem ſummam debiti, * vnde ratione ex-
ceſſus, vnà cum executione in totum corruat, vt
præter in ea congeſtos Iaſ. & alij in l. ſi non ſortem,
§. ſi centum, ff. de condit. indeb. Gregor. XV. dec. 198.
& 480. num. 5. Buratt. deciſ. 91. num. 2. & 3. hocque
in præſenti remanſit irrefragabile, dum computa
leguntur ſolidata de anno 1634. Fueruntque remiſſa
litera inter præfatum Ioannem Baptiſtam, & Philip-
pum de Riuis, etiam per viam tranſactionis,
2 * cuius vigore remanſerunt extincta, & ſublata
omnia potiora iura, cap. 1 de tranſact. Gozzad. conſ.
38. num. 8. Mantic. de 241. n. 8. & par. 4. recent. dec.
463. num. 4. pro quibus inde iuribus ſublatis manda-
tum certè non veniebat relaxandum, ſtante dicta
3 tranſactione, * quæ probat etiam in præiudicium
Laurentij Bartholi, ad cuius fauorem idem Philip-
pus iura ſocietatis ceſſerat de anno 1630. eo quia
ceſſio facta fuit ex cauſa voluntaria ad commodum
ipſius cedentis, nec aliquod ex ipſis requiſitis inter-
4 uenit, de quibus in l. 3. C de nouat. * quo caſu con-
feſſio, ſiue ceſſio, quamuis ſequuta poſt ceſſionem
nocet ceſſionario, vt per Angel. in l. ſi cum emptore
in fin ff. de pact. Specul. de procur. §. ſequitur, num. 13.
Soccin. conſ. 18. num. 16. lib. 1. Afflict. deciſ. 335. nu. 22.
5 Surd. conſ. 22 ſub num 9. vbi quod * hæc opinio, licet
alias admodum controuerſa apud DD. videtur ab
omnibus approbata, quando ceſſio facta fuit ad
commodum cedentis, cum alijs per Adden. ad Bu-
ratt. deciſ. 420. num. 9. Rot. deciſ. 453. num. 4. & 5. par.
1. diuerſ.

Remanſit pariter euidens alter exceſſus mandati
dum illud legitur relaxatum pro integra ſumma ſcut.
17. mil aduerſus D. Ioannem Baptiſtam Riuam, ſiue
ad ea deponenda, penes quem præfatam ſummam
adfuiſſe nullibi doctum fuit, quinimò remanſit indu-
bitatum, quod ſaltem pro tertia parte præfatum
Ioanni Baptiſtæ competente, non potuiſſet deueni-
6 ri ad relaxationem mandati, * pro qua dictus Bartho-
lus non poterat eſſe creditor, nec pro ea de aliquo
intereſſe Philippi conſtabat, vt per Gloſſ. in l. ſtipu-
latio, §. opus autem, in verbo ſiue, ibi vel tenetur ad
intereſſe, &c. ff. de oper. non. nunc. Bald. in l. filij ſub
num. 1. verſ. aut non intereſt de perſona, C. locat. Rot.
deciſ. 67. ſub num. 5. verſ. quod ſi, & & ſub num. 7.
verſ. Non obſtat, quod intereſſe, par. 4. recent. quod
certè, dum non excedebat tertiam partem capitalis
& lucrorum deducto ære alieno in Bilancio exhibi-
to, nullo pacto potuit deueniri ad relaxationem man-
7 dati pro integra ſumma, * cum eſſet detinenda pars
quæ ad D. Ioannem Baptiſtam ſpectabat, iuxta text.
in l. ſi non fuerint, §. final. cum l. ſeqq. ff. pro ſoc. l. ſi
tibi arca in fine, ff. de præſcript. verb. Muta. dec. 67.
num. 3. Monach. deciſ. Bonon. 54. num. 7. & ad omne
8 peius, * cum Philippus quoque adminiſtrauerit, ſi-
cuti conſtat ex apoca inter ipſum, & Ioannem Ba-
ptiſtam confecta de anno 1629. Ioannes Baptiſta
prædictus non tenebatur niſi pro rata ſuæ admini-
ſtrationis, Rota in Romana Societatis 14. Nouembris
1611. coram bo: me: Pirouano, poſt conſ. Farin. deciſ.
342. num. & ſub num. 5. Felic. de ſociet. cap. 37. num.
9 11. & ſeqq. vbi ſubdit, quod * ſi ambo ſocij in ea-
dem hypotheca adminiſtrarunt, & ambo fuerunt
negligentes in exigendo, cenſentur ad inuicem ſe li-
beraſſe à redditionis ratione, & dicitur inter eos in-
ducta mutua compenſatio per text. in l. ſi ambo, ff.
10 de compenſ. & num. 15. ait, quod * ſi ab vno ex ſocijs
petatur redditio rationis, opponi poteſt, tu non red-
didiſti, & non adimpleuiſti pro parte tua, quod et-
iam dixit Franc. Anton. Coſt. conſ. 58. num. 28. & 29.
qui loquitur in puncto ſocietatis inter patruum, &
nepotem, vt hic, Caſtr. conſ. 126. num. 1. verſ. nun-
quam ratione, lib. 2. Cranet. conſ. 159 num. 15. & 16.
Bero quæſt. fam. quæſt. 32. num. 1. Gratian. diſcept.
760. num 9. Duran. dec. 400. n. 1.

In omnem caſum ſtante liberatione reportata per
dictum Ioannem Baptiſtam à prætenſa redditione
rationum de contentis in Bilancio, mediante con-
uentione, ac tranſactione inter eum, & Philippum
inita de anno 1634. vltima Februarij, vbi continen-
tur omnia vtilia, & lucra vſque illuc diuiſa fuiſſe, &
annullatur quocumque computum deſuper factum
Summ num. 2. non potuit certè amplius vexari, dum
illius vigore remanſit penitus abſolutus, omniſque
11 actio extincta, alia antea competens, * vnde non
potuit in poſterum grauari, l. actione, l. fratris tui,
l. cauſas, l. non minorem, l. quamuis, C. de tranſact.
Greg. deciſio. 354. num. 1. & 2. Buratt. deciſ. 464.
num. 7.

Nec viſa fuit inualida conuentio, ſeu tranſactio
quamuis ſequuta poſt donationem factam de anno
163-. Laurentio per præfatum Philippum. Quini-
12 mò dictum fuit, * præfatam donationem fuiſſe fa-
ctam ſub conficto donationis titulo, & ſine cauſa,
nullamque propterea tranſtuliſſe actionem in di-
ctum Laurentium, nec fuiſſe abdicatum ius à prædi-
cto Philippo, ſed potius factam cenſeri animo ve-
xandi dictum Ioannem Baptiſtam, vt extat deciſum
in l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio, in §. ſi quis autem
& in §. ſed etſi, C. mand. Rot. dec. 303. num. 10 par. 1.
recent.

Rurſus cum ex apoca ſub eadem die donationis
facta appareat, donationem tendere ad commodum
ipſius Philippi donantis, non autem Laurentij do-
natarij, dum ibi declaratum legitur: Che tutto quello
che ſi recuperarà da Gio: Baptiſta ſuo Zio, e da al-
tri, ſi habbia da reſtituire a eſſo Filippo, ò a ſuoi fi-
13 gliuoli, & in defetto à ſuoi proſſimi, &c. * Idcircò le-
gitimè potuit ea non obſtante Philippus ſuper eiſdem
iuribus tranſigere, & conuenire ſaltem antequam
facta fuiſſet per Laurentium, intimatio Ioanni Ba-
ptiſtæ prædicto, ne cum eo amplius tranſigeret,
ſtante

Digitized by Google

ſtante ceſſione, nec non donatione ſibi facta, iu-
xta Theoricam *Bart. in l. ſi cum emptore, ſub num. 1. verſ. quandoque ceſſio eſt facta, ff. de pact Bertazol. clauſ. 29. Gloſ. 4. num 12. Buratt. deciſ. 470. num. 2. & per tot. Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 311. ſub num.* 20.

Nec obſtat, quod in dicta tranſactione mentio
facta fuerit de prædicta donatione facta dicto Lau-
rentio Bartholo, vnde ſit deſumendum, d. Ioannem
Baptiſtam Riuam habuiſſe notitiam de ea, quia ad-
uertebant Domini ſtatim additum fuiſſe quod Lau-
rentius recognouerat bonam fidem ad fauorem ip-
14 ſius Philippi, † quo caſu idem Io: Bapt: abſtinere
non debebat ob dictam notitiam à contrahendo cum
D. Philippo, maximè non præcedente denunciatio-
ne ex parte d. Laurentij, ſeruata forma dictæ *l. 3. C. de
nouat. Specul. de procur. §. ſequitur numer.* 13. *Soccin.
conſ. 18. num 16. lib. 1. Afflict. in terminis tranſactio-
nis dec 335. num 22. Surd. conſ. 22. ſub num. 9.* vbi quod
15 hæc opinio licet alias admodum controuerſia apud
DD. videtur ab omnibus approbata; quando ceſſio
facta fuerat ad commodum cedentis, cum alijs per
*Addent. ad Buratt. dec. 420. num. 9 Rot. dec. 453. num.
4. & 5. par. 1. diuerſ.*

16 Non pariter obſtat, quod * dicta apoca, tanquam
continens retrodonationem fuerit nulla, vti confe-
cta abſque inſinuatione, ac ſolemnitatibus requiſitis
à Conſtitutione *Card. Carpen. ad Ægidian. lib 5. cap.
25. in verſ. Eandem formam ſeruare volumus*; nam fuit
reſponſum, eam non continere retrodonationem,
ſed potius recognitionem bonæ fidei, & cum agere-
17 tur de ſolidationibus computorum, * idcircò nullæ
fuerunt neceſſariæ ſomlenitates, ſed ſemper & quan-
documque poterat fieri *Bald. conſ. 265. num. 4 verſic.
præterea, lib. 1. Put. deciſ. 224. circa fin. verſ. tamen ad-
uerte, lib. 1. in correct Gregor. XV. dec. 188. num. 6 Bu-
ratt. dec. 640. nu. 2. & par. 5. rec. deciſ. 74. nu. 16. & ſeq.*

Minus fuit facta aliqua differentia inter mandatum
quod relaxatum legitur ab A.C. ad effectum depo-
nendi, vel quod fuiſſet relaxatum ad effectum ſol-
18 uendi, quia * etiam mandatum relaxatum ad effe-
ctum deponendi, cum ſuccedat loco facti, nempè
redditionis rationis non ſequutæ, non iactat, niſi
ad id, quod intereſt actoris, rationem redditam
non fuiſſe dum ſemper loco facti intrat obligatio ad
intereſſe, & ſic ad ipſum capitale pro rata ſocij. *Bur-
ſatt. conſ. 100. num. 39. Valenz conſ. 147 num. 18. verſ.
ob non implementum agi poſſit, niſi quatenus actoris in-
tereſt. Surd. dec. 265. num. 39 Seraph. deciſ. 1243. num.
2. 3. Greg. XV. dec. 347. num. 11. vbi Add. num. 2. idem
Add. dec. 265. num. 5.*

Vltimò non releuat obligatio facta in Carceribus
19 per dictum Ioannem Baptiſtam, quia * illa non te-
net, cum carceratio emanauerit in vim dicti man-
dati nulli, nec inde eam Domini habuerunt in con-
ſideratione, ſequendo tex. in *l. qui carcerem, ff. quod
met. cauſ.* vbi communiter DD. *Farin. de Carcer. &
carcer. quæſt. 35. num. 29. Rota poſt 2. vol. conſ. Farin.
dec. 286. num.* 4. cum alijs congeſtis in *dec 490. nu. 1.
& 2. par. 1. rec.* ac in deciſione hòdie confirmata.

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Spoletana Manutentionis.

Veneris 12. Maij 1645.

SVMMARIA.

1 *Deliberatio iudicialis non facit amittere poſſeſſio-
nem, vbi eſt notorie nulla, & iniuſta.*

2 *Iudex non ritè, & rectè procedens poſſeſſione non pri-
uat, niſi electus habeat ſe pro ſpoliato.*

3 *Manutentio quando poſſit dari à Iudice ad quem, cui
commiſſa fuit cauſa ſine præiudicio legitimæ execu-
tionis, illi, qui à Iudice à quo executionem paſſus
fuit, & num. 6.*

4 *Clauſula, Sine præiudicio legitimæ executionis, præſer-
uat Iudici à quo poteſtatem procedendi ad vlterio-
rem executionem; ritè tamen, & rectè, & num. 5.*

7 *Laudum, à quo eſt appellatum, non poteſt exequi.
Ampl. vt num 8 in fin. & num. 9.*

8 *Appellatio ſuſpendit executionem.*

10 *Sententia Iudicis poteſt in aliquibus capitulis ſepara-
tis approbari, & in alijs per appellationem impugna-
ri, ſecus in laudo, & n. 12 13 & 14.*

11 *Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.*

13 *Sententia redditur in inuitos, ſecus vero laudum de-
pendens à compromiſſo voluntario, & eo magis ſi iu-
ramentum contineat.*

14 *Iuramentum eſt indiuiduum.*

15 *Liquidationi denuo facienda conſentiens renunciat iam
factæ.*

16 *Alternatiuæ electio eſt debitoris.*

17 *Condemnatio pro ſorte non trahitur ad intereſſe.*

18 *Intereſſe non debetur non probatis requiſitis Pauli de
Caſtro.*

19 *Mandatum exceſſiuum ratione fructuum, & execu-
tum corruit in totum vna cum executione.*

DECISIO CXXXIII.

CONtrouerſia orta ſuper hæreditate, & bonis Magdalenæ Ancaianæ vxoris Flaminij defunctę de anno 1614. inter eumdem Flaminium ex vna, Martham, & Franciſcam Magdalenæ hæredes ex altera, deciſa fuit mediante compromiſſo, & Lando promulgato de anno 1616. in quo arbiter aſſignauit Flamino quartam partem bonorum hæreditariorum, & vltra pro meliorамentis ab eo factis in bonis vxoris condemnauit dictos hæredes ad illi ſoluendum ſcuta 450. monetæ infra terminum vnius menſis: conceſſa tamen facultate ſoluendi, vel in pecunia, vel accollando cenſum eiuſdem ſummæ, quem Flaminius debebat Sebaſtiano Cometes.

Sed neutra pars acquieuit laudo; nam primum ad A.C. appellarunt hæredes, deinde Flaminius in parte & partibus, ac ſuceeſsiuè coram eodem A.C. proſequentes iudicium hęredes de anno 1622. obtinuerunt aduerſus Flaminium manutentionem in bonis hęreditarijs præſtita cautione de reficiendis meliorамentis deſuper factis per eumdem Flaminium, poſtquam fuerint liquidata, & in executionem huius decreti in iudicatum tranſacti, partes de anno 1623. deuenerunt ad tranſactionem.

Nihilominus de anno 1639. Ludouicus, & fratres de Ancaianis tanquam hæredes ſupramemorati Flaminij petierunt coram A.C. executionem ſupradicti laudi contra Baldum Marcanum dictarum mulierum hæredem, & obtento mandato pro ſcutis 450. vna cum fructibus ab anno 1616. decurſis, à quo commiſſa fuit cauſa appellationis in Rota ſine præiudicio legitimæ executionis, illoque executioni miſſo, bona in executionem capta ſubhaſtata, ac deliberata fuerunt Arronio. Ideo Baldus præcedens, nulliter, & iniuſtè deuentum fuiſſe ad deliberationem, petijt coram me ſuper bonis deliberatis mandatum de manutenendo, quod hodie illi concedendum eſſe Rota reſpondit.

Nam

Nam anterior poſſeſſio Martani eſt in confeſſo
1 apud partes, nec fuit annulla, per ſubſequentem deliberationem iudicialiter factam Antonio, cum ſit
2 notoriè nulla, & iniuſta, & * Iudex non ritè, & rectè procedens poſſeſſione non priuat, niſi eiectus habeat ſe pro ſpoliato, *Bart in l.1.§. huiuſmodi num.3. ff. vti poſſid. Paul de Caſtr. conſ. 0 ſub nu.9.lib.1. S.M. Greg. XV deciſ 549 num.5. Rot. dec.139. num.2. par. 1. recent.*
3 ita vt * danda ſit manutentio anteriori poſſeſſori, quamuis deliberatio facta fuerit vigore mandati executiui, à quo Signatura commiſerat cauſam appellationis cum clauſula, ſine præiudicio, quia
4 * clauſula huiuſmodi præſeruat quidem Iudici à quo poteſtatem procedendi ad vlteriorem executionem *Gonzal. ſuper reg 8. in addit. contr. null. & attent. nu. 224 Lancellot. de attent. poſt inhibit. cap. 20. limit 13. num.2. Caſ. de Graſſ. dec.3. num.3. de ſent. & re iudic.*
5 * ſed illum non cogit, vt exequatur, niſi executioni ſit locus, neque remittit neceſſitatem procedendi
6 ritè, & rectè ad executionem, & * propterea executio ſi fuerit nulla, aut iniuſta poteſt adhuc reuocari à Iudice ad quem per viam manutentionis, *Garz. de benef. par.1. cap.5. num.573. Buratt. dec.181. num 6. & fuit dictum in Hiſpalen. & Caurien. permutationis 11. May 1596. coram bo. mem. Gipſio imp. eſſ. apud. Marcheſ. de Commiſſ. tom.1. fol.366. & in Senogallien. bonorum 14. Aprilis 1615. coram bo. mem. Remboldo relata per Adden. ad S.M. Gregor. XV. deciſ.91. ſub num.13.*
7 Fuit * autem proceſſum nulliter, & iniuſtè ad executionem mandati relaxati pro executione laudi quod arbiter tulerat de anno 1616. Primo; quia laudum non erat exequibile, tum ex eo, quod fuerat inter-
8 poſita appellatio, * quæ executionem ſuſpendit, *l. 1. § fin. ff. ad Senat conſ. Turpilian. cap. veniens, il ſecondo de iureiur. & in terminis laudi Bald. in l. tale pactum, § qui procurauit, il ſecondo, col. ſin. in penult. quæſt. ff. de pact per text. in l. non diſtinguemus, §. cum quidem, ibi appellandi ſpecies, ff. arbit. Abb. in cap. quintauallis, n. 4. de iure iur. Franc. in cap dilecto, num.39. de appellat. Alex conſ.63. num.4 & ſeqq. lib 3 Lancellot. in terminis laudi vigore compromiſſi habentis obligationem Cameralem de attent. par.2. cap.4. limit. 5. ſub num 4. & 5. vbi allegat deciſiones concordantes, & cap.16. num. 10 & ſeqq Boer. dec.284 num.24. & ſeqq.* Quo magis
9 quia etiam victor appellauit, * nec prodeſt, quod ap-
10 pellauerit in parte, & partibus, quia * licet ſententia Iudicis continens capitula ſeparata poſſit in aliquibus approbari, & in alijs per appellationem redargui, *l. etiam, §.1. ff minor. Bart. in l.1. num.7 Cod. ſi aduer. rem iudic. Caldas in l. ſi curatorem, verſ. vel aduerſarijs dolo, num.31. & ſeqq C. in integr. reſt. Menoch.*
11 *de arbitr caſ.93 nu.17. & ſeqq.* & * arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum, *gloſ. in l. 1. ff recept arbitr. Abb in cap. cum dilectus, num 21. de arbitr. Bertaz. l.*
12 *conſ. ciuil. 19. num 14. & ſeqq.* * differunt tamen in hoc, quod laudum non poteſt pro parte acceptari, & in alia parte impugnari, & ratio diuerſitatis eſt quia
13 * ſententia Iudicis redditur in inuitos, at quando compromiſſum eſt voluntarium, laudum trahit originem à voluntate compromittentium, quæ eſt indiuidua; vt bene diſtinguendo ponderat *Vincen. de Franch. referens ita fuiſſe deciſum in Regio Conſilio Neapolitano deciſ.173. num 4. quem ſequitur Flauius Amendol. in add. ad dictam deciſ pariter ſub numer. 4. Muſcatell. in prax. Conſilij Neapolitani lib. 1. pag.7. gloſ. periurij in addit. lit. A. Coſt. de port. rat. quæſt. 137. num. 9. & 10* vbi ampliat, ſi in Compromiſſo
14 adſit iuramentum, * quia illud pariter eſt indiuiduum, *Barz, deciſ. Bonon. 87. num. 6. & ante omnes Mohed. deciſ. 19. de ſent. & re iudic.*

Tum etiam, quia poſtea A C. Iudex appellationis interpoſitæ à laudo edidit decretum omnino contrarium laudo: nam decreuit manutentionem ſuper omnibus bonis hæreditarijs Magdalenæ ... illius hæredum auctricium Martani, & quo ad melioramenta ex aduerſo prætenſa reiecta quantitate liquidata in laudo, mandauit præſtari cautionem de illis reficiendis, poſt quam fuerint liquidata, dictumque decretum fuit inde per tranſactionem integrè effectuatum, adeo, quod nullo tempore peti potuerit executio laudi pro quantitate melioramentorum, ibi liquidata, quia Flaminius author aduer-
15 ſariorum * conſentiendo dicto decreto melioris à ſe faciendæ illorum liquidationis videtur renunciaſſe liquidationi contentæ in laudo, & iuribus ſibi ex eo competentibus, *l minor 41 ff. minor Bald. in l. poſt ſententiam, num 3. verſ. ſed ſi primo fuiſſet condemnatoria, C. ſent. & interloc. omn. iudic. Imol. in cap. inter Monaſterium ſub num. 9. verſ. ſi condemnatoria, de re iudic. Ferlin. ibid. num. 20. Dec. in cap. præterea. num 31. de offic. deleg.*

Secundo, quia in laudo dictum fuerat, hæredes Magdalenæ teneri ſoluere ſcuta 450. pro melioramentis factis à Flaminio, vel in ſe accollare cenſum ſimilis quantitatis, ſed Iudex pro executione laudi condemnauit hæreditatem ad ſoluendum ſcuta 450. vnà cum fructibus, qui nullatenus debebantur, non quidem, vt fructus cenſus, quia non conſtat de illius accollatione, & arbiter dederat electionem debitori, vel in pecunia, vel mediante accollatione cenſus
16 ibi, *ad earum electionem*, * quæ regulariter in alternatiuis eſt debitoris, *l. plerumque, §. fin. ff. iur. dot. Surd. conſ.225. num.6. verſ.2. eſt aduertendum, Becc. conſ. 42. num.9 Natta conſ 650. num 4. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſ.8 par.13. num.69. & ſeqq.* Non etiam, vt fructus pecuniæ, ſeu damna, & intereſſe, quia ad il-
17 la arbiter non condemnauit. & * condemnatio pro ſorte non trahitur ad intereſſe, *l. ſi depoſita. 4. C. de*
18 *depoſ. Rot. Ianuen. deciſ.87. num. 5.* * quod præterea non debetur non probatis requiſitis, *Paul. de Caſtr. in l. 3 ff eo. quod cert. loc. vt tradunt allegat per Grat. diſcept. 240. num.1. & ſeqq. quos ſecuta eſt Rot. in Romana fructuum, & intereſſe 10. Decemb. 1614. coram Sanctiſſ. D.N. tunc Sacræ Rotæ Auditore, & in Senogallien. Pradij 27. Iunij 1644. coram R.P. D. meo Meltio.*
19 Vnde, * cum mandatum ſit exceſſiuum, ſaltem ratione fructuum, & fuerit executioni demandatum, corruit in totum vnà cum ipſa executione & deliberatione ſecuta, *l. ſi non ſortem, § ſi centum, vbi notant omnes, ff. ſi condit. indebit. Bal. in l. certi conditio, §. quoniam, ſub numer. 8 ff. ſi cert. pet. Florian. de S. Petro in l. in hoc iudicio, num. 4. ff. famil. erciſcun. Rot in Ariminen. Molendini prima Iunij 1640 coram me. & alias ſæpiſſime.*

Et ita deciſum vtraque, &c.

R.P.D. COCCINO.

Fauentina Spolij.

Mercurij 27. Iunij 1640.

SVMMARIA.

1 *Spolium ad excludendum ſufficit excipere de mandato, & adiudicatione facta Iudicis auctoritate, niſi probetur in iuſtitia, vel nullitas ſubhaſtationis, & deliberationis.*

2 Tran-

Digitized by Google

2 *Tranſportatione non facta de omnibus actis, ſtat præſumptio, vt ex actis non tranſportatis ſententia, ſeu decretum iuſtificatum remaneat, Ampl. vt num. 6. & 8.*

3 *Diligentiæ facta de reperiendis actis non excludunt probationem productionis, ſed poſſunt deſeruire ad probationem eorum amiſsionis, & num. 5.*

4 *Producta ſcriptura vere, realiter dicitur ex verbis, facto produxit tenoris, &c.*

7 *Falſitatis ſuſpicio quando non attendatur, & ceſſet.*

8 *Sententia iuſtificari debet ex eiſdem, non ex nouiter.*

9 *Debitum Chirographi quando non contineatur in ſubſequuto inſtrumento.*

DECISIO CXXXIV.

DOmini perſiſterunt irreſolutis, ſcilicet non
1 conſtare de ſpolio, quia * Reo conuento ſuffi-
cit ad illud euitandum excipere de mandato, & ad-
iudicatione facta Iudicis auctoritate, ita vt Actor
teneatur probare iniuſtitiam, aut nullitatem ſubha-
ſtationis, & deliberationis, vt poſſit obtinere in
ſpolio, *l. meminerint, C. vnde vi, c. conquerente*, &
ibi *Abb. de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ. 145. num. 5 & 6. p. 2.*
rec. Reuerendiſſ. D meus Vrgellen. dec. 7. nu. 21. & ſeqq.
Menoch. de præſumpt. 67. lib. 2.

Neque obſtat, quod in actis A.C. non conſtet de
2 credito, quia, * cum non fuerint tranſportata omnia
acta in Curia Briſighellenſi facta, & producta coram
A.C. intrat præſumptio, quod ex actis non tranſpor-
tatis ſententiã, ſecretum remaneret iuſtificatum, vt
dicitur in allegata *deciſ. coram Reuerendiſſ Vrgellen.*
à num. 17. vſq. ad 24. Seraph. dec. 867. num. 1. & bene
facit *deciſ. in Cauſa Caſera Auguſtana de Caſpè* 18. *Maij*
16:9. *coram* R.P.D. *meo Ghiſilerio.*

3 Neque obſtat, quod, * factis diligentijs, etiam de
ordine Rotæ, talia acta non reperiantur, quia dictæ
diligentiæ non excluduntur probationem produ-
4 ctionis, de qua vere, & realiter conſtat per verba
facto produxit tenoris &c. *Add. ad Gregor. deciſ. 59.*
5 *nu. 14. & 15.* * ſed ſolum poſſunt deſeruire ad probatio-
nem amiſſionis dictorum actorum, quam vel Fabro-
nus non admittit, & tenetur illa tranſportare, vel
admittit, & præſumitur pro iuſtitia adiudicationis,
vt præter allegat bene in terminis *Martin. Andr. dec.*
9. nu. 6. & 7.

6 Et augetur d. præſumptio, quia * ſicuti hodie in
actis fuit exhibitum inſtrumentum, & Chirogra-
phum originale, ex quibus plene, & concludenter
iuſtificatur creditum Saldoni in ea quantitate, pro
qua fuit relaxatum mandatum, ita veriſimile eſt,
quod fuerit ab initio productum, & eſſet inter acta
quæ non fuerunt tranſportata.

Minus releuant ſuſpiciones falſitatis adductæ con-
7 tra d. Chirographum, quia, * vltra quod ſunt leuiſſi-
mæ, & bene tolluntur ab informationibus, pro Ba-
taglinis, ceſſat omnis difficultas propter confeſſio-
nem partium emanatam in inſtrumento rogato die
11. Septembris 1617. & in Rota producto pro parte
eiuſdem Fabroni, in quo faciunt expreſſam mentio-
nem de d. Chirographo ibi, (Matthæus Fabroni, exi-
ſtens debitor Matthæi Saldoni vigore Chirographi
priuati, & publici inſtrumenti, ad quę &c.) vt proinde
de illius veritas, & exiſtentia impugnari nullatenus
poſſit.

8 Neque obſtat, quod * non iuſtificetur ſententia ex
eiſdem, quia ſupradd. non deducuntur pro iuſtifica-
tione, ſententiæ, ſed ad corroborandum præſum-
ptionem, quod ex actis non productis potuit con-
ſtare de iuſtitia ſubhaſtationis, & ſic de credito.

9 Neque etiam facit, quod * inſtrumentum, tanquam
poſterius Chirographo, contineat etiam debitum
Chirographi, quod fuit antecedens; Quia, ſi partes
voluiſſent comprehendere debitum Chirographi in
dicto inſtrumento, veriſimiliter mandaſſent, Chiro-
graphum lacerari, vel in inſtrumento de eo feciſſent
aliquam mẽtionem, quod non fecerunt ſignũ euidens
quod vnum debitum cum alio non cõprehendebatur.

Et ita concluſum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Romana Fideicommiſſi de Spiritibus.

Lunæ 15. Ianuarij 1646.

SVMMARIA.

1 *Appellatio datur à ſententia immiſſionis liquidatoria nec tunc eſt locus Ægidianæ Ampl. vt num. 2. & 5. Lim. vt nu. 3. Sublim. vt n. 4 & 10.*

6 *Peritorum à relatione, & æſtimatione conſtito de grauamine, licitum eſt appellare.*

7 *Ampl. etiam à ſententia in vim relationis prolata.*

8 *Extende præſertim ſi ſit exceſſiua.*

9 *Cauſa nulla eſt in mundo, in qua non poſſit appellari ab exceſſu.*

11 *Fructuum liquidatio quando videatur rationabilis.*

12 *Appellatio poteſt admitti in vno capite ſeparato ſententiæ, & in alio negari.*

13 *Proteſtatio, ne procedatur niſi per viam confirmationis vel reuocationis ſententiæ ad effectum nullitatis fieri debet ab initio, Ampl. vt nu. 14.*

15 *Verba ſententiæ in poſſeſſorio lata, Moleſtias fuiſſe temere illatas, & perpetuum ſilentium imponit, an faciant mixturam.*

DECISIO CXXXV.

COnceſſa Clementię, & litis conſortibus de Spi-
ritibus noua audientia in reſolutione capta co-
ram me ſub die 14. Iunij præteriti, in qua dictum fuit
Aegidianæ locum eſſe, cauſa ſuper eiſdem repropo-
ſui, & ea per duas vices diſcuſſa ex nouiter in facto
iuſtificatis, Domini receſſerunt à deciſis ex capite
liquidationis tantum.

Etenim ſententia R.P.D. Bichi liquidat antiquum
valorem domus fideicommiſſariæ Ioannis in ſcu-
tis 1600. & pro totidem Michaeli concedit im-
1 miſſionem, * ex hac autem liquidatione ſententia
fit appellabilis, conſequenter Aegidianæ locus
eſſe non poteſt ex traditis per *Bald. in l. ſi cauſam,*
numer. 7. C. de execut. rei iudic. Galleſ. de obligat.
camer. quæſtio. de liquid. numer. 17. cum ſeqq. Me-
noch. de adipiſ. c. remed. 4. numer. 192 Gratian. diſce-
ptat. for. cap. 710. numer. 11. Surd. deciſ. 27. numer.
9. Rot. poſt Marcheſ. de commun. p. 1. fol. 724. numer.
3. & coram S. M. Greg. deciſ. 232. numer. 2. vbi Ad-
2 *den. numer. 5.* * ampliat hoc procedere etiam ſi ma-
teria eſſet executiua, cum liquidatio non parti-
cipet priuilegium executiuum, *Gratian. dec. March.*
212 num. 13.

3 Nec applicatur reſponſio deciſionis, * quod li-
quidatio facta ad effectum ſolius poſſeſſorij non
reddat immiſſionem appellabilem, & quod idem
ſit concedere immiſſionem ſuper quota, ac ſuper

determi-

determinata quantitate , dum liquido conſtat de
valore totius corporis , cum, data certitudine ilite-
gri corporis quantitas ſuccedat in loco quotæ, ita
vt idem ſit loqui per nomina numeralia, ac quoti-
tatiua.
4 Quia * concluſio procederet, ſi conſtaret certitu-
dinaliter de credito petentis immiſſionem, ac valore
corporis, ſuper quo petitur immiſſio, in quibus ter-
minis loquitur *Pariſ. conſ. 55 ſub num.9.verſ.fecit eſt*
& conſ.61.ſub num.2.lib.1. cum alijs in deciſione alle-
gatis, & diſtinguendo conſuluit *Dec.conſ.225.ſub nu.*
6.in fin.& n.7.
Sed in caſu, de quo agitur, fuit animaduerſum,
nec de certo credito Michaelis conſtare, nec de cer-
to valore domus. Quantum enim ad creditum, li-
cet ſit verum in facto, Ioannem fideicommittentem
anno 1595. emiſſe à Petro Paulo Amodeo tres do-
munculas pretio ſcutorum 400. vt ex inſtrumento
in extractu A. C. pag. 156. eundemque Ioannem de
anno 1605. dictas tres domunculas redactas in duas
habitabiles diuiſiſſe inter Aegidium, & Paſqualem
filios, & fideicommiſſu ſubiecisse, eodem extractu
fol. 17. Eaſdemque ſic diuiſas fuiſſe à dictis fratri-
bus per diuerſas meliorationes in meliorem ſtatum
redactas. Et ſucceſſiue defuncto Ioanne communi
patre, Aegidium ære alieno grauatum anno 1614.
portionem ſuam vna cum melioramentis ab eo fa-
ctis vendidiſſe Paſquali fratri æſtimando per Cur-
tum peritum electum de conſenſu vtriuſque cum
promiſſione de ſtando eius relationi, extractu pag.
97. & Curtum eodem anno portionem huiuſmodi
æſtimaſſe in ſcutis 883. b. 86. vt ex relatione in eo-
dem extractu pag. 238. Hinc tamen inferri non po-
terat, valorem alterius portionis ad Paſqualem ſpe-
ctantis aſcendere ad ſimilia ſcuta 883. & per conſe-
quens valorem totius Domus fideicommiſſariæ fuiſ-
ſe ſcutorum 1600. Quia Curtus in æſtimatione por-
tionis ad Aegidium ſpectantis calculauit etiam, &
æſtimauit melioramenta ab eodem facta poſt obi-
tum Ioannis patris, quæ in ſpecie dixit aſcendere ad
ſcuta 153. vt in eadem relatione extractu pag. 238.
Et ſic ex duobus non intrat illatio. Primo quia ne-
ſcitur, an Paſqualis ſuam portionem meliorauit,
prout illam meliorauerat Aegidius, & an meliora-
tio aſcendat ad hanc præciſam ſummam, caſu quo
meliorata fuerit. Secundo quia rata illa meliora-
mentorum factorum poſt obitum patris, quam pe-
ritus dicit aſcendere ad ſcuta 153. non cadit ſub fidei-
commiſſo prius inſtituto. Vnde attenta etiam illius
relatione, ſi dementur à ſcutis 883. ſcuta 153. rema-
net portio fideicommiſſaria ad Aegidium ſpectans in
ſcutis 730. & ſic ad omne peius tantummodo æſti-
mando alteram portionem ad Paſqualem ſpectantem
(quam certum eſt fuiſſe coæqualem, & eiuſdem va-
loris) valor totius Domus fideicommiſſariæ, qui eſt
creditum Michaelis, non excedit ſcuta 1460. Dum
itaque ſententia liquidat hunc valorem in ſcutis 1600
5 liquidatio detegitur exceſſiua, * à qua proinde lici-
tum eſt appellare, vt dictum eſt in principio.
Quo vero ad valorem totius Domus nec minus
ille dici poteſt certus ad effectum, de quo agitur ex
relatione alterius periti, qui de anno 1644. retulit,
integram Domum in ſtatu antiquo, videlicet vſque
ab anno 1613. fuiſſe valoris ſcutorum 1563. b. 77. in
recenti vero, ſcilicet melioramenta facta per Paſ-
qualem de anno 1630. aſcendere ad ſcuta 3008. b. 83.
vt ex relatione in regeſtro Rotali pag. 280 cum ſeqq.
Quia huic relationi Erminia, & litis conſortes non
6 acquieſcunt, & † ſicut à relatione, & æſtimatione
peritorum, conſtito de grauamine, datur appellatio
per *tex. in l. iuſtum, C. de iur. fiſc.* & notant *Bart. &*
Bald. in l. arbitrio, ff qui ſatiſd. cog. Mangil. de ſubhaſt.
7 *q. 100. num.13.* * ita etiam admitti debet à ſententia
in vim d. relationis prolata *Ant. de Butrio in c. pro-*
poſuiſti, num. 8. & 9. de probat. Æmil. conſ. 99 nu.10.
& ſeq. Menoch. de adipiſc. remed.5. ſub num.166.& 167
Modern. Peruſin. de ſubhaſtat. inſpect. 56. numer. 34.
8 * Cum præſertim ex ſupra deductis appareat exceſ-
ſiua, quo caſu ſemper eſt licitum appellare per *tex.*
in l. ab executione, C. quor. appell. non recip. Bald. in
c. licet, num.6. de offic. Iudic. ordin. Dec. in c. nouit. nu.
9. de appell. Rebuff. de ſcut. exequut. art.7. gl.12. Fallen.
1 ſub numer. 4. Surd. conſ. 271. numer. 59 vbi quod
9 nulla cauſa eſt in mundo, à qua non poſſit appellari
ab exceſſu.
Et ideo non intrat, vt dictum eſt, reſpnſio de-
ciſionis in verſ. fin. quod ſententia concedens im-
miſſionem per nomina numeralia non dicatur liqui-
datoria, quia poſſet procedere, ſi per confeſſionem
partis, vel rem iudicatam, aut aliunde certitudina-
10 liter conſtaret de toto valore corporis, * ſecus vbi,
prout hic, ob incertitudinem nemo certificari poteſt
An immiſſio conceſſa pro ſcutis 1600. conſtituat
tertiam, vel quartam partem, tunc enim quan-
titas non ſuccedit loco quotæ, nec in his termi-
nis loquantur DD. ad hoc citati, vt dictum eſt.
Præterea dixerunt DD. ſententiam eſſe appella-
bilem in ea parte, in qua ne dum pronunciat, fructus
deberi à die motæ litis, ſed vlterius illos liquidat in
11 annuis ſcutis 50. * hæc enim liquidatio licet videatur
rationabilis, & ſecundum mentem *gloſ. in auth. per-*
12 *petua, verb. iuſta. C. de Sacroſanct. Ecc.* * non tamen
impedit, vt in ea parte ſententiæ quæ lata fuit per
capitula ſeparata, admittatur appellatio, vt probat
Bald. in l. ab Executore, num. 13. ff. de appell. Iaſ. in l.
properandum, § ſin. autem alterutra, numer. 5. verſ.
ſed nunquid à taxatione, C. de iudic. Innocent. in c.
ſuper eo, numer. 4. de his, quæ vi, metuſve cauſ. Coſt.
de port. rat. q. 194. num.8. Rot. diuerſ. deciſ. 100. num. 3.
iunctis num. 30. & 31. par. 1.
Secluſa liquidatione placuerunt DD. fundamenta
deciſionis; Nullitas enim deſumpta ex proteſtatio-
13 ne, * ne procederet in cauſa, niſi confirmando ſen-
tentiam A.C. vel illam reuocando, iterum viſa fuit
ſubſiſtere, cum proteſtatio legatur facta poſt ſerua-
tos terminos ſubſtantiales ad ſententiam, & poſt-
quam cognitum fuerat de meritis? Ad effectum enim
vt ſubſequens ſententia ſit nulla ex hoc capite, opus
eſt, quod proteſtatio facta fuerit ab initio, vt pro-
batur in deciſione, quæ reuidetur, *§. quia non con-*
ſtat, & præter ibi allegatos, *Aretin. conſil. 73. nu-*
mero 4 verſ. verum tamen omnibus Surd conſil. 150. ſub
nu. 51. Rot. diuerſ. dec. 114. per tot. lib. 1. & deciſ. 55. lib. 1.
par. 3. coram S. M. Greg. deciſ. 317. num. 3. & in recent.
dec. 151. num. 4 p. 1.
Ponderando præſertim, quod huiuſmodi prote-
ſtatio non continet, vt non procedatur, niſi vt in
ſecunda, confirmando ſcilicet, vel infirmando pri-
mam. ſed dumtaxat, vt non deueniatur ad aliquam
ſententiam, niſi ad fauorem ſuorum principalium
14 confirmando ſententiam alias per eos obtentam ab
A. C. vt in regeſtro fol. 397. * huiuſmodi autem
proteſtatio cum reſpiciat dumtaxat caſum, quo ſen-
tentia ferretur ad fauorem ſuorum principalium,
contrarium caſum, qui euenit, non afficit, ad *tex.*
in l. in agris, ff. de acq. rer. domin. l. cancellauerat. ff.
de his, quæ in teſtam. delent. Hond. conſ. 24. nu 46 lib. 2.
Quod autem ſententia contineat mixturam, &
tangat

Digitized by Google

tangat petitorium, dum declarat, moleſtationes fuiſſe temere illatas, & perpetuum ſilentium imponit, * ceſſat ex deductis in *d. deciſione verſ. fuit re-*
15 *ſponſum.* declaratio enim huiuſmodi, & perpetui ſilentij impoſitio emiſſæ non fuerunt primario, & principaliter ad canonizandum petitorium, ſed ſolum incidenter ad effectum poſſeſſorij Ideoque ad illius terminos reſtringuntur ex iuribus ibidem allegatis, quibus addi poſſunt *Alex. conſ. 22. in fin. verſ. ſecunda ratio, lib. 1. Alciat. conſ. 67. in fin. verſic. non obſtat clauſula lib. 8. Mantic. de tac. lib. 6. tit. 16. numero 40. in fin.* Et propterea non applicatur *deciſio S. M. Greg.* 251. cum in eius caſu Iudex, egreſſus terminos poſſeſſorij, petitorium tetigerit, & abſolutè perpetuum ſilentium impoſuerit, non incidenter, nec reſtrictiuè ad terminos ſolius poſſeſſorij, vt in hoc caſu.

Quod nullitatem deductam ex defectu citationis placuit etiam DD. reſponſio data in deciſione *in verſ. iniuſtitia enim tollitur.*

Et ita reſolutum vtraque, &c.

R. P. D. ROYAS.

Romana Cenſuum.

Veneris 16. Martij 1646.

SVMMARIA

1 *Inſolidum obligati cenſentur duo, quando ad eorum alterum ſpectat negotium, quia tunc vnus eſt principalis, & alter fideiuſſor.*
2 *Mandatum exceſſiuum in parte in totum vitiatur, & ſpoliat.*
3 *Ampl. etiam ſi exceſſus ſit in modico.*
4 *Ceſſio eſt inefficax, vbi ſoluitur ex pecuniis debitoris.*
5 *Debitor dicitur ad quem peruenit pecunia, & pertinet contractus commodum, alij vero dicuntur fideiuſſores.*
6 *Fideiuſſores ſi ſint plures, ſinguli tenentur in ſolidum.*
7 *Excuſſionis exceptio non admittitur in obligatione camerali.*
8 *Cedere quis bonis non poteſt, niſi conſtito de inopia*
9 *Decoctum quem deceſſiſſe quomodo probatur, & n. 10.*
11 *Decocti portio accreſcit aliis coobligatis pro rata, & n. 13. & 27.*
12 *Fideiuſſor, qui totum ſoluit repetit à confideiuſſore dempta ſua rata, & num. 27.*
14 *Debitor, niſi deliberatio ſit iniuſta, non agit ad rem deliberatam contra emptorem, ſed tantum ad pretium contra creditorem, Lim. vt num 15.*
16 *Creditor, offerens vti extraneus, ſi proprium creditum deinde excomputet, dicitur emiſſe vti creditor, & idem ſi in caſu euictionis, & moleſtiarum reſeruet ſibi regreſſum ad primaua iura, & n. 17. & 21.*
18 *Euicta re empta à tertio ſub haſta, iura creditoris per ſolutionem extincta non reuiuiſcunt.*
19 *Euicta re creditori adiudicata, reuiuiſcunt illius iura ſi fuerit proteſtatus.*
20 *Pactis potius, quam verbis inter ſe contrariis inhærendum eſt.*
22 *Creditor licitans per interpoſitam perſonam habetur, ac ſi ipſemet licitet.*
23 *Creditor iniuſtè licitans, & eius hæredes tenetur reficere debitori damna, & expenſas.*
24. *Obligatio cameralis continet damna, & intereſſe.*
25 *Damnorum loco in deliberatione ſuccedit ipſa res deliberata.*
26 *Dolus, & mala fides in deliberatione probatur ob enormiſſimam læſionem ex viliſſimo precio,*
28 *Bona fides ſuſtinere ſolet deliberationem tertio factam.*
29 *Mala fides nocet creditori licitanti, & eius hæredi.*
30 *Decoctum quem deceſſiſſe coniunctus ſcire præſumitur*
31 *Deliberatione re ipſa iniuſta, quamuis non culpa Iudicis, exuberare debet illius Officium ad fauorem debitoris, etiamſi rigor iuris deficiat, vt res reſtituatur, & nu. 32.*

DECISIO CXXXVI.

FVit hodie reſolutum, ſententiam R. P. D. mei Celſi confirmatoriam alterius ſententiæ Eminentiſſimi D. Cardinalis Cecchini eſſe confirmandam tanquam validam, & iuſtam, dum in ea declaratum legitur exceſſiuum mandatum ab A. C. relaxatum pro ſcutis 1300. ad fauorem Coſmi Iacomelli hæredis Felicis de Americis contra DD. Iacobum Alberinum, & Antonium *del Drago* hæredes Tiberij *de Cithera obligati in* eodem cenſu alias impoſito ad fauorem Hortenſij Vitelleſchi, poſtea *del* 1613. ceſſo dicto Felici, qui cenſus fuit impoſitus pro ſeruitio affictus Rocchæ Prioris conducti *del* 1573. ab eodem Tiberio *de Cithera* Vincentio de Americis, & Alberto Paleario.

Exceſſus præfati mandati A. C. elicebatur in præſenti potiſſimum ex apocha confecta de anno 1577. in qua declaratum legitur, quod quatuor fratres de Americis, nempe Vincentius, Petrus, Americus, & Felix remanerent obligati ad ſolutionem medietatis ſcutorum 2470. caſu, quo Albertus Palearius alter ex affictuariis d. Caſtri, quique d. ſummam in ſe accolauit, defeciſſet in ſolutione, prout euenit ob illius decoctionem, pro alia vero medietate teneretur ad ſolutionem Virginia mater, & tutrix filiorum Tiberij de Cithera, qui pariter fuerat affictuarius, vt denotant verba illa apocæ, ibi; *Si dechiara, che ſe per qualſiuoglia accidente M. Alberto non pagaſſe detti ſcudi 2470. che Madonna Verginia ſia tenuta pagarne la metà, & l'altra metà miſſer Pietro, e fratelli, eſſendo che tutti li debiti, che ſi ſon fatti per il fitto di Rocca Priora, & particolarmente nelli doi ſudetti cenſi di ſcudi 2300. foſſero, & ſiano obligati li heredi di miſſer Tiberio ſopradetto, & miſſer Pietro, & fratelli in ſolido.* Inde dum Iacomellus hæres dicti Felicis tanquam ceſſionarius d. cenſus ſcutorum 1300. egit contra hæredes Tiberij de Cithera pro tota ſumma dd. fructuum cenſus, reſultat ineuitabilis exceſſus, dum illi ſolum competebat actio pro medietate contra præfatos de Cithera iuxta tenorem d. apocæ, cum reſpectu alterius medietatis eſſet debitum proprium eiuſdem Felicis ob fideiuſſionem factam dicto Vincentio fratri
1 ſimul cum aliis fratribus, * propterea etiam Felix remanſit obligatus inſolidum, *Ronchegall. in l. eadem numero 59. ff. de duob. reis, Crauett. conſ. 91. numero 11. verſ. ſolum ſupereſt, Corn. conſil. 316 numero 3. lib. 3. Oſaſch. deciſ. 44. num. 16. Coccin. deciſ. 77. num. 2.*

2 Quicirca † mandatum ab A. C. relaxatum, & executum pro ſumma exceſſiua ratione exceſſus bene fuit per præfatam ſententiam reuocatum cum conceſſione reintegrationis Alberino debitori ad domum nulliter, & iniuſtè ſubhaſtatam cum omnibus, inde ſecutis, iuxta theoricam *Bart. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, vbi communiter DD. ff. de cond. indeb. Aſt. dec. 218. numer. 3. & 4. Rot. par. 1. rec.*

dec. 359. num. 8. & par. 2. dec 630. num. 3 Buratt. dec.
91. numero 2. vbi Add. num. 4. adducit concordantes
& in *Romana Spolij coram Iuſto impreſſ. penes Mar-*
cheſ par. 1. fol. 1248. numero 2. Greg XV. dec. 198. nu. 1.
& 485 num 4. Duran. dec. 81. num. 1. & in Ariminen.
Molendini prima Iulij 1640. coram R. P. D. meo Bi-
3 *chio,* * ex quo quæcunque exceſſiua executio, licet
in modico, in totum reputatur nulla ob illius indi-
uiduitatem, *Curt. iun. in d. l ſi non ſortem, §. ſi centum,*
numero 2. & ibi *Iaſ. num 1. ff. de cond. indebit. Put. de-*
ciſ. 315. numero 2. lib. 1. in correct. & in recent. dec. 630.
4 *numero 3. par. 1. Greg. & Duran.* vbi proximè, * ita, &
taliter, vt ceſſio iurium cenſus fuerit inefficax pro
alia medietate, ſpectante ad eundem Felicem, ha-
bentem ceſſionem ad iurium translationem, ad *tex.*
in l. nulla, C. *de ſolut. Caſtr. in l. Modeſtinus, ſub num.*
4. verſ. & in nihilum autem, & n. 5. verſ. perſonale ff. de
ſolut. Greg. XV. dec. 68. nu. 5.

Nec fuit in dubium reuocatum; quin Vincen-
tius Americus fuerit ſocius in d. affictu vna cum Ti-
berio de Cithera, ac Paleario, Petrus vero, Ameri-
cus, & Felix fideiuſſores d. Vincentij fratris, vt ex
verbis d. apocæ in ordine ad extinctionem cenſus,
de quo agitur, facti occaſione ſocietatis d. affictus;
5 * inde ſequitur, Vincentium reputandum eſſe prin-
cipalem, reliquos autem fratres de Americis meros
fideiuſſores, iuxta *l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. Bart. in l. reos,*
ff. de duob. reis, Rota in recent. deciſ. 487. num. 1. &
6 *2. par. 5. tom. 2. & par. 6. dec. 41. numero 10.* † Vnde
omnes fratres de Americis remanſerunt inſolidum
obligati ex natura fideiuſſionis, *§. ſi plures Inſtitut.*
de fideiuſſ. Maur. de fideiuſſ. cap. 4. numero 19. &
23. Cyriac. contr. 327. numero 65. Bertazzol. clauſ. 39.
gloſ. 7. num. 2. verſ. quia, Rota dec. 77. numero 2. coram
Coccino, Quapropter venit dicendum, Felicem præ-
fatum tanquam fideiuſſorem remanſiſſe in ſolidum
obligatum cum præfatis de Cithera ſtatim atque
7 d. apocam ſubſcripſit, * nec valuiſſe opponere re-
medium excuſſionis attenta obligatione camerali,
Rota poſt Zacch. de oblig. camer. deciſ. 5. numero 10.
& deciſ. 69. num. 4 & 118 num. 7. Thomat. deciſ. 51. nu.
16. & dec. 96 num 28.

Palearium vnum ex ſociis d. affictus non potuiſ-
ſe perſoluere ob illius decoctionem. non fuit con-
trouerſum, in cuius deficientiam d. Felix ſe obliga-
uit, quæ decoctio admittitur etiam in deciſione
coram me in hac cauſa emanata 27 Aprilis 1644. §.
ſi vero attendatur. Vltra quod conſtat de ceſſione
bonorum iudicialiter ab eodem facta, vſque de an-
8 no 1579. Summ. Iacobi num. 8. † quod remedium
non conceditur, niſi conſtet de inopia. *Angel. conſil.*
61. per tot. Federic. de ſen conſ. 193. circa fin. Petr. Greg.
ſyntag. iur. lib. 22. cap. 8. numero 2. & per tot, cum aliis
per *D. Ferdinandum... Arias de Menſa var. reſol. lib.*
2. cap. 36. num. 24 Giurb. dec. 41. n. 1.

9 Petrum † vero deceſſiſſe non ſoluendo, idem Ia-
comellus auctor Petrum Oratorij confeſſus fuit,
dum reddendo rationem nomine Felicis hæredis be-
neficiati dicti Petri fratris, aſſerit, detracta ſolu-
tione nonnullorum debitorum, nil amplius in hære-
ditate eiuſdem Petri remanſiſſe, *gl. in l. 1.* quam *Bal-*
dus eſſe menti tenendam ait, & in *l. cum de lege. ff.*
de prob. Bart. in l ſi conſtante, in prima quæſt. num. 7.
verſ. & primo diſcutiamus ff. ſol. matr & in l. ſcimus §.
licentia, num. 1. C. de iur. delib. Guidop. deciſ. 142.
n. 2. Adden. ad Rom. conſ. 276. litera I, verbo, probatio.
10 Quod autem pariter † deceſſerint non ſoluendo
tàm Vincentius, quàm Americus fratres, proba-
batum fuit ex quamplurimis iuribus productis, præ-
ſertim mandatis contra ipſos relaxatis, fide Execu-
toris, quod non inuenerit bona, ſuper quibus po-
tuerit fieri executio, iuncta deputatione curatoris
ſuper eorum hæreditatibus iacentibus citatio ipſo
Iacomello ad declarandum, an vellet eſſe eorum
hæres, nec non ex teſtibus mox in Rota examinatis
hoc bene probantibus, dum aiunt, iſtos deceſſiſſe
ante d. Felicem pauperrimos, & non ſoluendo,
quodque, dum viuerent, latitabant, nec de pro-
prio viuere valebant, niſi à Felice fratre, aliiſque
conſanguineis alimenta, aliaque neceſſaria ſubmi-
niſtrata fuiſſent, ex quibus bene hoc probatum re-
manſit, nec non ex publica voce, & fama, *Ripa*
in l. ſi ventre, §. in bonis, num. 7. ff. de priuil. credit.
Bart. in l. ſi conſtante, num. 10. ff. ſolut. matr. Surd.
conſ. 508. num. 38. Scacc. de camb. §. 2. gloſ 5. num. 43.
in fin Rot. Ianuen. dec. 168. num. 5. cum ſeqq. Rot. poſt
Cenc. tract. de cenſib. deciſ. 85 num. 5. quibus concur-
rentibus remanſit hodie plenè probata impoſſibilitas
ſoluendi præfatorū de Americis, ac Palearii decoctio.
11 Indeque * Felix, ſiue Iacomellus hæres remanſit
obligatus, medietatem d. cenſus ſoluere de proprio,
non autem tertiam partem, vnde fuit exceſſiua exe-
cutio aliter emanata, nec dictus Felix obligatus erga
ga creditorem cenſus inſolidum, vt in d. apoca, &
firmatur in deciſione iam facta, *§. vltra quod,* vale-
bat agere contra hæredes de Cithera coobligatos,
12 * niſi prius dempta medietate ad eundem Felicem
ſpectante, ad *l. vt fideiuſſor, ff. de fideiuſſ. l. cum al-*
ter 11. C. eod. tit. Parlador, rer. quotidian. lib. 2.
cap. fi. 4. par. princ. §. 6. num. 1. cum ſeqq. Hering.
de fideiuſſ. cap. 27. part. 2. numero 10. 28. & 29. Franch.
deciſ. 55. num. 1. & ſeqq. Rot. in recent. deciſ. 732. nu 1.
par. 2. & 353. num. 12. par. 6. Greg. XV. deciſ. 190.
num. 1. vbi Adden. nu. 3. & poſt Cenc. de cenſib. dec.
178. num. 3. & 348 num. 28.

Comprobatur etiam exceſſus ex eo, quod exe-
cutio ſuper domo, de qua agitur, facta non fuit pro
illa tertia parte crediti Felicis, nempe pro ſcutis
485. quæ tangebant Petrum, cum mandatum re-
ſpectu d. ſummæ fuiſſet reuocatum de tempore
13 executionis, * & cum vltra iſtam portionem Fe-
lix deberet etiam detrahere ſuam virilem portio-
nem, quæ erat ad minus ſcutorum 182. vt in calcu-
lo Patrum Oratorij, & admittitur etiam in *d. deci-*
ſione in hac cauſa 27. April. 1644. §. quapropter dum
antiqua Greg. XV. deciſ. 190. num. 1. vbi Adden. num 3.
& in dec. 859 n. 1. p. 4. diuerſ.

Prædictis omnibus accedit pro augendo exceſ-
ſu, quod hæredes de Cithera extinxerunt de anno
1593. alterum cenſum ſcutorum 1000. impoſitum
ad fauorem Iacobi Mathes pro eodem affictu, Sum-
mar. Iacobi num. 16. qui pariter erat comprehenſus
in ſumma ſcutorum 2470. accollata à Paleario, ob
cuius decoctionem, ac deficientiam vigore d. apo-
cæ erat pro medietate debitum extinguendum à Fe-
lice, ita vt eſſet facienda excomputatio cum dicto
cenſu empto ab eodem Felice ſcutorum 1300. pro
rata, qua excomputatione facta cum dictis de Ci-
thera, Felix remanebat creditor tantum in ſcutis
300. quorum medietas ad eum ſpectabat, alterius
verò medietatis ſolutio erat facienda per hæredes
dicti Tiberij, cuius pro medietate extat idem Iaco-
bus, inde rata d. Iacobi erat tantum ſcutorum 75.
ex quibus exceſſus remanſit palpabilis, & ſic ceſſant
deducta circa hoc fundamentum in *d. deciſione 27.*
Aprilis 1644. coram me.

Quid-

Digitized by Google

Quidquid verò ſit de alio motiuo, ſiue fundamento dictæ deciſionis huius cauſæ 27. Apr. 1644.
14 in §. primo. vbi, quod † ſi deliberatio rei in executionem captæ ex deductis non detegatur iniuſta, non valeat debitor agere ad rem deliberatam contra emptorem, ſed tantummodo ad pretium aduerſus creditorem, ad cuius inſtantiam facta fuit deliberatio.
15 In præſenti caſu * non applicari d. motiuum dicebant DD. cum domus non fuerit deliberata extraneo emptori, ſed ipſimet Iacomello creditori, qui
16 † licet dixerit, ſe offerre vti extraneus, re vera tamen venit reputandus, ac ſi tanquam merus creditor obtuliſſet, quia Iacomellus non perſoluit integrum pretium oblatum, ſed in illud compenſari voluit proprium ſuum creditum, quod ſignum emptionis denotat titulum creditoris, cum talis excomputatio non conueniat extraneo, ſed tantummodo creditori, vt animaduertit *Franch. deciſ. 60. ſub num. 4. verſ. in quo, Mangil. de ſubhaſt. qu. 125. ſub numero 3. & q. 166. num. 6. & Modern. Peruſin. eod.*
17 *tract. inſp. 32. numero 31. & ſeqq.* * Vlterius in caſum euictionis, aut moleſtiarum ſuper domo deliberata reſeruauit ſibi regreſſum ad primæua iura, qui videtur repugnans deliberationi factæ vti mero ter-
18 tio, † ex quo tunc ſolutione fuerunt extincta iura, nec reuiuiſcunt re euicta, *l. eleganter, vbi gloſ. ff. de pignor. Surd. conſ. 145. num. 3. & per tot. & dec. 51. numero 4. & dec. 113. num. 2. & ſeqq. Seſſe deciſ. Aragon. 133 num. 10. Maſtrill. dec. 180. n. 17. Muta. dec. 6. n. 5.*
19 *& ſeqq* † ſed bene reuiuiſcunt iura, ſi res fuerit adiudicata tanquam mero creditori, & de hoc fuerit proteſtatum, *Bero, conſ. 46. num. 10. lib. 1. Lanar. conſ. 56. num. 5. Caball. de euict. §. 4. num. 40. & ſeqq.* cum aliis relatis ab *Anton. de Amat. reſol. 50. nu. 10.* quapropter cum ex prædictis Iacomellus vti creditor licitare voluerit, non eſt curandum, quod obtulerit tanquam tertius, & deliberatio legatur
20 ipſimet Iacomello tanquam tertio facta, * cum magis veniat inhærendum pactis in contrarium adiectis demonſtrantibus, ac ſuadentibus, contrarium, quam verbis ipſis, *Rota deciſ. 14. num. 6. & deciſ. 110*
21 *numero 2. p. 6. rec.* † expreſſio autem facta per Iacomellum, quod licitabat tanquam tertius, dum ex qualitatibus pactorum apparet ſimulatè appoſita, non tollit, quin iudicandum ſit de deliberatione, ac ſi tanquam creditori facta fuiſſet, prout in
22 fortioribus terminis de licitatione facta à creditore per interpoſitam perſonam tertij eſt *tex. in l. & quid ſub imagine, Cod. de diſtract. pign. Menoch. præſumpt. 123. n. 121. in fin. lib. 3. Giurb. deciſ. 105. n. 13. Rot. in Anconitana* Pradij *8 Iunij 1642. coram R. P. D. meo Bicchio.*

Quibus ſtantibus venit dicendum, Iacomellum
23 præfatum creditorem iniuſtè licitaſſe, † indeque illius hæredes tenentur reficere debitori damna, & expenſas, in quibus domus deliberata ſuccedit, vt cantant ſententiæ, *§. hæc autem Inſtit. de pæn. temer. litigant. vbi Aret. num. 6. Butr. in c. finem litibus, col. 2. extra de dol. & contumac.* hæcque fortius ſtringunt dum d. Felix auctor Iacomelli in dict. apoca anni
24 1577. ſe obligauit in forma Cameræ, * ſub qua veniunt damna. & intereſſe, *Rota dec. 197. numero 5. apud Cenc. de cenſib. & in Senogalien. Cenſus 5. Maij*
25 *1627. coram Patriarcha Manzanedo*, † loco vero damnorum ſuccedere eandemmet domum deliberatam tradunt *Galleſ. de oblig. camer. par. 3. tit. de vi inſtr. numero 11. Rot. dec. 741. numero 1. par. 1. diuerſ. & dec. 197. nu. 4. apud Cenc. de cenſib.* Concurrit vlterius, quod deliberatio d. domus facta legitur viliſſimo pretio, ita vt redderet, inſpecto pretio, ad
26 rationem ferè decem, & octo pro centenario, * quo caſu dolus, & mala fides remaneret ſatis patens ob enormiſſimam læſionem, ad congeſta per *Poſtium de ſubhaſt. inſpect. 57. à nu. 18. Rota. par. 7. recent. dec. 3. num. 29.*

Rurſus quia ex ſubſcriptione d. apocæ, ac ex teſtibus, ac aliis adductis per Iacobum conſtitit, Fe-
27 licem ſciuiſſe eius fratres non fuiſſe ſoluendo, * nec propterea cum fuiſſe creditorem totius ſummæ petitæ per Iacomellum, cum debuiſſet indubitanter detrahere portiones præfatorum coobligatorum cum d. Felice, quas ipſemet Felix ob eorum inopiam ſoluere tenebatur de proprio, vt probat *tex. in l. verum, § ſi cum tres, ff. pro ſoc. gloſ. in l. ſi creditoris, verb. prouidebat, circa med. C. de pact. & admittitur in d. dec. 27. Aprilis 1644. coram me*, ceſſat ratio
28 bonæ fidei, * quæ ſolet ſuſtinere deliberationem
29 factam tertio, * & intrat mala fides Felicis, quæ tam ei, quam Iacomello hæredi præiudicat, *l. cum hæres, ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. l. cum in plures, ff. locat. Abb. in c. ſi diligenti, numero 30. & Felin. numero 6. de præſcript. Gratian. diſcept. 918. numero 41. & in ſubhaſtatione firmat Rot. deciſ. 46. num. 4. in fin. poſt Mangil. de ſubhaſt. idemq; Poſtius inſpect. 55. num. 73.* & in generaliter in aliis, *addon. ad Greg. XV. dec. 249. num. 6.*

Concurrit etiam in eodem Iacomello mala fides
30 * cum præſumatur, illum ſciuiſſe ſtatum fratrum de Americis vti illorum nepotem ex ſorore, illoſq; omnes, excepto d. Felice, à quo fuit ſcriptus hæres deceſſiſſe non ſoluendo, ac Paleatij notoriam decoctionem, *argum. tex. in l. Octauij, §. vnico, ff. vnd. cognat. Dec. conſ. 271. in fin. Anchar. conſil. 170. numero 5. Ruyn. conſ. 50. num. 17. lib. 1. Surd. conſ. 252. numero 3. & dixit Rota in Rom. Succeſſionis 6. Mart. 1643. co. D. Carrillo*, iniuncto etiam quod idem Iacomellus dictam apocam allegauerat in alia cauſa agitata inter eaſdem partes *coram bon. mem. Merlino in Romana Cenſus*, ſuper qua extant *deciſiones par. 6.*
31 *& 7. recent.* Vltra quod, * cum re ipſa deliberatio ſit iniuſta, quamuis talis non fuerit ex animo Iudicis, exuberare debet Iudicis officium ad fauorem debitoris, licet rigor iuris deficeret. *Paul. de Caſtr. conſ. 257. ſub num. 1. col. 1 infra med. verſ. ſicque apparet, lib. 1. per tex. in l. ſi pars, verſ. ſi aperte, ff. de in-*
32 *offic. teſtam. & l. fin. ff. de petit. hæred.* * nil autem officio Iudicis, & bonæ fidei magis conuenit, quam vt res ipſa præſtetur, *l. ex empto, verſ. cum enim, ff. de act. empt.* præſertim cum poſtquam Felix acquiſiuit d. cenſum *del* 1613. vſque ad eius obitum ſecutum *del* 1622. nil petierit ab Albertitius.

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. MELTIO.

Vrbeuetana Bonorum.

Vener. 2. Martij 1646.

SVMMARIA.

1 *Iudicium vt dicatur introductum requiritur citatio legitimi procuratoris.*
2 *Citatio per repoſitionem dicitur circunducta.*
3 *Citatio circumducta nulla inducitur litis pendentia, ſed requiritur noua citatio, & petitio.*

Digitized by Google

4 *Citatio circumducta, remanet, ac ſi facta non fuiſſet. Aml. vt num. 5.*

6 *Decreto acquieſcere dicitur, qui non appellat.*

7 *Alienatio facta ante inchoatum iudicium tenet.*

8 *Lis inchoata dicitur per inſtantiam de implendo, ſeu adimpleuiſſe docendo Ampl. vt n. 9.*

10 *Actione perſonali intentata pro rehabendo bonorum dominio, dicitur contractum vitium litigioſi, & alienatio deinde ſequuta nulla. Contrarium num. 11.*

12 *Res tunc efficitur litigioſa, & illius alienatio prohibita, vbi agitur actione reali ſuper fundi dominio.*

13 *Conar. var cap. 15. num. 6. declaratur.*

14 *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 568. declaratur.*

15 *Giurb. dec. 62. n. 11. declaratur.*

16 *Lis extinguitur tranſactione.*

DECISIO CXXXVII.

IN hac cauſa coram bo: me: Pirouano ſub 26.
Februarij 1638. fuerat reſolutum, mandatum re-
laxatum contra Comites Cæſarem, & Octauianum
de Marſcianis eſſe exequendam non ſolum contra
Comitem Federicum Marſcianum ſub prætextu,
quod ipſe, lite pendente, emerit bona, de quibus
agitur à dd. Cæſare, & Octauiano, verum etiam
contra Moniales S. Mariæ Magdalenæ de Peruſio,
quæ partem dd. bonorum emerunt ab eodem Co-
mite Federico. Cauſa ſuper eiſdem ſub hac die re-
propoſita, Domini receſſerunt à deciſis: Cum de
tempore venditionis, & alienationis dd. bonorum
de anno 1611, factæ nulla adeſſet lis, quæ tantum
deducebatur ex citatione executa contra Antino-
rum, vti procuratorem Comitis Cæſaris de Mar-
ſcianis, & tamen ipſe Antinorus proteſtatus fuit,
non eſſe, nec eſſe velle procuratorem, vt in ſumma-
rio illorum de Marſcianis numero 4. & Attilius
non dum fuerat conſtitutus procurator; Vnde ne-
quaquam dici poteſt, quod aliquod fuerit introdu-
1 ctum iudicium. Cum * ad hunc effectum requiratur
citatio legitimi procuratoris, *Clem. 2. vbi DD. vt
lit. pend. Lancellot. de attent. cap. 4. in præfat. numer.
103. & 104. Cancer. par. 3. var. reſol. cap. 6. num. 106.
& ſeq.* Rot. *in Legion. Iuriſdiction. 13. Mart. 1592.
coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio,
Illerden.* Decimarum 18. *Februarij* 1639. *verſ. in hac
autem in fin. coram bo: mem:* Pirouano, *& dec. 169.
num. 4. par. 4. recent.* Maximè quod * citatio contra
2 Antinorum executa fuit etiam circumducta per de-
cretum repoſitionis, Niſi infra quinque, obtentum
ab Attilio Benamato procuratore à dd. de Marſcia-
nis poſtea conſtituto, vt d. Summar. numero 5. *Fe-
lin. in cap. cum dilectus, num. 17. de fid. inſtrum. Her-
culan. de attent. cap. 6. num. 11. verſ. quinimo præterea.
Granat. ad Veſtr. lib. 4. cap. 1. num. 10. Rot. dec. 339. n. 2.
coram Greg. XV. Romana Cenſus ſcutorum decem mil-
lium* 14. *Iuny* 1630. *coram bo: mem: Merlino.*
3 Et * ex tali citatione ſic circumducta nulla certe po-
terat induci litis pendentia, ſed omnino noua re-
quirebatur citatio, & petitio, *Bald. in l. ſi. poſt princ.
verſ. in eadem gloſa. ff. de eo, per quem fact. erit.* & in *l.*
poſt *edictum. §. 1. verſ. extra quero. ff. de iudic. Cancer.
var. reſol. cap. 16. numero* 108. *Veſtr. lib. 7 cap. vlt. num.*
10. *litt. F.* & ibi *Add. numero 35. vbi Granat. nu. 34.
Farin. in par. 2. fragment. littera V. nu. 386. Afflict. deci.
166. num. 14. Modern. de Manutent. obſeru. 48. n. 22.*
4 Imò * talis citatio reſpectu eorundem de Marſcia-
nis remanet, ac ſi facta non fuiſſet, *l. poſt edictum, §.
quod ſi is, ff. de iudic. Bart. in l. ex quacumque, in pri-
ma lect. num. 14. Ricc. in prax. irregul. dec. 522. num. 4.
Marcheſ. de commiſſ. appell. ab interlocut. cap. 1. §. 1 nu.
24. Rot. dec. 12. de prob. in nou. Buratt. dec. 627. num. 6.
Franc. dec. 232. numero 4. Oſaſc. dec. Pedemont. 142. nu-
mero 37.* & alii relati per *Bard. in de citat. quæſt. 46.*
5 *numero 4.* * Eoque magis, quia d. decretum repoſi-
tionis ſuum habuit effectum. Nam Comes Mareſcot-
tus infra præfixum tempus quinque dierum non do-
cuit de mandato procuræ, ſed tantum ſub die 20.
Menſis Octobris 1610. vt ex Sum. Comitis Federici
num. 11. Et tunc exhibuit tantum mandatum procu-
ræ d. Antinori, qui iam declarauerat, ſe nolle eſſe
6 procuratorem, vt in eodem Summ. numero 8. Et
* decreto repoſitionis acquieuit ab illo non appel-
lando, *l. habeo, C. quomod. & quand. Iud. l. ad ſolutio-
nem, vbi DD notant,* C. *de re iudic. Aſin. conſ. 136. nu-
mero 2. vol. 2. Crauett. conſ.* 108. *numero 3. Beratt. conſ.
47. num. 5. Giurb. dec. 70. num. 12.* Imò ab eiſdem DD.
de Mareſcottis nouum iudicium ordinarium inten-
tatum fuit ſuper nullitate inſtrumenti tranſactionis
initæ ſub 26. Iunij 1609. pro cuius inualiditate tres
deinde emanarunt ſententiæ, quæ profecto non fuiſ-
ſent neceſſariæ, ſi præfatum iudicium executiuo
7 non fuiſſet terminatum; atque ita † alienatio in
Comitem Federicum de menſe Ianuar. & Aprilis
1611: ſubſtinetur, vti facta ante inchoatum ſecun-
dum iudicium ordinarium; Cum aliud primum iu-
dicium executiuum, vt ſupra dicebatur, iam fuiſ-
ſet terminatum, in quo dd. Mareſcotti ſuccubuerunt,
Bart. & DD. *in l. cum mota, C. de tranſact.* Dec. *in l. 2.
col. 11. C. de eden. Bart. in l. 1. §. ſi inter, ſub numero 3.
verſ. quas pænas intelligo ff. de litig. Lancell. de attent.
par. 2. cap. 4. in præfat. num. 601. verſ. quarta demum
&c. & numero 605. verſ. quamuis autem &c. & ſub
num. 606. verſ. primum, in fin. Crauett. conſ. 279. numer.
5. verſ. hoc præſuppoſito, Oſaſc. deciſ. 144. ſub numero*
8. *& ſeq. verſ. accedat &c.*

Non obſtat inſtantia facta per Comitem Sfor-
tiam Mareſcottum contra Comites Marſcianos ſub
15. Septembris 1609. de adimplendo, ſeu adimple-
uiſſe dicendo omnia contenta in d. inſtrumento
tranſactionis, alias ad videndum illud caſſari, &
annullari, citatis Attilio Benamato, & Antinoro
de Baptiſtis vti procuratoribus eorumdem de Mar-
8 ſcianis d. Summ. n. 3. & * per talem inſtantiam dica-
tur lis inchoata, vt firmatur in d. deciſione coram
9 bo: me: Pirouano verſ. *quoniam tranſmiſſie.* † ma-
xime cum illa non fuerit ſimpliciter propoſita; ſed
pro rehabendo dominio bonorum acquiſitorum, &
10 ſic ratione certæ rei; Nam * tunc, actione perſo-
nali intentata, contrahitur etiam vitium litigioſi vt
in eadem deciſione verſ. *quoniam caſſatio.* &c. Quia
dicta inſtantia nil aliud continet, niſi quod Comites
fratres de Marſcianis adimplerent, ſeu adimple-
uiſſe docerent contenta in eodem inſtrumento tran-
ſactionis, alias reſolueretur d. inſtrumentum iuxta
11 pactum in eo oppoſitum, † quæ inſtantia licet eſſe
potuerit pro re conſequenda, dicitur tamen adeo
perſonalis, vt vitium litigioſi non induxerit, & per
conſequens alienatio bonorum, poſtea facta, va-
lida fuit, *in lib. 1. ff. de litig. lib. 2. C. eod. tit. &
Cyn. in auth. litigioſa, in fin. verſ. aut quæritur de
perſonali &c. C. eod. tit. Specul. in tit. de appell. §. no-
uiſſimè, verſ. ſextus, & plenius in verſ. item quia
contractus litigioſi, cum verſ. ſeq. Alciat. reſponſ. 11
numero 33. & 34. lib. 1. Tob. Nou. conſ. 78 n. 3. & 4.
Paſct. conſ. 297. num. 1. & 2. Roman. conſ. 270. num. 2.*

ibi,

Digitized by Google

ibi, prima quia, & num. 3. ibi, quod vbi agitur, &c. Crauett. conſ. 279. num. 1. verſ. quod autem, Honded. conſ. 20. num. 30. ibi & ſic petitio &c. lib. 1. Guidopap. q. 479. num. 1. verſ. dic quod non &c. Rot. dec. 325. num. 5. cor. Papa Greg. XV. & dec. 173 n. 9. ibi, vbi tanquam pro regula &c. par. 7. diuerſ. & in recent. dec. 665. nu. 13. verſ. vltra quod &c. par. 1. 764. nu. 4. par. 2. & deciſ. 103. numer. 7. verſ. tamen &c. par. 3. Leodien. Canon. 9. Iunij 1621. coram bo: me: Vbaldo, Bononien. Tranſactionis 25 Februarij 1639. coram bo. me: Merlino, & dec. 76 nu. 22. coram Buratto; Et † tunc ſolummodo efficitur res litigioſa, ac illius alienatio im-

11 peditur, quando agitur actione reali ſuper dominio fundi, *gloſ. in authentica litigioſa, in verb. dominio* vbi etiam *Bald. num. 2. C. de litig. Salycet. in l. 1. eod tit. Innocent. & Io: Andr. in c. cum M Ferrarien. de conſtit. Honded. conſ. 20. n. 31. verſ. & quidem &c. Bero. conſ. 153. num. 42. ibi. inter alia requiruntur, lib. 1. Natt conſ. 145. numer. 16 & ſeq. lib. 1. Guidop. q. 237. num 6. ibi. de iure autem ciuili &c. Rot. dec. 103. n. 7. verſ. deinde fuit, & d. deciſ. 325. num. 4. coram Papa Greg. XV. Illerden. Decimarum 23. Iunij 1631. coram bo: me: Pirouano in ordine 520. num. 3. ibi, vt ideo &c. par. 5. diuerſ. & d. Bononien. Tranſactionis coram bo: me: Merlino, verſ. ſecundo quia, ibi, ſolum prohibetur*, quæ opinio non ſolum eſt communior, & magis approbata, vt firmat *Felin. in c. dilectæ, col. pen. in fin. de except.* & *Rip. in eodem loco, Crauett. d. conſ. 279. num. 1. ibi*, & hanc opinionem, qui referuntur ab eodem *Honded. in d. ſuo conſ. 20. num. 31. ibi, nihilominus Felinus, & c. Bertazzol. conſ. crim. 245. l. 1.* Hæcque opinio vti communior approbatur per *Couar. pract. quæſt. allegat in deciſione*, quæ reuidetur, *in cap. 15. numero 7. verſ. ſed ſi actione perſonali, ibi. quamuis iuxta receptiorem, &c. Rot. d. dec. 173. numero 8. ibi, etenim contraria opinio; &c. & nu. 7. ibi, & hanc etiam opinionem, &c.* Verum etiam reprobantur DD. ab iſta diſſentientes, & contrarium tenentes, quod in ſpecie facit *Crauett. d. conſ. 279. numero 1. verſ. nam minor, &c.* qui non ſolùm reprobat *conſ. Iaſ. 43. lib. 1.* in quo contrarium firmat; ſed etiam miratur, quod contra talem communem opinionem ipſe fuerit locutus, & cum *Crauet. contra Iaſ. tranſit etiam Honded. d. conſ. 20. nu. 21. verſ. vnde quicquid dixerit Iaſ. &c.*

13 Couarr. * vero allegatus in *d. deciſ. 26. Februarij 1638. in d. cap. 15. nu. 6.* pro contraria opinione, ſcilicet, per ſolam citationem effici rem litigioſam, tranſit in ſuis terminis, dum ea res in iudicio fuit petita, & fuit actum de dominio, aut quaſi dominio directi, vel vtili, vt bene ipſemet Couarruuias ſe ipſum declarat *d. num. 6. in princ. verſ. conueniunt enim omnes, &c.*

14 Lancellor. † vero de *attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 568.* loquitur de actione reali, ibi, *per citationem in actione reali res afficitur litigioſa.*

15 Giurb. * in *d. dec. 61. numer. 11.* loquitur, etiam in actione perſonali effici rem litigioſam, ſi fuerit facta executio, vt idem declarat *eod. num. 31. ibi, dicatur procedere, ſi ad executionem fuerit deuentum, &c.*

Quæ verò dicuntur ad inducendam ſcientiam litis huiuſmodi in Comite Federico Marſciano emptore, tolluntur, quia talis ſcientia non ſolum non probatur, imò potius excluditur, Nam de tempore alienationis amplius non vigebat lis inſtituta ſuper ceſſatione d. inſtrumenti, nec adhuc fuerat vltimum iudicium inſtitutum ſuper illius annullatione, ac reſtitutione bonorum.

Lis autem, quæ in eiſdem alienationibus recenſetur, eſt longe diuerſa, nempe quæ olim fuerat inſtituta per illos de Marſcianis contra illos de Ma-

16 reſcottis ſuper reintegratione bonorum, * quæ mediante tranſactione 26. Iunij 1609. ad fauorem dd. de Marſcianis, quibus bona fuerunt reſtituta, extincta remanſit, *c. 1. de lit. conteſt. in 6. l. cauſas, C. de tranſact. Bald. in l. non ſortem, §. adeo, in fin. ff. de cond. indeb. Mantic. de tacit. & ambig. num. 1. lib. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 867. num. 47. Pariſ. conſ. 33. num. 65 lib. 1. Surd. conſ. 451. nu. 16. Rot. in Romana Societatis 22. Iunij 1621. coram bo: me: Pirouana.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

CARDIN. SACRATO.

Romana Domus.

Lunæ 18. Decembris 1617.

SVMMARIA.

1 *Reſcripti forma pro ſubhaſtandis bonis per ſaluianum captis.*

2 *Verba,* Prout iuris fuerit, *appoſita in reſcripto de ſubhaſtandis bonis captis per ſaluianum quomodo intelligatur, & n. 4.*

3 *Immiſſus ex ſaluiano tenetur ſibi ſatisfacere de fructibus.*

4 *Ordo in ſubhaſtatione requiſitus ſeruari debet in ſubhaſtandis bonis captis per ſaluianum.*

5 *Creditor anterior præfertur poſteriori.*

6 *Mulier, viro viuente, non poteſt dotem repetere.*

7 *Lim. ſecus viro vergente ad inopiam.*

8 *Notorium non eget probatione.*

9 *Melioramenta præbent ius retentionis.*

10 *Res inter alios acta non afficit tertium.*

11 *Melioramentorum in æſtimatione non attenditur quid impenſum, ſed quid melioratum ſi hoc expediat debitori.*

12 *Mariti confeſſio non præiudicat vxori non habenti ab eo cauſam poſt confeſſionem.*

13 *Hypotheca pro dote præfertur hypothecæ pro melioramentis.*

14 *Appellatio datur de iure Canonico in ſaluiano, & quolibet poſſeſſorio.*

15 *Ægidiana non habet locum contra perſonas Eccleſiaſticas. Lim. vt num. 16.*

16 *Ægidiana prohibens in poſſeſſorio appellationem ſeruatur regulariter etiam in Curia Romana.*

17 *Appellans, vbi intrat Ægidiana, debet exprimere cauſam, alias poteſt Iudex deuenire ad executionẽ.*

18 *Manuteneri non debet primus poſſeſſor, ſi ſecundus ſit bene immiſſus.*

19 *Poſſeſſor, qui paſſus fuit immiſſionem, vt manuteneatur, debet immiſſionis iniuſtitia eſſe patens, & manifeſta.*

DECISIO CXXXVIII.

LAura Creſcentia creditrix occaſione dotium Maximiliani Caffarelli ſui viri remedio ſaluiani interdicti fuit immiſſa in poſſeſſionem Domus, de qua agitur, expulſo Abbate Maneſcello, qui tanquam creditor eiuſdem Maximiliani, ſed poſterior Laura fuerat in poſſeſſione d. Domus immiſſus, appellauit Maneſcellus, & cauſam appellationis cum clauſula, Sine præiudicio legitimæ executionis, fuit

Digitized by Google

fuit mihi commiſſa; poſtàc verò Laura obtinuit per
1 Signaturam Sanctiſſimi, * vt præfixo Maneſcello
competenti termino ad probandum quidquid vellet, & poſſet tam in patetno, quam in poſſeſſoris illoque elapſo, & nihil quod releuet docto ad ſubhaſtationem, deliberationem,& venditionem d. Domus, prout iuris fuiſſet, procederet: quod quidem reſcriptum fuit poſtea per Signaturam eiuſdem San-
2 ctiſſimi declaratum, vt † illa verba, prout iuris fuerit, non intelligerentur de ipſa ſubhaſtatione, vt ſcilicet ita demum debuerint procedere ad ſubhaſtationem, ſi hoc fuiſſet de iure, quia Papa in hoc voluit facere gratiam ſimpliciter, & ſic, quod Laura immiſſa in ſaluiano non teneretur ſibi ſatisfacere
3 de fructibus, vt eſt de natura ſaluiani, ſed poſſet pro magis celeri ſatisfactione ſui crediti quam primum
4 procedere ad ſubhaſtationem, †ſeruato tamen iuris ordine requiſito in ſubhaſtatione facienda, & in hoc vltimo non ferri illa verba, Prout iuris fuerit. Cum itaque fuerit præfixos terminos, de quo in commiſſione, & Laura inſtaret pro ſubhaſtatione, & econuerſo Maneſcellos pro manutentione propoſui dubium, An eſſet procedendum ad ſubhaſtaſtationem, vel potius danda manutentio Maneſcello, & placuit D D. primam partem affirmatiuè, ſecundam vero negatiuè reſoluere. Quoad primam partem moti fuerunt, quia Laura eſt anterior in
5 credito, & hoc non controuertitur, & * habet regulam pro ſe, quod debeat præferri Maneſcello *cap. qui prior, de reg. iur. & l. quoties ff. eod. l. qui balneum, in princ. C. qui potior. in pign. hab.*

6 Non obſtat, quod † Laura, viuente viro, non poſ-
7 ſit repetere ſuas dotes, quia * hoc falli, quando, vt in propoſito, maritus vergit ad inopiam. *l. ſi conſtante. & ibi gloſ. in verb. mariti, ff. ſol. matr. Bart. in l. adhuc, num. 1. C. de iur. dot. Neguſ. de pign. memb. 1. par. 5. nu. 29. verſ. nemo alius, Roman. conſ. 392. n. 5. verſ. ex quibus quoad hoc.* Nec facit, quod talis ver-
8 ſio non fuerit probata in actis, quia, * cum ſit res notoria in Vrbe, quod maritus hac de cauſa ſe abſentauit, & fuit commiſſa cauſa diſcuſſione ſuper eius bonis, viſum fuit tanquam de re notorio non eſſe neceſſariam probationem, *gloſ. in clem. appellanti, verb. ad cauſas. de appell. Iaſ. in l. ſi vero, § qui pro rei. num. 9. & 10. ff. qui ſatiſd. cog. Dec. conſ. 402. n. 10. Soc. iun. conſ. 65. n. 99. lib. 1. Menoch. de recuper. remed. 5. num. 164.*

9 Non obſtat, quod ſecundo loco dicebatur, * competiiſſe Maneſcello retentionem pro melioramentis factis in Domo, quia talia melioramenta non fuerunt probata; fides enim peritorum electorum
10 in Tribunali Illuſtriſs. Vrbis Vicarij † tanquam res inter alios acta non afficit Lauram, vltra quod non continet meliorationem Domus, ſed tantum expenſam, poteſt enim eſſe, quod multum fuerit expenſum, & nil melioratum, vt in dies euenit de illis, qui fabricant potius ſecundum eorum commoditatem, vel appetitum, quam ſecundum commu-
11 nem rationem, ideoque * Rota ſeruat, vt attendatur non quid expenſum, ſed quid melioratum, ſi hoc expedit debitori melioramentorum. Nec viſa fuit obſtare prætenſa confeſſio mariti, quod immo
12 Domus fuerit meliorata, quia * talis confeſſio non potuit præiudicare Lauræ, quæ non habet cauſam ab illo poſt confeſſionem, *Afflict. deciſ. 402. num. 5.*
13 Addebant aliqui ex Dominis, * hypothecam ex dote competentem eſſe adeo priuilegiatam, vt præferatur hypothecæ competenti pro melioramentis, *Salic. in auth. quo iure, C. qui pot. in pign. num. 3. Neguſ. de pignor. 2. memb. 5. par. num. 16. Afflict. dec. 306. numero 5. Couar. variar. lib. 10. cap. 7. numero 2. verſ. quæſitum eſt*, ſequuta eſt *Rot. in cauſa..... Meliorament 25. Maij 1612. coram R. P. D. Vbaldo.*

Non obſtat, quod Laura malè fuerit immiſſa,
14 cum * de iure Canonico detur appellatio in quolibet poſſeſſio, & ſic etiam in ſaluiano, & non ſuf-
15 fragetur Aegidiana, * quæ non habet locum contra perſonas Eccleſiaſticas, quales erat Manaſcel-
16 lus. Quia fuit ad hoc reſponſum, quod, cum * in Curia Romana regulariter ſeruetur Aegidiana, de-
17 buiſſet Maneſcellus in ſua appellatione † ſpecialiter exprimere cauſam, ob quam eſſet admittenda ſua appellatio, alias potuiſſet Iudicem deuenire ad executionem, ac ſi non fuiſſet appellatum, *Rot. dec. 120. num. 2. par. 1. diuerſ.*

Et cum ex iſtis pateat, Lauram bene immiſſam,
18 † reſultare videbatur reſolutio ſecundæ partis dubij, quod Maneſcellus non ſit manutenendus, cæterum, quatenus etiam non eſſent omnino clara, videbatur adhuc dicendum ſaltim ſufficere, vt non
19 ſit locus manutentioni, cum * ad iſtum effectum iniuſtitia Iudicis, qui immiſit, debeat eſſe patens, & manifeſta, vt fuit dictum in *Romana de Bombellis 25. Maij 1613. coram me*, quam deciſionem Rota ſæpiſſime ſequuta fuit.

Et ita, &c.

CARD. VEROSPIO SENIORE.

Romana Syluæ.

Lunæ 15. Maij 1628.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio antiqua ſpoliati probatur ex teſtibus deponentibus de actibus poſſeſſoriis, & ex executione, & adiudicatione contra eum facta.*
2 *Poſſeſſio anterior ſpoliati eſt primum extremum in ſpolio.*
3 *Poſſeſſio iunior ſpoliatoris, & Rei probatur ex teſtibus, & litis ſubſtentatione cum adminiculis.*
4 *Mandatum de adiudicando non æquipollet adiudicationi.*
5 *Spolium purgatum non cenſetur ex emptione, ſeu retrouenditione, & poſſeſſione illius vigore, dum emptor neſcimt nullitatem adiudicationis.*
6 *Spolij remittendi conſenſus deficit in eo, qui eſt actui præſens, & ſpolium ignorat.*
7 *Conſenſui error eſt de directo contrarius.*
8 *Scientia adiudicationis, & actorum non infert ad ſcientiam nullitatis.*
9 *Nullitas eſt iuris.*

DECISIO CXXXIX.

DOmini Franciſcus, & fratres de Fabiis introducto iudicio ſpolij ſuper Silua, de qua agitur, contra D. Antoniam Velliam coram R. P. Domino Vbaldo bo: me: eoque vita functo per binas deciſiones ſub diebus 30. Iunij 1624. & 16. Februar. 1627. coram R. P. D. Durano ſubrogato firmata nullitate, & iniuſtitia adiudicationis factæ Angelo Clauario per A. C. de anno 1599. reportarunt ſententiam reintegrationis fauorabilem in ſpolio, qua per appellationem cauſa mihi commiſſa, propoſui dubium, an ſententia Rotalis eſſet

eſſet confirmanda, ad quod DD. affirmatiuè reſponderunt.

1 Probatunt enim Fabij ſuam poſſeſſionem anteriorem † non ſolum per teſtes, qui deponunt de acti-
2 bus poſſeſſoriis, ſed etiam ex adiudicatione, & executione contra eos facta per Angelum, * quod eſt primum extremum, & requiſitum in ſpolio. Probarunt poſſeſſionem iuniorem Antoninæ, & Angeli ex eiſdem teſtibus, & litis ſubſtentatione, * quæ
3 ſufficit cum adminiculis. Probarunt Iudicem nulliter & iniuſtè proceſſiſſe, & ſpoliaſſe: imò etiam, circumſcriptis nullitatibus iudicialibus, Angelum aggreſſum fuiſſe poſſeſſionem huius ſiluæ auctoritate propria, cum non doceat de effectuatione adiudi-
4 cationis, & † mandatum de adiudicando non æquipollear ipſi adiudicationi, quæ omnia latè, & doctè deducta ſunt in deciſionibus R.P.D.Durani, quæ DD placuerunt.
5 Neque * ſpolium purgatum cenſuerunt ex venditione, ſeu retrouenditione eiuſdem ſyluæ facta per D. Angelum Clauatium Innocentio, & Honufrio præſentibus pro ſe ipſis, ac pro Hortenſio, Franciſco, & Mario abſentibus, pro quibus de rato promiſerunt, aut ex poſſeſſione vigore d. venditionis ſequuta de anno 1601. ad annum 1604. iux. *tex. in l. ſi aliquam rem, ff. de acq. poſſeſſ. l. rei ſua. l. emptori ff. de contr. empt.*

Placuerunt namque reſponſiones datæ in dd. deciſionibus, quod ſcilicet neſciuerunt Fabij empto-
6 res nullitatem adiudicationis, ita * licet præſentes
7 conſenſus in eos deficeret remittendi ſpolium, † cui error eſt de directo contrarius, vulg. *l. nihil conſen-*
8 *ſus, de reg. iur.* * Nec argui poteſt à ſcientia adiudicationis, & actorum, de quibus eſt facta mentio in inſtrumento prædictæ venditionis, ad ſcientiam
9 nullitatis, * quæ eſt iuris, *Surd. conſ. 49. numer. 29. Gabr. conſ. 69. num. 26. lib. 2. Rot. dec. 51. num. 5. dec. 95. nu. 4. dec. 280. num. 10. par. 1 & dec. 262. par. 2. recent. & in Vrbeuetana Bonorum 14. May 1594. coram Cardinali Blanchetto, late Modern. diſcept. for.....num. 22. & ſeqq.*

P I R O V A N O.

Anconitana Prædij.

Veneris 24. Decembris 1629.

SVMMARIA.

1 *Creditor hypothecarius poſterior habet ius offerendi aduerſus creditorem anteriorem, cui pignus ſubhaſtatum fuit adiudicatum.*
2 *Iuris offerendi vt locus ſit, requiritur copulatiuè creditum, & hypotheca.*
3 *Creditum, & hypotheca probatur ex inſtrumento, & obligatione in forma cameræ.*
4 *Bona materna, mortuo fratre, deferuntur in totum ad ſorores, excluſo patre, qui tranſiuerit ad ſecundas nuptias. Decl. vt nu. 5. 6. 10. & 15.*
5 *Pater ex Statuto Anconitano ſuccedit filijs maſculis excluſis ſororibus, & n. 10.*
6 *Bona, quæ in dotem dantur æſtimata, efficiuntur viri titulo emptionis.*
7 *Ampl. etiam ſi dictum fuerit pro fundo dotali, aut de reſtituendare, vel æſtimatione, ſi vir eligat æſtimationem, & nu. 9. & 10.*
8 *Qualitas admiſſa, & non probata in primis deciſionibus, poteſt in noua articuli diſcuſſione impugnari, & contra eam probari.*
9 *Venditio contrahitur per expreſſionem certæ ſummæ.*
11 *Pecuniam recipiens renunciat iuri ſibi competenti.*
12 *Pater ſi poſt acquiſitum dominium bonorum filij, excluſis fœminis tranſeat ad ſecundas nuptias, non eſt abſolutè verum, vt illud amittat.*
13 *Ius quæſitum difficilius amittitur, quam quærendum.*
14 *Hæres non poteſt impugnare factum, & venditionem defuncti.*
15 L. Fœminæ §. illud, C. de reſcind. nupt. *diſpoſitio quando ceſſet.*

DECISIO CXL

CAuſa poſita per binas reſolutiones ſuper pertinentia Iuris offerendi per Collegium Patrum Anonnæ prætenſi, placuit tunc Dominis, diſputationem ad aliam diem differre, in qua partes etiam informarunt ſtricte. An poſſit opponi de iure filiorum hodie renouata quæſtione dictum fuit, ſtandum eſſe in deciſis.

Quia Collegium in hoc iudicio iuris offerendi contra Columnellum Rinaldinum probat ſe credi-
1 torem, & quidem cum hypotheca, * cui propterea agenti ad recuperationem prædij ſubhaſtati, & Columnello adiudicati denegari non poteſt ius offerendi, poſterioribus creditoribus competens. *l. potior, §. fin ff. qui pot. in pign. hab. l. C. Eod. tit. Neguſ. de pign. 3. membr. 5 p. n. 1.* cum allegatis in *deciſ. cauſa 17. May* 1627.

Non obſtat exceptio deficientis crediti ſaltem cum hypotheca, quæ ſemper fuit principalis in hac cau-
2 ſa, & * altero ceſſante iuri offerendi locum non eſſe. *Bald. conſ. 50. num. 2. lib. 1. Theſaur. dec. 157. n. 5. Mantic. dec. 126. nu 5.*

Quia de credito Patrum Collegij non poteſt dubitari: conſtat namque ex documentis publicis in cauſa productis, & ſimiliter de hypotheca, quia Bartholomeus Fanellus, qui conſtituit cenſum, &
3 Patribus vendidit de anno 1611. † ſe obligauit in ampla forma Cameræ Apoſtolicæ, de quo tempore etiam poſſidebat prædium iuri offerendi nunc affectum.

Non obſtat, quod de hypotheca quidem poſſit conſtare in bonis Bartholomei Fanelli debitoris, ſed prædium controuerſum nunquam fuit in bonis debitoris, ex quo datum fuit Virginiæ primæ vxori, & matri Antonij Iacobi, & Fiordaliſiæ Victoriæ, & Angelicæ ex eodem matrimonio in dotem inæſti-
4 matæ, * in quo mortuo Antonio Iacobo ſucceſſerunt ſorores in totum, attento Patris binubatu, per quem cū filiis ad ſucceſſionem concurrere non potuit, per *tex. in l. fœmina, C. de ſecund. nupt.* cum alijs in prioribus deciſionibus allegatis.

Quia, vltra reſponſiones iam datas, viſum fuit hodie, Columnellum non probare, prædium controuerſum fuiſſe datum in dotem inæſtimatum, &
5 * hac probatione circumſcripta ceſſare controuerſiam de Statuto Anconitano deferente ſucceſſionem filiorum maſculorum proprio parenti excluſis ſororibus fratris defuncti, & de binubatu impediente ſucceſſionem Patris in bonis filiorum ex quo prædium fuit (de tempore contracti matrimonij cum Virginia) effectum proprium Bartholomei ti-
6 tulo emptionis, * prout per æſtimationem ſolent data in dotem tranſire. *l. æſtimatis ff. ſolut. matrim. Natt. conſ. 650. num. 3. Becc. conſ. 42. num 9. Couar. pract. quæſt. cap. 28. num. 1. Honded. conſil. 14. num.*

K 4 43. lib.

43. *lib. 1. Seraph. dec. 1207. num. 1. & Rota in Romana Succeſſionis, & alimentorum 6. Iun. 1606. coram bo. me: Litta* id aſſirmans, † etiam ſi dictum fuerit
7 pro fundo dotali, modo præceſſerit æſtimatio.

Non obſtat igitur, quod hæc qualitas inæſtimatæ dotis probetur per teſtes datos, & idem deciſiones cauſæ admittant, nempe illa 17. *Maij 1627. verſ. nam de credito, & 4. Februarij 1628. verſ. qua vero pertinent ad hypothecam.*

Quia quoad teſtes, de quibus in Summario Columnelli omnes ſuper 11. deponunt quidem, Prædium controuerſum fuiſſe datum in dotem Virginiæ primę vxoris Bartholomei Fanelli per Equitem Andream Benincaſam illius Patrem, an autem ęſtimatum, vel inæſtimatum nihil dicunt; & deciſiones cauſæ quamuis hoc præſupponant, non tamen pro fundamento qualitatis inæſtimatæ aliquid dederunt, † vt propterea nihil prohibuit, quin in noua articuli diſcuſ-
8 ſione non admittatur hæc qualitas non probata, maximè cum ſuperuenerint inſtrumenta, quæ contrarium ſuadent, & æſtimationem rerum, dotalium concludunt, & dantur Summar. Collegij n. 1. & 2. ex prædictis enim apparet, dotem d. Virginiæ fuiſſe ſcutorum 3. m. cum pro illius reſtitutione poſt mortem Bartholomei Fanelli Fiordeliſia filia, & hæres proprietaria, vna cum Virginia Iardina ſecunda vxore d. Bartholomei vſufructuaria vendiderint vnum ex prædiis hæreditariis Septimio Gherardello pro ſcutis 1600. cum obligatione illa ſoluendi pro rata dictis filiabus Virginiæ primæ vxoris, nempè Victoriæ Fiordaliſiæ, & Angelicæ ad bonum computum ſcutorum 3. m. occaſione dotium d. Virginię, quæ ſcuta 1600. cum in eam cauſam per Septimium fuerint ſoluta, ab vnaquaque earum pro contingenti portione ratificationem vna cum quietantia reportauit, quæ datur in Summario Collegij nu. 2. ex quibus, vel æſtimatio bonorum dotalium conuin-
9 citur per expreſſionem certæ ſummæ, * ex qua venditio contrahitur, *d. l. æſtimatis. ff. ſolut. matrim. l. ſi. prædium, C. de euiction. Becc. conſ. 41. num. 5.* vel quod
10 alternatiuè fuerit conuentum de re; aut æſtimatione reſtituenda, * quo caſu electio eſt viri, *l. plerumq. in fin. ff. de iur. dot. Becc. conſ. 41. nu. 9* aut demque recipiendo ſortem acquieuerint diſpoſitori Statuti Anconitani præferentis Patrem in ſucceſſione Antonij Iacobi filij ſororibus eiuſdem, ita in con-
11 ſimilibus caſibus * de recipiente pecuniam, quod cenſeatur renunciaſſe iuri ſibi competenti, *Grauett. conſ. 106. num. 3. & conſ. 158. num. 3. Surd. conſ. 104. n. 7. lib. 1. Menoch. præſumpt. 93. in princ. lib. 2.* maximè
12 quia * non eſt abſolutum, quod Pater poſt acquiſitum dominium bonorum filij excluſis fœminis per ſucceſſionem de anno 1600. in quo deceſſit Antonius Iacobus filius, illud deinde amittat per tranſitum ad ſecundas nuptias de anno 1609. quia *Peregr. conſ. 4. nu. 14. & 15. lib. 2.* late defendit defectum ſuperuenientem in his terminis non tollere Ius quę-
13 ſitum, * quod difficilius amittitur, quam quærendum.

Quare ſiue Colunnellus poſſit dare de iure iſtarum ſororum tanquam poſſidens, ſiue ſuperuenerit illarum conſenſus ad effectum agendi proprio nomine, cum de eo non conſtet, ſaltem, quod releuet, inutilis eſt diſcuſſio reſpectu patris reſtrictæ in ſecunda poſitione, eoque magis quia Fiordeliſia tentat actionem contrariam, dum eſt hæres proprietaria Bartholomei Patris, ſcilicet impugnando ven-
14 ditionem Prædij tanquam liberum * contra *l. cum à matre, C. de rei vendic.* & Angelica vxor Columnelli iam quaſi tranſegit ſuper ſecundis nuptiis Bartholomei patris, dum recepit ſcuta 500. in eam
15 cauſam. † vnde ſemper ceſſat diſpoſitio *d. l. fœmina, §. illud. C. de ſecund. nupt. gl. in Auth. de non eligen. 2. nuben. verſ. copulantur, Roman. conſil. 219. num 2. Gabr. de ſecund. nupt. concl. 1. numero 36 Peregr. dec. 13. num.* 10. & idem fuit comprobatum in *Nouarien. Legitima coram me 3. Decembris 1627. & 5. Iunij 1627 &c.*

PIROVANO.

Anconitana Prædij.

Lunæ 27. Maij 1630.

SVMMARIA

1 *Creditor ſecundo creditori pignus reſtituens per ius offerendi tenetur etiam reſtituere fructus, & quare, & num. 6. & 7.*
2 *Creditor ſecundus veniens per ius offerendi tenetur offerre pecuniam ſolutam à primo creditore vna cum interuſuriis medij temporis, & quid de decurſis poſt oblationem, & n. 7. & 8.*
3 *Dominium rei venditæ, ſeu adiudicatæ in remedio iuris offerendi an reſoluatur vt ex nunc, vel vt ex tunc: & quid in re vendita cum pacto de retrouendendo, vel ſuppoſito retractiui, & n. 4 & 8.*
4 *Emptor cum pacto de retrouendendo facit vti dominus fructus, & omnes acceſſiones ſuas reluitionis tempore pendente.*
5. *Emptor rei retractui ſubiectæ cum titulo, & bona fide fructus ante retractum facit ſuos.*
8 *Æqualitas in iudicio ſeruanda eſt.*

DECISIO CXLI.

Viſo de iure offerendi Collegio Anconitano vti creditori poſteriori competenti, ſucceſſiuè quęſitum fuit, An primus creditor teneatur ad pretium ſiluæ inciſæ, & ad fructus, & ad quos, & non tenetur ad reſtitutionem fructuum, niſi in eo, in quo factus eſt locupletior, fuit reſponſum.

1 Quia, & ſi vera ſit concluſio * creditorem ſecundo creditori pignus reſtituentem teneri rem cū fructibus perceptis reſtituere propter dominij reſolutionem, quæ fit ab initio, *l. 1. C. de dol. l. vtero, C. de præd minor. Franc. deciſ. 12. num 11. Lanar. conſ. 25. n. 14. circa fin.* attamen eſt etiam vera altera concluſio,
2 quod ſecundus † creditor tenetur offerre pecuniam ſolutam à primo creditore vna cum interuſuriis medij temporis, per *l. 3. ff. de diſtract. pignor. vbi gloſ. in verb. offerri, col. 1. in ſecundo reſponſo, C. ſi antiq. cred.* & comprobant iiſdem *Franc. & Lanar.* ſupra allegati declarantes *tex. in d. l. 3.* quod, quamuis non exprimat vſuras, quos offerre debeat ſecundus creditor, quaſi poſſit dubitari decurrentibus poſt oblationem, non autem à die adiudicationis, aut venditionis rei hypothecaræ; Attamen *gloſ. in l. emptor, in verb. medij, ff. de rei uendic.* determinat hanc difficultatem, vt intelligitur de vſuris poſt ſolutionem creditori factam vſque ad tempus, quo conuenitur, & verè non poteſt intelligi de vſuris poſt oblationem currentibus quia quæſtio non eſt de illis tanquam incertis ab euentu, ſed de certis ex tempore iam decurſo vſque ad diem oblationis.

Non

Digitized by Google

3 Non obſtat, quod verius videatur * reſolui do-
minium rei venditæ, vel adiudicatæ, vt nunc, quan-
do intentatur remedium iuris offerendi non autem
ex tunc, ſcilicet à die contractus, *Franc. deciſ. 390.*
Morot. de ſecund. credit. numero 70. & ſeq. Mantic.
de tac. lib. 4. tit. 32. num. 115. Tiraq. de retract. lignag.
§. 1. gl. 7. nu. 42. & 43.
4 Quia † prædicti omnes loquuntur in terminis,
vel rei venditæ cum pacto de retrouendendo, vel
in re ſubiecta retractui, in quibus vel dominus cum
pacto de retrouendendo facit fructus, & omnes ac-
ceſſiones ſuas pendente tempore reluitionis, quia
verè eſt dominus, *l. 2. C. de pact. int. emptor. & ven-*
dit. Menoch. conſ. 26. numero 10. Natt. conſ. 353. in
fin. Peregrin. de fideicomm. art. 10. numero 21. & ſequ.
† vel ante retractum, cum titulo, & bona fide facit
5 fructus ſuos emptor rei retractui ſubiectæ, *Oſaſc.*
dec. 160 num. 7. Surd. conſ. 115. numero 5. 340. num 11.
& 12. & dec. 281. numero 5. in præſenti autem, cum
tam primo creditori, quam ſecundo ſit præſcripta
6 certa lex, vt * offerens teneatur pretium cum in-
7 teruſuriis offerre, * anterior vero creditor rem cum
fructibus reſtituere, vt iam firmatum fuit, impoſſi-
bile eſt habere rationem temporis oblationis factæ,
quia hoc modo primus emptor contra æquitatem
haberet duplicatos fructus, rei emptæ ſcilicet, &
8 proprij crediti, quare * ad æqualitatem ſeruandam
neceſſaria eſt reſolutio dominij vſque ab initio,
perinde ac ſi deliberatio, ac in ſolutum datio facta
non fuiſſet, *gl. in l. emptor. §. ſuperfluum, vbi Bart.*
Bald. & Alberic. ff. de rei vend. Pinell. in l. 2. num.
6. 3. C. de reſc. vend. Franc. ead. dec. 12. nu. 12. pro-
pterea optimo iure viſum fuit, Columnellum Rinal-
dinum non teneri, niſi in eo, in quo factus fuerit lo-
cupletior, facta compenſatione fructuum, & inte-
reſſe hinc inde debitorum, vt vnicuique remaneat
conſultum.

Et ita, &c.

MOTMANNO.

Romana Cambiorum.

21. Iunij 1630.

SVMMARIA.

1 *Exequutiuè abſque actione reuocatoria procedi poteſt*
contra tertium, qui in fraudem captæ executionis
rei ſubhaſtationem, & poſſeſſionem obtinuit, & n.
5. Decl. vt num. 7.
2 *Actio perſonalis non rem ſequitur, ſed perſonam o-*
bligati.
3 *Exequutio cœpta non poteſt contra tertium poſſeſſo-*
rem exerceri, niſi præuia actione reuocatoria; &
quare.
4 *Actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſo-*
rem.
6 *Mandatum relaxatum contra principalem debito-*
rem poteſt exequi contra tertium ſuper bonis in
fraudem litis in eius perſonam ſubhaſtatis, Decl.
vt numero 7.

DECISIO CXLII.

POſtquam per binas in hac cauſa deciſiones reſo-
lutum fuit conſtare de credito D. Marchionis
Iuſtiniani ad effectũ, vt ei liceat procedere ad lte-
riorem exequutionem mandati contra M. Anto-
nium illius debitorem, contingit dubitari, An ad
huiuſmodi exequutionem ſit procedendum contra
Iordanum, qui hac lite pendente, ſed in alio iu-
dicio contra M. Antonium obtinuit ſibi tanquam
creditori plus offerenti deliberari domum cum hor-
to ipſius debitoris, in quorum poſſeſſionem pro-
pterea fuit immiſſus, & D. negatiuè reſponderunt.
1 Nam licet concluſio illa, quod * contra tertium
non poſſit procedi exequutiuè patiatur limitatio-
nem in caſu tertij, qui in fraudem cœptæ executio-
nis obtinuit deueniri ad ſubhaſtationem, cuius vi-
gore in rei ſubhaſtatæ poſſeſſionem immiſſus repe-
ritur, *Canaler. dec. 131. numero 2. & in Narnien. Do-*
tium 4. Februarij 1628. coram R. P. D. Vbaldo, in
quibus firmatur etiam abſque actione reuocatoria
contra tertium tunc exequutiuè procedi poſſe, quod
fuit originale dictum *Cyni in l. vnic. qu. 8. numero*
11. C. de alien. iudic. mutan. cuius ſententiam ſequun-
tur *Caſtr. in l. à Diuo Pio, § ſi ſuper rebus, nume. 8.*
verſ. dic pro concordia ff. de re iudic. Rot. dec. 606. n. 2.
par. 2. recent.
Attamen inſpecta natura actionis per D. Mar-
chionem intentatæ pro conſequendo credito quan-
2 titatis à debitore ad ſoluendum obligato, quæ ideo
perſonalis, cum non rem, ſed perſonam ipſius obli-
gati ſequatur, *l. 3. & l. actionum, §. in perſona, ff. de*
act. & oblig. iuncto §. appellamus, Inſt. de action.
3 * cœpta exequutio exerceri non poteſt contra Ior-
danum tertium poſſeſſorem domus, & horti, niſi
præuia actione reuocatoria, iuxta diſtinctionem
Bart. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 3. verſ. ſed
quando agitur perſonali, ff. de re iudic. communiter
approbatam, vbi ſubdit rationem, quia de iure rei
non petitæ, in qua fiat exequutio, non dum fuit ſu-
ſcepta cognitio; quam doctrinam idem *Bart.* repe-
tit, & latius examinat *in l. creditores, num. 23. verſ.*
videamus ergo iſtud ius exequendi. C. de pign. & cum
Bart. reprobata opinione *Cyni*, tenet *Ant. de Butr. in*
c. quia Gulielmus, num. 13. verſ. & quid dixerit Cynus,
de iudic. per tex. in §. item ſi quis in fraudem. ibi, re-
ſciſſa traditione, Inſt. de action. Iaſ. in d. l. à. Diuo Pio,
§ ſi ſuper rebus, num. 19 Ruin. conſ. 87. & conſ. 166.
vtrobique num. 1. lib. 4. Bero. conſ. 47. num. 6 lib. 1. Ca-
4 *pic. dec. 182. numero 7.* probans, * actionem perſona-
lem non dari contra tertium poſſeſſorem per *l. fin.*
§. Lucius Titius ff. de contrah. empt. & l. 1. § ſi heres
ff. ad Trebell. quibus concordat *tex. in l. fin. C. de he-*
red. action. Menoch. de adipiſc. remed. 5. num. 126. O-
ſaſc. qui dicit, eſſe communem opinionem *dec. 65.*
num. 5. & idem firmauit *Rota in Romana Computo-*
rum 18. Martij 1594. coram Card. Mellino.
Non obſtat, quod poſt cœptam ſuper d. domo, &
horto, ad inſtantiam D. Marchionis exequutionem
mandati iam antea relaxati, Iordanus obtinuit de-
5 ueniri ad ſubhaſtationem, & ideo, cum videatur
id feciſſe in fraudem creditoris, & illius, litis, poſſit
contra ipſum, quamuis tertium, omiſſa actione re-
uocatoria, procedi exequutiue, ſecundum dictum
Cyni in prealleg. l. vnic. C. de alien. indic. mutan. cauſ.
fact. quod confirmat *Iaſ. in d. l. à Diuo Pio, § ſi ſuper*
6 *rebus, num. 10. poſt med.* Vnde infertur, † mandatum
relaxatum contra M. Antonium principalem debi-
torem poſſe mandari exequutioni aduerſus Iordanũ
ſuper bonis in fraudem d. litis ſubhaſtatis, vt per
Bart. in l. fi. C. de litigioſ.
Quia reſponſum fuit, non probari, quod d. Ior-
danus, acquirendo per viam ſubhaſtationis, parti-

ceps fuerit allegatæ fraudis, vel habuerit ſcientiam motæ litis, † quod requirit præcipuè *Caſtr. in d. l. à*
7 *Dino Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 8. verſ. debet tamen actor probare. Natt. conſ. 310. num. 4. verſ. propterea, lib. 1. Gratian. diſcept. for. cap. 502. num. 22.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Mediolanen. Penſionis.

Mercurij 31. Ianuar. 1646.

SVMMARIA.

1 *Nullitas ſententiæ opponi non poteſt, dum habet omnia requiſita.*
2 *Contradictorum proceſſui locus eſt, ſi procurator ab Vrbe diſceſſit alio non ſubſtituto*
3 *Fructus vti acceſſorij, & appendices rei petitæ non debentur niſi à die motæ litis.*
4 *Lim. ſecus vbi fructus petuntur uti ſors principalis, & principaliter debiti, & quare, & n. 5.*
6 *Penſionis onus inhæret materialiter fructibus beneficij, qui ſunt in obligatione.*
7 *Terminis penſionis non petitis in primo iudicio non intelliguntur remiſſi, & peti poſſunt, etiam ſi in ſententia fuerint omiſſi, & n. 9.*
8 *Penſionis termini debentur principaliter, & iure actionis.*
10 *Fructus percepti mala fide debentur etiam reſpectu temporis ante motam litem.*
11 *Fructus bona fidei etiam poſſeſſor reſtituere tenetur, ſi ij non ſint conſumpti, vel ipſe ex illis factus fuerit locupletior.*

DECISIO CXLIII.

CONtra Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Eccleſiæ Mediolanen. egerunt Beneficiati eiuſdem Eccleſiæ pro annua penſione ſcutorum mille auri, quam ad eorum fauorem reſeruauerat glor: me: Sanctus Carolus tunc Archiepiſcopus Mediolani, & obtinuerunt ſententias fauorabiles tam ſuper iure exigendi penſiones in futurum, quam ſuper ſolutione terminorum à die motæ litis decurſorum. Moto deinde alio iudicio pro terminis ante dictam litem decurſis incipientibus ab anno 1588. quo expirauit aſſignatio dictæ penſionis per ſanctum Carolum facta fabricæ ad quinquennium, & ſecundi quinquennij prorogatio, obtinuerunt pariter ad illorum ſolutionem condemnari Capitulum & Canonicos per ſententiam Rotalem coram bo: me: Merlino, quam hodie coram me in gradu appellationis ex aduerſo interpoſitæ confirmandam eſſe Domini dixerunt.

1 Quia de eius validitate dubitari non poteſt, † cum habeat omnia requiſita, de quibus *Caputaque dec. 260. par. 2. Rot. dec. 295 num. 1. par. 5. recent.* Nec obſtat quod ſententia fuerit lata præuia citatione per contradictas, quia, * cum procurator Capituli,
2 qui mandatum acceptauerat, diſceſſiſſet à Curia, vt fuit probatum per teſtes, abſque ſubſtitutione alterius procuratoris, potuit procedi per audientiam contradictarum iuxta notorium ſtylum Curiæ, de quo *Saluſt. in prax. A. C. lib. 2. c. 16. numer. 14. Rot. dec. 5. de iudic. in nou. Caputaque dec. 261. numero 2. par. 2. addent. ad S. M. Greg. XV. dec. 110. litt. A.* & fuit dictum in *Vrbeuetana bonorum 26. Ianuarij 1624 coram bon. mem. Vbaldo ſeniore, & in Meleuitana hæreditatis 6 Februarij 1640. coram Eminentiſſ. D. Cardin. Veroſpio iuniore.*

Iuſtitia vero ſententiæ apparet ex duabus deciſionibus editis *coram bon. me. Merlino 6. Iunij 1633. & 19 Ianuarij 1635. impreſſa, par. 7. recent. dec. 3. & dec. 281.* in quibus poſita regula, quod * fructus tan-
3 quam acceſſorij, & appendices rei petitæ non debentur niſi à die motæ litis iuxta textum in *l. 2. C. de fruct. & lit. expen. l. certum C. rei vendic. l. ſed & ſi lege. §. ſi ante, vbi gloſ. & Bart. num 2. ff. petit. hæred.* afferuntur duæ limitationes caſui noſtro appli-
4 cabilis, * altera quando fructus non petuntur vt acceſſorij, & appendices rei, ſeu capitalis in iudicium deducti, ſed tanquam ſors principalis, & principaliter debiti, & ratio diuerſitatis eſt, quia hoc ſecundo caſu fructus non debentur ex cauſa malæ fidei aut mora rei conuenti, ſed iure dominij ipſius actoris, cui niſi ſoluerentur fructus, ſeu annuæ præſtationes, & penſiones decurſæ ante litem motam, non diceretur ipſi reſtituta integrè res ipſa
5 principalis, * cum illa conſiſtat ſolum in annuis præſtationibus, quæ deberi cæperunt ex die contractæ, ſeu purificatæ obligationis, vt pluribus comprobant dictæ deciſiones, & præter ibi allegatos tradunt *Ruin. conſ. 193. numero 4. lib. 1. Gabr. conſ. 31. numero 10. lib. 2. Surd. conſ. 292. num. 23 Grat. diſcept. 206. numero 18. & ſeqq. Cenc. de cenſib. quæſt. 91. nu. 15. ſecundum nouam impreſſionem, Boer. dec. 18. num. 2. Rot. dec. 807. n. 6. par. 1. diuerſ. & alij relati à Mencer. de manut. obſeruat. 74. ſub n. 11.*

Rectè itaque Canonici condemnati fuerunt ad ſoluendas annuas penſiones poſt tempus conceſſionis exactas, cum fuerint petitæ principaliter, ac
6 debeantur independenter ab omni alio ſubiecto debito petenti, licet illarum onus inhæreat materialiter fructibus beneficij grauati, qui ſunt in obligatione, *Put. dec. 10. numero 6. lib. 1. Seraph. dec. 149. numero 5. Rot. inter. recent. dec. 99. num. 2. par. 1. Lotther. de re benef. lib. 1, quæſt. 35. num. 53.* Nec obſtat, quod in primo iudicio non fuerint petiti ter-
7 mini decurſi ante litem motam, quia * non ideo cenſentur remiſſi, *Gloſ. in §. ſi minus, Inſt. de action. Bart. in l. ſi cum dos, num. 2. ff. ſol. matr. Caſtr. in l. Lucius, §. fin. num. 1. ff. ad trebell. Surd. conſ. 224. nu. 4.* prout neque obſtat, quod in prima ſententia Iudex non condemnauerit ad terminos ante litem decurſos quia vt bene reſpondet *prima deciſio, non obſtat. & 2. in §. fin.* Sententia reſeruauit terminos de quibus
8 agitur, † cumque debeantur principaliter, & iure actionis, *Gambar. de offic. & poteſt legat. lib. 6. numero 453. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 39. numero 28. & ſeqq.* † peti poſſunt etiam ſi in ſenten-
9 tia fuiſſent omiſſi ex ibi allegatis, quibus addi poteſt *Guidopap. dec. 55. in addit. Rot. in Romana expenſarum 26. Maij 1614 coram bo: me. Patriarcha Manzanedo.*

10 Altera * limitatio eſt, quando fructus fuerunt percepti mala fide, *Bart. in l. 3. verſ. tu dic, quod hæc regula. ff. Interd. Faber in §. retinendæ, num. 12. verſ. ſed à quo tempore, Inſt. eod. Menoch. de retin. remed. 3. num. 289. Rot. dec. 317 num. 2. par. 1. recent. & in Senogallien Iuris paſcendi 12. Iunij 1620. coram bo. me. Rembolde*, quæ ſatis probatur ex deductis in vtraq; deciſione huius cauſæ coram bo. me: Merlino, in quarum vltima additur ex abundanti tertia limi-
11 tatio, quia nempe † etiam bonæ fidei poſſeſſor tenetur

Digitized by Google

netur ad reſtitutionem fructuum, ſi non ſunt conſumpti, vel ex eis factus eſt locupletior.

Et ita deciſum informantibus ſolum Beneficiatis, pluries tamen citatis, & expectatis, per nonnullos menſes Dominis Canonicis, qui ſemper nouas dilationes prætexuere.

R. P. D. GHISILERIO.

Beneuentana Hoſpitij.

Veneris 1. Iulij 1633.

SVMMARIA.

1 *Manutentio datur docenti de poſſeſſione.*
2 *Manutentionis ad effectum ſufficit poſſeſſio de tempore motæ litis.*
3 *Poſſeſſio probatur teſtibus, & eo magis ſi deponant de facto proprio, & ex inſtrumentis locationum.*
4 *Immiſſus à Iudice eſt manutenendus.*
5 *Ceſſionario debetur manutentio ex poſſeſſione cedentis, & fortius ſtante clauſula conſtituti.*
6 *Conſtituti clauſula transfertur in emptorem vera poſſeſſio.*
7 *Executio, & deliberatio cum mandata contra bona hæreditaria alicuius facta ſuper bonis poſſeſſis per fratrem in vim diuiſionis non tenet, vt facta in re, quæ non erat hæreditaria.*
8 *Immiſſio contra tertium non citatum concedi non poteſt.*
9 *Iudex nulliter, & iniuſtè procedens non priuat poſſeſſione.*
10 *Manutentio datur ad limites poſſeſſionis.*
11 *Diuiſio in dubio facta præſumitur potius ex cauſa neceſſaria, quam voluntaria.*
12 *Reintegrationem, qui petijt, cenſetur habuiſſe ſe pro ſpoliato, & ei non debetur manutentio, niſi poſſit intelligi de poſſeſſione naturali, & n. 13.*
13 *Poſſeſſio ciuilis retinetur animo.*
14 *Manutentionis in iudicio ſufficit probatio poſſeſſionis, & facti.*

DECISIO CXLIV.

INterpoſita appellatione à Inſtrumento de manutenendo in poſſeſſione Hoſpitij controuerſi conceſſo Iulio Vintimiliæ, & cauſa mihi commiſſa cum facultate manutenendi quem de iure, ad fauorem
1 Iulij fuit reſolutum, quia docet de ſua poſſeſſione, *l. 1. §. interdum autem, ff. vti poßid.* non ſolum de
2 tempore motæ litis,* quod ſufficit, *§. retinendæ Inſt. de interdict.* ſed multo ante, vt patet tam ex depoſitionibus teſtium atteſtantium eum vidiſſe poſſidere Hoſpitium, inter quos vnus deponit de facto proprio, quia fuit conductor Hoſpitij, & ſemper recognouit in dominum d. Iulium, quam ex inſtru-
3 mentis locationum cum perceptione fructuum.† ex quibus poſſeſſio probatur, *gloſſ. in l. qui vniuerſas, verb. colonum,* & ibi *Bart. in §. quod per colonum,* & *in l. quamuis. § 1. ff. de acq. hæred. Alex. conſ.* 118. *n.* 19. *lib.* 2. *Rot. dec.* 171. *n.* 1. *par.* 2. *rec.* & alibi ſæpius.

Quibus non obſtat, quod Rubinus occaſione deliberationis factæ ad inſtantiam Franciſci Vici vti de bonis hæreditariis Laurentij Ventimiliæ fuerit immiſſus ab A. C. & Iudex regulariter priuet
4 poſſeſſorem vtraque poſſeſſione; Quocirca* ſicut d. Rubinus eſſet manutenendus, *Rot. dec.* 802. *nu.* 7. *par. 1. diuerſ. S. M. Greg. XV. dec.* 583. *num.* 2. *vbi Add.*
5 *num.* 81.* ita etiam debet manuteneri Franciſcus ex ceſſione ſibi facta à Rubino, *Rot. dec.* 299. *num.* 3. & 614. *par. 1. recent.* maxime ſtante clauſula conſti-
6 tuti,† per quam translata fuit in Franciſcum emptorem vera poſſeſſio, *l. quædam mulier, de rei vendicat. l. quod meo, ff. de acq. poſſ. Rot. dec.* 549. *num.* 1. *par. 1. diuerſ. & dec.* 83. *num.* 1. & 270. *nu.* 1. *par.* 4. *rec.* Nam reſpondetur ſupradicta non procedere, ex quo Hoſpitium, antequam ſuper eo exequutionem feciſſet Franciſcus, contingeret in partem Iulij, qui illud habuit ex diuiſione facta cum Pompeo, & aliis fratribus, cum autem hæc bona capta fuerint in exequutionem tanquam bona Laurentii Venti-
7 miliæ, debebant experiri iura contra bona Laurentij, non autem contra bona Iulij, qua ratione decretum, & ſententia A. C. non poſſunt iuſtificari, quatenus conceſſit exequutionem ſuper re, quæ non
8 erat hæreditaria Laurentij, ſed propria Iulij,* quo non citato Iudex non poterat concedere immiſſionem, cum ipſe eſſet tertius, *c. licet Epiſcopus, de præb. in 6. c. in litteris, de reſtit. ſpoliat. Mantic. deciſ.*
9 194. *num.* 5. & ſic,† cum in hoc caſu appareat, Iudicem nulliter, & iniuſtè proceſſiſſe, non priuauit Iulium ſua anteriori poſſeſſione, *Seraph. dec.* 731.

Non obſtat ſi dicatur, diuiſionem inter fratres de Vintimiliis fuiſſe factam in fraudem imminentis exequutionis: Quia tollitur obiectum ex eo, quod Iulius poſſidebat Hoſpitium ante litem motã, & propterea etiam non attenta ſecunda diuiſione, adhuc conſtat de ipſius anteriori, & pacifica poſ-
10 ſeſſione, ad cuius limites datur manutentio; Quinimo ſtante diuiſione neceſſario facta per Iudicem ad inſtantiam Pompei, qui prætendebat ſe ex prima diuiſione læſum, excluditur omnis ſuſpicio fraudis,
11 & in dubio intrat præſumptio, diuiſionem fuiſſe factam potius ex cauſa neceſſaria ad quam compelli poterant, quam ex cauſa voluntaria, *Paul. de Caſtr. conſ.* 133. *num.* 3. *lib.* 2. *Corn. conſ.* 216. *n.* 7. *lib.* 1. *S. M. Greg. XV. dec.* 236. *n.* 3.

Non obſtat deniq; petita reintegratio per Iulium
12 * per quam cenſetur ipſum ſe habuiſſe pro ſpoliato, vt propterea ei non competat manutentio, quia eſt intelligenda de naturali poſſeſſione; non au-
13 tem de ciuili,* quæ animo retinetur, & colligitur facto ipſo; nam eadem die, qua procurator criminalis porrexit quærelam, procurator ciuilis inſtetit pro inſtrumento de manutenendo, & obtinuit decretum.

Vnde, cum † in iudicio manutentionis ſufficiat,
14 quod probetur poſſeſſio, & factum ex prædictis cenſuerunt Domini, ſufficienter probari poſſeſſionem Iulij ad effectum manutentionis.

Et ita vtraque &c.

CARD. VBALDO.

Romana Spolij.

Lunæ 13. Iulij 1633.

SVMMARIA.

1 *Spolio in iudiciali vt obtineatur, requiritur probatio clara, & euidens nullitatis, & iniuſtitia ſententia & num. 4.*
2 *Subhaſtatio ſpatio 30. annorum præſumitur facta ſeruatis ſeruandis.*

3 *Creditor probatur ex publico inſtrumento obligationis.*

5 *Venditionem approbare dicitur, qui ad retrouenditionem agit. & num.12.*

6 *Reintegratio non competit ei, qui poſſeſſionem amiſit facto proprio.*

7 *Copia etiam ſimplici fides datur, quando pars citata ad dicendum contra nihil oppoſuit. Ampl. vt n.8.*

8 *Probatio noua admittitur ad corroborationem probationis iam factæ.*

9 *Subhaſtatione approbata, non poſſunt illius nullitates allegari.*

10 *Poſſeſſio transfertur etiam ex actu nullo, actuali traditione ſequuta.*

11 *Subhaſtationis ignorantia allegari non poteſt ab eo, cum quo facta fuit*

13 *Res duobus communis ab eiſdem ſpecialiter, & in ſolidum obligata, ſi tota deinde alteri obuenta ſit in diuiſione, ab ea poteſt in totum per creditorem auocari.*

14 *Dotis promiſſio fratrum præſumitur in executionem muneris paterni dotandi filiam.*

15 *Solutio vera, & realis probatur ex verbis Notarij, Manualiter, & in contanti habuit, & recepit.*

16 *Stipulatio Notarij pro omnibus, quorum intereſt in obligatione camerali comprahenſa tertio etiam ſuffragatur.*

17 *Diuiſionis inſtrumentum factum inter fratres probat fauore dotis etiam ad fauorem ſororis.*

18 *Confines comprehendunt, quidquid eſt intra illos, dum nihil excipitur.*

19 *Locationis mentio facta in executione quando facta dicatur non ad executionem reſtringendam, ſed ad magis demonſtrandum rei identitatem.*

20 *Subhaſtari poteſt res hereditaria ab altero ex heredibus poſſeſſa, quamuis debitum ſit cum coharede commune, & eo magis ſi vnuſquiſque ſe obligauerit in ſolidum, & ſub num. 21.*

21 *Dotari filia debet à parte, & ex illius bonis,*

22 *Vicarius Vrbis eius Locum tenentis recuſationem cognoſcit.*

23 *Spolium iudiciale ceſſat in ſubhaſtatione facta pro vero, & reali credito, & vbi ex publicis inſtrumentis conſtat de non iure agentis.*

DECISIO CXLV.

CONſtantia del Duca egit contra Michaelem Angelum, & Ioannem Mariam fratres pro conſecutione dotis ſibi per eoſdem fratres promiſſæ, & obtinuit à D. Vicegerente Vicarij Vrbis mandatum, & illius vigore curauit ſubhaſtari, & deliberari domum hæreditariam patris in perſonam q. Vincentii Bragadini oblatoris, & cum pretio illius fuit Monacata.

Modo Iacobus iunior filius, & hæres ſupradicti Michaelis Angeli mouit iudicium ſpolij contra Io: Mariam Iordanum hæredem prædicti Vincentij, & d. domus modernum poſſeſſorem, qui fuit abſolutus à Locum tenente eiuſdem Vicarij per diffinitiuam ſententiam, quam hodie DD. dixerunt, eſſe confirmandam, & conſequenter denegandam reintegrationem prædicto Iacobo iuniori. Cum enim aga-
1 tur in ſpolio iudiciali * non poteſt in illo Iacobus obtinere, niſi clarè, & euidenter doceat de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ, late *Modern. Roman. diſcept for. cap. 974. numero 7. cum ſeq. lib. 5. Caualer. dec. 337. numero 1.* & fuit tentum in illa *Romana de Bombelis 31. Maij 1613. coram bo: me: Card. Sacrato, & in Romana Melioramentorum 5. Decembr. 1616. coram bo: me: D. meo Vbaldo, & in alijs.* In caſu autem noſtro circa iuſtitiam ſententiæ, DD. non
2 dubitarunt, cum * ſubhaſtatio, quæ exaduerſo prætenditur ſpoliatiua, ſpatio fere 30. annorum præinmatur facta ſeruatis ſeruandis, *Ancharan. conſ. 40. ſub numero. 2. Seraph. dec. 242. num. 4.* & domus fuerit ſubhaſtata, & deliberata pro dote promiſſa Conſtantiæ ab eius fratribus in compenſationem renunciationis ab ea reportatæ ſuper bonis paternis,
3 Vnde cum * conſtet de credito, & de obligatione fratrum per publicum Inſtrumentum, merito fuit
4 denegata reſtitutio, * quæ, vt ſupradixi, non datur ſine notoria iniuſtitia. Et quidem eo magis cum pater de Iacobi iunioris egerit pro retrouenditione d.
5 domus in vim ſpecialis promiſſionis, † quod arguit fuiſſe per ipſum approbatam ſupradictam venditionem, & ſic quod Bragadinus de illius conſenſu hanc domum haberet cum promiſſione de retrouendendo. Vnde non poteſt Iacobus, & filius, & hæres agere de ſpolio, & reintegrationem præ-
6 tendere, * quæ non competit ei, qui poſſeſſionem amiſit facto priprio. *Soccin. in l. rem quæ nobis, num. 7. ff. de acqu. poſſ. Bero. conſ. 6. num. 22. vol. 3. Surd. conſ. 114. num. 21. prope fin. vol. 1. S. M. Greg. dec. 11. num. 2. Rot. dec. 623. ſub num. 1. par. 1. in recent. & in Romana Officij Notariatus prima Decembr. 1628. coram me.*

Non obſtat, quod in iudicio ſubhaſtationis fuerit ſolum producta copia ſimplex inſtrumenti;
7 Quia * datur etiam fides copiæ, quando pars citata ad dicendum contra nihil oppoſuit, vt in caſu noſtro *Dec. in auth. ſi quis in aliquo, numero 27. C. de eden. Crauett. conſ. 150. num. 2. verſ. ſimile videmus, Affl. dec. 48. num. 2. Put. dec. 245. num. 2. & ſeq. lib. 3. in correct. Acchill. dec. 2. n. 6. verſ. nam prima, de offic. deleg. & dixit Rot. in Barbaſtren. Decimarum 10. Decembr. 1623. coram bo: me: D. meo Vbaldo,* Et ceſſat difficultas, quia fuit poſtea productum originale,
8 * quod fieri potuit, & admittitur ad confirmationem probationis iam factæ, *iux. doctr. Bald. in c. 1. in princ. de fid. inſtr. Felin. in c. licet cauſam, n. 8. verſ. limita quinto, de probat. Dec. in d. auth. ſi quis in aliquo. numero 1. & ſeq. Caſ. de Graſſ. dec. 20 num. 11. de prob. Put. d dec. 245 num. 4. lib. 3.* & tenuit Rot. in *Cæſar Auguſtana Portionis coram Iuſto, apud Marcheſ. de comniſſ. par. 1. fol. mihi 340. & coram D. meo Decano in eius impreſſis dec. 375 n. 4.*

9 Et † ſtante huiuſmodi conſenſu & approbatione fruſtra allegantur nullitates prædictæ venditionis, *l. ſi fundum per fideicommiſſum ff de leg. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. .. gl. 9. num. 137. Surd. deciſ. 264. num. 13. & 14. Modern. Roman. diſcept. for. cap. 704.*
10 *num. 48.* ea ſcilicet ratione, quia * etiam ex actu nullo transfertur poſſeſſio, ſequuta actuali traditione, vt in *dec. 612. num. 2. par. 1. diuerſ. & in recent.*
11 ...... propterea † nec poteſt allegari nullitatum ignorantia, cum iudicium ſubhaſtationis factum fuerit cum ipſis fratribus, qui retrouenditionem petierunt, & poſtea ſpolium iniuſtè intentarunt. Cum * iudi-
12 cium retrouenditionis ſupponat perneceſſe approbationem prioris venditionis.

Sed ceſſat difficultas, quia, licet plures opponantur nullitates; attamen re veraæ non ſubſiſtunt, & benè tolluntur per Informantes pro D. Iordano, qui ſingulis dant ſuas reſponſiones, quas Domini approbarunt. Nam prima, quod fuit deliberata domus obuenta Michaeli Angelo in diuiſione

pro

pro debito communi; tollitur ex obligatione facta
à ſupradictis fratribus in ſolidum, ſub ſpeciali hy-
13 potheca d. domus; Vnde * bene potuit ab vno illo-
rum peti ex regula *l. 3. §. ſi duo, ff. de duob. reis*, &
cum domus ſit hæreditaria communis patris, eo ma-
14 gis peti potuit, cum * prædicta promiſſio fratrum
proceſſiſſe dicatur in executionem muneris pater-
ni dotandi filiam, vt fuit tentum in *Romana Pe-
cuniaria 21. Iunij 1632. coram P.R. Dom. meo
Merlino.*

Altera nullitas deducta, quod non fuerit depoſita-
tum integrum pretium ſcutor. 85.. ſed tantum ſcu-
tor 833. tollitur ex inſtrumento deliberationis, quod
datur in Summ. *n. 9.* vbi expreſsè aſſeritur, quod ma-
nualiter, & in contanti venditor habuit, & recepit
15 ſcuta 850. * quæ verba important veram, & realem
ſolutionem, iuxta doctrinam *Bart. in l. ſingularia,
num. 23.* & ibi *Alex. & Dec. num. 33. Iaſ. num. 47.
ff. ſi cert. pet.* & pluries fuit tentum in Rota; vt in
*Bononien. Cenſus 10. Iunij 1611. coram bo. me. Card.
Lancellotto, & in Aſſiſien. Cenſus 29. Nouembris
1614. coram D. meo Coccino, & in Romana Nullita-
tis Obligationis 18. Maij 1618. coram bo. me. D. meo
Vbaldo*, & in alijs.

Nullitas vero deducta ex eo, quod non poterit
concedi mandatum executiuum, ceſſat ex Camerali
obligatione appoſita tam in primo Inſtrumento, in
quo fratres ſe obligant dotare ſorores, quam in ſe-
cundo in quo, dum ipſi fratres diuidunt bona pater-
na pro dote, declarant eſſe ſoluenda ſcuta 750. quæ
Ioannes Maria promittit ſoluere Michaeli Angelo
ad effectum, vt Michael Angelus ſoluat dotem, ſiue
eleemoſynam promiſſam Monaſterio pro Monacan-
da D. Coſtantia ſorore: Vnde licet iſtud ſecundum
inſtrumentum non ſit factum cum d. Conſtantia;
16 attamen * ſufficit ei ſtipulatio Notarij pro omnibus
quorum intereſt compræhenſa in obligatione Ca-
merali, *Rot. deciſio. 97. & 137 numer. 1. & deci-
ſi. 99. numer. 7. poſt tract. de oblig. camer.* Vltra
quod ad illius fauorem ſemper viget etiam obliga-
tio Cameralis prioris Inſtrumenti, deducendo po-
ſtea liquidationem quantitatis ex ſecundo Inſtrumen-
17 to diuiſionis inter fratres, * quod probat fauore do-
tis, *Iaſ in l. ex his verbis num. 2. verſ. ſecundo regula-
riter fallit, C. de teſtam milit. Alex. conſ. 99. ſub num. 2.
vol. 7. Ruin. conſ. 40. num. 5 & 6. vol. 4.*

Nec dicatur, quod fuerit deliberata integra do-
mus locata pluribus, & exequutio fuerit ſolum facta
ſuper illius parte locata Ciprio; Quoniam ex
lectura Inſtrumenti executionis, quod datur in
Summ. *num.* 7 conſtat, mandatum fuiſſe executum
ſuper integra domo cum deſignatione confinium,
18 * qui illam totam compræhendunt, nihil excipien-
do, *Dec. conſ. 500. in princ. Surd. conſ. 13. num. 9. & ſeqq.*
19 Vnde apparet, quod * mentio locationis factæ Ci-
prio fuit appoſita non ad reſtringendam executio-
nem in illa parte domus locatæ Ciprio, ſed ad ma-
gis demonſtrandum eiuſdem domus identitatem, vt
firmatum fuit in *Romana Nullitatis Subhaſtationis 27.
Iunij 1616. coram R.P.D. meo Pirouano, confirmata
in Romana Domus 9 Decembr. 1624. coram bo. mem.
Remboldo.*

20 Non obſtat, quod * fuerit ſubhaſtata domus ſo-
lius Michaelis Angeli pro debito, quod illi erat
commune cum Ioanne Maria fratre. Tum quia
domus erat hæreditaria Iacobi communis patris
21 pro dote filiæ obligata; cum * dotare ſit munus
paternum, & ex bonis paternis eſſet filia dotanda,
*l. qui liberos, ff de rit. nupt. l. fin. C. de dot. promiſſ. Rota
Maceraten. apud Gratian. dec. 19. num. 40. verſ. quia
reſpondetur*, & fuit dictum in *Bononien. Legati de
Mareſcottis 15. Ianuarij 1627. coram D. meo Merlino:*
Tum quia vterque frater in ſolidum d. dotem Con-
ſtantiæ ſorori promiſerat, vt ſupra dixi.

Nullitas deducta ex eo, quod Iudex tulit ſenten-
tiam non obſtante recuſatione, ceſſat ex reſcripto
per D. Cardinalem eidem Iudici facto, vt, non ob-
ſtante allegata ſuſpectione, procederet in cauſa;
quod quidem bene potuit per D. Cardinalem fieri,
22 * cum ad ipſum ſpectaret cognitio d. recuſatio-
nis per *tex. in c. ſi contra vnum, §. fin. iuncta gloſ. in
verb. idem, de offic. deleg. in 6.* & dantur etiam aliæ re-
ſponſiones per Informantes non ſolum huic nullita-
tem, ſed etiam quibuſdam alijs ſubtiliter excitatis
cum quibus DD. tranſierunt; Conſiderando præſer-
tim, quod pro vero, & reali credito fuit facta ſub-
haſtatio, & quod ex publicis inſtrumentis conſtat
23 de non iure agentis, * quo caſu ceſſat ſpolium, *Cra-
nett. conſil. 102. num 6. Hond. conſ. 21. numer 37. & ſeq.
libr. 2. Modern. Roman. diſcept. forenſ. 324. nu-
mer. 56.*

Et ita, &c.

COCCINO.

Romana Executionis.

Lunæ 28. Nouembris 1633.

SVMMARIA.

1 *Bonorum occupatio lite pendente præſumitur colluſiuè
& fraudolenter attentata inter patrem, & filium, &
quare, & n. 3. in fin. & ſeqq.*
2 *Mandatum in actione etiam perſonali exequi poteſt
contra tertium, in quem fraudolenter facta eſt alie-
natio, lite pendente, & numer. 3. in fin. Ampl. vt nu-
3 mero 9.*
*Lim. ſecus ceſſante fraude, & quando actione perſonali
non ad rem certam, ſed ad quantitatem actum
fuit.*
5 *Scientia litis patris in filio præſumitur ex ſimultanea
habitatione, & quia occupauerit omnia bona.*
6 *Executio fieri poteſt contra tertium, qui bona debitoris
nulliter auctoritate propria occupauit lite pendente,
Ampl. vt num. 9.*
7 *Deuolutionem prætendens ad ſui fauorem ob contra-
uentionem non poteſt bona occupare propria aucto-
ritate ex facultate ſibi data, ſed præcedere debet de-
claratoria Iudicis ſuper facto, & videri de identi-
tate bonorum & detractionibus, & ſub n 8.*
8 *Deuolutionis declaratoria ob contrauentiones quando
non requiratur.*

DECISIO CXLVI.

CVm Beneficiati S. Mariæ Maioris obtinuiſſent
relaxari mandatum contra Gabrielem Cremo-
nam pro ſcutis 400. debitis occaſione affictuum, &
ipſe ſuſcepiſſet terminum ad ſoluendum, interiora
Claudius ipſius filius ſub prætextu, quod pater
contrauenerit diſpoſitioni paternæ tamquam vo-
catus in caſu præfatæ contrauentionis occupauit
omnia bona poſſeſſa per Gabrielem patrem, &
propterea die 6 Iunij præteriti dubitaui, An d. man-
datum poſſet exequi contra bona occupata, & af-
firmatiuè fuit reſolutum, quæ ſententia etiam ho-
die Dominis placuit ea ratione, quia, * cum occu-

patio bonorum fuerit facta lite pendente, præſumitur colluſiue attentata inter patrem, & filium, ideoque cenſetur fraudolenter occupatio, quæ,
2 * etiam quod agatur actione perſonali, operatur, vt d. mandatum poſſit exequi contra tertium, quia fraudolenter occupauit, ſicut etiam poteſt fieri contra tertium, in quem fraudolenter fuit facta alienatio lite pendente, *Cyn. in l. 1. C. de alien. iud. mut. cauſ. fact. Bald. in l. ob maritorum, num 8. verſ. breuiter. dic, C. ne vxor pro marit. & in l. pen. num.*27.*C. de exequut. rei iudic.* cum alijs pluribus, congeſtis per *Surd. in conſ.* 405. *numer.* 10. prout etiam plures alij *D D. & deciſiones Rotales allegantur in cauſa Veneta Donationis* 15. *Aprilis* 1616. *coram bo. me. Buratto,* nec contrarium dicit alia *deciſio in eadem cauſa* 6.
3 *Martij* 1617. quia * loquitur in caſu, quo ceſſet fraus, tunc enim ſententia lata contra debitorem non poteſt exequi directè contra tertium poſſeſſorem, in quem facta fuit alienatio lite pendente, vel alias quandocunque ante exequutionem, quando actione perſonali, non ad rem certam fuit actum, ſed quantitatem. *Bart. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num.* 7. *ff. de re iudic. Aymon.* qui de communi in *conſ.* 7. *num.* 5 *vol.* 4. *Oſaſc. deciſ.* 65. *nume.* 4. *circa fin. verſ. & opinio Bart.* In iſto autem caſu non verſamur in terminis, in quibus ceſſat fraus, immo concurrit vehemens illius præſumptio; ita vt iure merito intret concluſio primo loco firmata, quod ſcilicet exequutio poteſt fieri contra eum, qui lite pendente bona occupauit.

Quod autem fraudis præſumptio ſit vehemens ſatis patet ex eo, quod, licet prætendatur deuolutio ob plures contrauentiones factas longe ante relaxationem d. mandati, bona tamen non fuerunt prius occupata, quam mandatum fuerit relaxatum ad fauorem Beneficiatorum quæ præſumptio eo magis augetur, cum agatur inter patrem, & filium,
4 * quorum attenta ſanguinis coniunctione, adiuncta ſerie facti ſuperius narrata, de facili inducit fraudis præſumptionem ad ſupplantandos Beneficiatos creditores, *Bald. conſ.* 70. *num.* 1. *volu.* 1. *Cuman. conſ.* 155. *num.* 4. prout inter patrem, & filium loquitur *Decius in conſ.* 659. *num.* 2. & late *Surd. d. conſ.* 405. *num.* 14. & validiſſima coniectura fraudis
5 deducitur ex eo, * quod filius ſciret litem motam, quod inficiari non poteſt, cum habitaret in eadem domo ſimul cum patre, & occupauit omnia bona *Caſtr. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num.* 7. *verſ. debet autem auctor, ff. de re iudic.*

Eadem quoque fraudis præſumptio coadiuuatur ex
6 nullitate occupationis, * quæ ſola ſufficeret, vt exequutio poſſet fieri contra nulliter occupantem; vt
7 enim fuit conſideratum in alia deciſione, * non potuit filius propria auctoritate occupare bona, etiam quod ipſi eſſet data facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, quia nihilominus requirebatur declaratoria Iudicis ſuper facto, & viden. erat, quæ bona poſſint occupari, & tamen fuerunt omnia bona occupata, & non liquet, an iſta ſint de ſubiectis fideicommiſſo.

Non obſtat, quod alienationes eſſent euidentiſſi-
8 mæ, * ideo non requirebatur alia declaratoria, quia hoc poſſet procedere, ſi Iudex conceſſiſſet immiſſionem abſque alia declaratoria ex eo, quod contrauentiones eſſent clariſſimæ, ſed ceſſat difficultas, quia, ſuppoſitis etiam contrauentionibus præfatis, adhuc competebant detractiones, & videndum erat an omnia bona eſſent ſubiecta fideicommiſſo quæ omnia, vt clarè patet, requirebant diſcuſſionem.
9 Neque obſtat, quod filius * debet ſummaria audiri ſuper ſuis prætenſionibus, vt per *Angel. in d. l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, num.* 1. *ff. de re iudic.* quia vtique ex deciſionibus, in cauſa factis auditus fuit etiam plene, & cum conſtet, occupationem fuiſſe fraudolentem, vtique proteſtatio non poteſt illi opitulari, quominus contra ipſum fiat exequutio, vt patet ex ſupra deductis.

Ex quibus, & ex alijs fundamentis, de quibus in alia deciſione, quæ placuit Dominis, fuit vtraque parte audita reſolutum, exequutionem eſſe faciendam contra bona occupata per filium, & eſſe ſtandum in deciſis, &c.

Reuerendiſſimo P. D.

DVNOZET IVNIORE.

Beneuentana Salium.

Veneris 17. Februarij 1634.

SVMMARIA.

1 *Bona in exequutionem capta præſumuntur eſſe debitoris, Decl. vt nu.* 2. *& ſeqq.*
3 *Bona præſumuntur illius, penes quem reperiuntur, vel à quo poſſidentur.*
5 *Executori referenti penes quem bona repererit, creditum.*
6 *Poſſeſſio præbet efficaciſſimam coniecturam, quod res ſpectet ad poſſidentem.*
7 *Miniſter, & Inſtitor an præſumatur poſſidere vti talis vel vti Dominus.*
8 *Teſtium depoſitiones in reuelationibus in vim monitorij vti extraiudiciales non probant.*
9 *Teſtium depoſitiones dubia interpretari debent, vt excludatur fraus.*
10 *Diuerſitas in dubio, identitas præſumitur. Ampl. vt num.* 11.
12 *Emptio probatur ex apocis priuatis à teſtibus ſubſcriptis.*
13 *Emptio iuſtificat poſſeſſionis titulum.*
14 *Antidata ſuſpicio quando ceſſet in apoca.*
15 *Simulatio non datur ſine cauſa.*
16 *Simulationis ad effectum coniectura debent eſſe vrgentes, & efficaces.*
17 *Præſumptio vna tollit aliam.*
18 *Simulationis ſuſpicionem ad excludendam admittitur coniectura deſumpta ex qualitate perſonæ, vbi de aliquibus qualitatibus.*

DECISIO CXLVII.

VIſus Antonius Dauid obtinuit ad ſui fauorem mandatum Rotale pro ducatis 3468. contra Franciſcum de Angelis, ac Bartholomeum Balſamum arrendatores Salium Ciuitatis Neapolis, illudque exequi curauit ſuper quibuſdam ſalibus exiſtentibus in Ciuitate Beneuentana tamquam ad ipſos ſpectantibus: Huic executioni ſe oppoſuit Ioannes Pennella, vti dd. ſalium Dominus. Quapropter deuoluta cauſa per viam appellationis ad Rotam, mihique commiſſa, dedi dubium, An conſtaret de aliquo iure d. Pennellæ ſuper dd. ſalibus, quod d. executionem impedire valeret, eoque hodie propoſito, DD. affirmatiuè reſponderunt, ea moti ratione.

Quia

1 Quia licet regulariter † bona in executionem ca-
pta præſumantur eſſe debitoris, taliter quod alle-
ganti contrarium incumbit onus probandi iuxta de-
ciſionem *S.M.Greg.XV.* 401. *num.2. gl.in l.1. C.de*
priuileg.fiſc. cum alijs cumulatis in *Lucana, ſeu Feſu-*
2 *lana Abbatia 27. Iunij 1626. coram Buratto*, † hoc
tamen procedit, quando bona de tempore execu-
tionis reperiuntur, vel poſſidentur ab ipſomet de-
bitore, quo caſu tertius veniens ad impugnandam
executionem ſub prætextu, quod bona in executio-
nem capta ſint ſua propria, id concludenter proba-
re tenetur, ſecus vero quando bona poſſidentur à
tertio, tunc enim cum ipſe tertius habeat præſum-
3 ptionem iuris pro ſe, ex quo † bona præſumuntur
illius, penes quem reperiuntur, vel à quo poſſiden-
tur, ad *tex. in l. ob maritorum*, & ibi *Salic. numer.*
4. *C. ne vxor. pro marit. Bald. in l. 1. numer. 1. & 2.*
C. de priuil. dot. Soccin. conſil. 128. *ſub numer.* 1.
verſicul. tertia concluſio, & verſicul. quam conclu-
ſionem, & conſil. 131. *numer. 6. lib. 1. Alex. conſil.*
4 112. *num. 2. & ſeqq. lib. 6.* * onus probandi, bona
in executionem capta eſſe debitoris, incumbit cre-
ditori, non autem tertio poſſeſſori *iux. gl. l. 1. in*
verb. reſtituantur, in fin. & ibi Add. quam perpetuo
eſſe menti tenendam tradit *Bart. ibid. num. 2. B de*
priuil. fiſc. & in l. à D'uo Pio, §. ſi ſuper rebus, num.
4. verſ. aut iſtam rem, ff. de re iudic. Alex. ibidem nu-
mer. 9. Iaſ. eod. numer. 9. Caſtr. numer. 8. & melius
in conſ.143. num 3. verſ. & ſi quæritur, lib. 1. Rot. coram
Greg. XV. dec. 22. num. 3.

Ex quibus bene ſequitur, quod, cum Salia, de qui-
bus agitur, non fuerint reperta penes Angelum,
& Balſamum debitores, ſed penes tertium, nempe
5 Pennellam, vt patet * ex relatione Executoris, onus
probandi, illud ſpectare ad dd. debitores, incum-
bat Dauid creditori, non autem Penellæ tertio poſ-
ſeſſori, qui (vt ſupra dictum eſt) habet intentionem
6 fundatam in ſua poſſeſſione, * quæ efficaciſſimam
præbet coniecturam, quod ſal ad ipſum ſpectet, non
autem ad creditorem *iux. tex. in d. l. ob maritorum*,
cum alijs ſupra relatis.

Nec viſum fuit releuare, quod Pennella fuerit
Miniſter, & Inſtitor eorumdem Angeli Balſami de-
bitorum, vt videntur deponere teſtes vigore moni-
tarialium examinati. * & propterea præſumatur ha-
7 buiſſe, & adminiſtraſſe ſalia ante dicta tamquam
Miniſter prædictorum debitorum, non autem vti
Dominus; Quia, vltra quod prædicti teſtes non
8 fuerunt formiter examinati, * & ſic eorum reuela-
tiones tamquam extraiudiciales non probant, *Caſ. de*
Graſſ. deciſ. 2. num. 13. de ſponſal. Seraph. deciſ. 106. num.
3. non percutiunt tempus executionis, ſed longe an-
te, & ſic poſſunt intelligi antequam Penella emerit
9 ſalia, * prout interpretari debent ad excludendam
fraudem. *Decian. conſil. 2. num. 66. & ſeqq. lib. 1. Ce-*
phal. conſ. 75. num. 8. Rolan. à Vall. conſ. 40. num. 2. & 3.
lib. 1.

Vltra quod Dauid non probat, ſal in executionem
captum eſſe illud idem, quod prætendit habuiſſe
Pennellam ab Angelo, & Balſamo tamquam eorum
Adminiſtratorem, prout probare deberet, quia
10 * in dubio diuerſitas, non autem identitas rerum
præſumitur, *Rot. deciſ. 7. num. 1. par. 4. recent. ſiue*
11 *2. in recentiſſ.* * Quæ præſumptio eo magis in præ-
ſenti caſu venit admittenda, ex quo Penella docet
per apocas emptionum ſubſcriptione teſtium muni-
12 tas, * quæ bene probant emptionem Salium ad *tex.*
in §. 1. Inſtit. de empt. & vendit. Gabr. de præſumpt. concl.
3. num. 1. lib. 1. Rot. coram S. M. Greg. XV. dec. 328. num.
1. ſe pluries emiſſe ſalia à diuerſis Mercatoribus,
13 * ex qua emptione remanet etiam iuſtificatus titulus
poſſeſſionis ipſius.

14 Nec in propoſito aduerſus dd. apocas * videtur
vrgere *tex. in l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab.* Quia
cum dd. apocæ non ſolum ſint trino teſte munitæ
ſed etiam roboratæ atteſtatione Notarij, ac admi-
niculatæ ex quietantia ſolutionis facta cum inter-
uentu aliorum trium teſtium, non poteſt in eas ca-
dere ſuſpicio antidatæ, quæ ſemper ceſſat, dum in
contrarium concurrunt tot & tàm vrgentes coniec-
turæ, & adminicula, *Seraph. dec. 879. num. 1.*

Minus ſubſiſtit, quod dd. apocæ emptionum præ-
15 ſumantur ſimulatæ. Quia * non datur ſimulatio ſine
cauſa, *Paul. Caſtr. in l. iuriſgentium, §. dolo malo. ff.*
de pact. Alex. conſ. 111. num. 1. vol. 3. Dec. conſ. 463. nu.
8. Maſcard. de probat. concl 448. num 1. Rot. dec. 7. de
donat. in nou. & dec. 5. num. 4. p. 2. rec. Quæ quidem
cauſa in præſenti caſu non adeſt, nec aliqua releuet
allegari poteſt.

Reſpectu enim Caciottoli nulla poteſt allegari
cauſa, quia nihil habebat agere cum Dauide credi-
tore nec cum Angelo, & Balſamo debitoribus; re-
ſpectu vero Angeli, & Balſami idem dicendum;
Quia de tempore, quo ipſi vendiderunt Salia Pen-
nellæ, adhuc non erant declarati debitores Dauidis,
& propterea non poteſt dici, quod voluerint vende-
re Salia in præiudicium illius.

Nec releuant coniecturæ pro parte Dauidis alle-
gatæ ad probandam ſimulationem, Quia viſæ fuerunt
16 leuiſſimæ, & parui momenti, cum tamen * ad hunc
effectum requirantur vrgentes, & efficaces, *Rot. de-*
ciſ. 207. num. 1. poſt 2. volum. conſ. Farinac. Vltra quod
etiam ſi ex eis poſſet oriri aliqua ſuſpicio ſimulatio-
17 nis, * ea tamen elideretur ex contraria præſum-
ptione deſumpta ex qualitate perſonæ Pennellæ,
18 * qui cum ſit Mercator, diuis, bonæ conditionis,
& famę non eſt præſumendum, quod voluerit per
huiuſmodi actum propriam animam illaqueare,
quam coniecturam deſumptam ex qualitate perſo-
ſonę admitti ad excludendam ſuſpicionem ſimula-
tionis, & fraudis, tenent *Menoch. de præſumpt. lib.*
5. præſumpt. 20. num. 5 Capoll. conſ. 21. in criminal. Fa-
rinac. conſ. 152. num. 7.

Et ita vtraque &c.

Reuerendiſſimo D.

DVNOZET IVNIORE.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 4. Decembris 1634.

SVMMARIA.

1 *Iudex nulliter, & iniuſte procedens non poteſt poſſeſſio-*
ne priuare, & num. 9.
2 *Manutentio in gradu etiam appellationis datur eiecto*
à Iudice nulliter, & iniuſte.
3 *Iuriſdictionem deficere dicitur in Iudice, qui ſe gesſerit*
vti deputatus ab A. C. de deputatione non conſtito.
4 *Iuriſdictio Iudicis delegati nec de partium conſenſu*
prorogari poteſt, ſecus in ordinario.
5 *Oblatione facta poſt omnes dilationes, eſt pro delibe-*
ratione facienda noua citatio cum nouo decreto.
6 *Intimatio non ſupplet citationis defectum, nullo præce-*
dente decreto.
7 *Nec ſuffragatur reproducta poſt factam deliberatio-*

nem, & adiudicationem, & quare.
8 *Subhaſtatio ſecunda, ſeu alterius rei quando fieri non poſſit.*

DECISIO CXLVIII.

IOannes Rotulus pro conſequutione ſui crediti, quod habebat cum Horatio Sabello occaſione fructuum cuiuſdam cenſus obtinuit ad R.P.D. Torniello Iudice ab A. C. deputato mandatum, quod exequi curauit ſuper quibuſdam domibus, ſeu fænilibus poſſeſſis à dicto Horatio vti hærede fiduciario Lucretiæ eius ſororis, quæ bona fuerunt ſucceſſiuè ſubhaſtata, & deliberata Octauio Lupo ementi pro perſona nominanda pro ſcutis 800. Verum quia d. Horatius prætendebat ex præfatis actibus vti nulliter, & iniuſtè geſtis non potuiſſe priuari ſua poſſeſſione, ideo appellauit; & cauſam appellationis mihi committi obtinuit; quapropter propoſito à me dubio, cui ſit dandum mandatum de manutenendo DD. dixerunt, illud eſſe concedendo Horatio.

1 Nam, * cum Iudex nulliter, & iniuſtè proceſſerit,
non potuit d. Horatium ſua poſſeſſione priuare iuxta diſpoſitionem *tex. in c. conquerente, vbi Abb. num.* 8. *de reſtit. ſpol. Rot. deciſ.* 515. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* & fuit firmatum in *Regien. beneficij* 15. *Nouemb.* 1613. *coram bon. mem. D. meo Archiepiſcopo Seleucien.* ac proinde
2 * datur eiecto in gradu etiam appellationis manutentio, *Canal. dec.* 315. *num.* 1. *fuit & dictum in Spoletana bonorum* 22. *Aprilis* 1616. *coram bo. me. Buratto.* Quod autem Iudex non ritè proceſſerit deſumitur ex pluribus nullitatibus, & præcipuè ex duabus, quæ viſæ fuerunt Dominis releuantes.

Prima nullitas deducitur ex defectu iuriſdictionis R.P.D. Tornielli, ex quo non conſtat de aliqua diſ-
3 putatione facta ab A. C. * prout requiritur ad *tex. in c. cum in iure, de offic. deleg. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. num.* 28. & 29. *Rot. deciſ.* 9. *num.* 4. *p.* 2. *rec.* & fuit firmatum in *Rom. pecuniaria, ſeu Furti* 6. *Nouembris* 1596. *coram Litta,* & quamuis partes coram ipſo Iudice comparuerint agendo, & excipiendo, ac co-
4 rum iura deducendo, tamen * de illorum etiam conſenſu Iuriſdictio Iudicis delegati, quicquid ſit de Iudice ordinario; non poteſt prorogari, *l. priuatorum conſenſu,* & ibi *DD. de iuriſd. omn. iudic. Butr. in c. cum olim. il primo nu.* 9. *de offic. deleg. Rot. dec.* 451. *nu.* 13. *p.* 2. *rec. & fuit dictum in Romana pecuniaria* 10. *Maij confirmata ſub die* 3. *Iulij præteriti coram me.*

Secunda nullitas deducebatur, ex quo vltima o-
5 blatio fuit facta 19 Nouembris de quo tempore lapſæ erant omnes dilationes, * vnde, nè deliberatio remaneret ſine decreto, erat facienda noua citatio cum nouo decreto, *Rota dec.* 476. *n.* 4 *p.* 2. *recent.*

Non obſtat prætenſa intimatio, quia, vltra quod
6 * illa non ſupplet defectum citationis, ex quo nullum præceſſit decretum, ad *tex. in l. de vnoquoque ff. de re iudic. & l. creditor. la* 2. *C. de diſtract. pign. Affl. dec.* 358. *num.* 3. & in his terminis firmauit *Rota in Romana Subhaſtationis* 10. *Maij* 1625. *coram bo. me. Buratto,* illa fuit reproducta poſt factam deliberatio-
7 nem, & adiudicationem dd. bonorum, * vnde non ſuffragatur, cum Iudex non eſſet certus de ea, vt in his terminis firmauit *Rota deciſ.* 725. *num.* 8. *par.* 2. *recent.*

Iuſtitia etiam dicti mandati Dominis viſa fuit turbida ex eo, quod prima ſubhaſtatione ſequuta, & nulla præcedente liquidatione, fuit deuentum ad aliam ſubhaſtationem bonorum de quibus agitur,
8 * quod non poterat fieri propter receptionem ſummæ bonorum prius ſubhaſta poſitorum, ad tradita per *Bald. in l.* 2. *nu* 7. & 8. *C. de exequ. rei iudic. Surd. conſ.* 168. *num.* 21. & *conſ.* 248. *num.* 11. *Seraph. deciſ.* 1168. *num.* 5. & fuit dictum in *Tullen. ſeu Meten. prætenſi Inueſtimenti* 30. *Octobris* 1619. *coram bo. me. Bu-*
9 *ratto:* Vnde, * dum nulliter, & iniuſtè, credito non liquidato, fuit actum contra Horatium, Iudex non poteſt priuare illum ſua poſſeſſione naturali, & ciuili ad *tex. in l. improba. C. de acquir. poſſeſſ. Rot. dec.* 690. *num.* 2. *p.* 2. *recent.*, & ſic eſt in ſua poſſeſſione manutenendus ex iuribus ſupra allegatis.

Et ita vtraque, &c.

PIROVANO.

Romana Vinea.

Lunæ 4. Iunij 1635.

SVMMARIA.

1 *Subhaſtationis iudicio intentato, conuolari adhuc poteſt ad aliam actionem.*
2 *Variatio licita eſt in executiuis de re ad rem, de actione ad actionem, de perſona ad perſonam, etiam lite pendente, & vno modo facta executione.*
3 *Dominij reſeruatio, quid operatur, & n.* 4. & 5.
6 *Venditor cum reſeruatione dominij poteſt executiue agere per viam aſſociationis, & contra emptorem, & contra tertios habentes ab eo cauſam, dummodo in relaxatione mandati citentur.*

DECISIO CXLIX.

RElaxato mandato contra bona hæreditaria Hilarij Mauri emptoris pro reſiduo pretij Vineæ, de qua agitur, & executo contra quandam domum debitoris, ſed propter concurſum creditorum, quia fuit impedita ſubhaſtatio, conuolarunt Moſcati creditores ad eamdem Vineam venditam propter reſeruationem dominij, cæterum quia hac Vinea ex diuerſis contractibus peruenit ad tertios, & ab eis poſſidetur, fuit dubitatum, An ſit relaxandum mandatum de aſſociando contra eoſdem, & affirmatiuè fuit reſolutum.

1 Non enim dubitarunt Domini quod, * intentato vno iudicio ſuper ſubhaſtatione domus, non poſſit, aut non liceat conuolari ad aliam actionem per *l. in delictis, § ſi diſtracta ff. de noxal. action. auth. qui ſemel, C. quomod. & quand. Iud. Gabr. concl.* 2. *nu.* 1.
2 & 10. quia verſamur in executiuis, * in quibus licita eſt variatio de re ad rem, de actione, ad aliam actionem, de perſona, ad perſonam, etiam lite pendente, & quod ſit vno facta executio, *Bart. in l. conſentaneum, num.* 17. *Cod. quomod. & quand. Iud. Caſtr. in l.* 4. *§. ait Prætor, verſ. quid ergo ſi elegit vnam viam, ff. de re iudic. Neguſan. de pignor.* 3. *membr.* 8. *p. numer.* 27. & *articulo diſcuſſo id firmauit Rot. in cauſa Romana Dotis* 10. *Decembris* 1634. *coram me:* ſed pro fundamento reſolutionis ponderarunt pactum in ipſo inſtrumento emptionis Vineæ inſertum, quod ſemper, & quandocumque non facta ſolutione pretij venditores poſſent, & valerent ſuper dicta Vinea vti & experiri iu-
3 ribus ſuis tamquam veri domini, * ex quibus verbis virtualiter deſumitur facultas ingredien-
4 di Vineam propria auctoritate, ex quo * poſſeſſio, & dominium, tanquam conditionaliter tranſlata, donec pretium fuerit ſolutum, *Magon. deciſ.*

Digitized by Google

5 *dec.13. Surd.dec.156. num. 5.* † ſemper remanet poſſeſſio penes venditorem, ad quam poteſt aſſociari, & in ea inſiſtere, licet naturaliter per alium occupetur *l. clam. poßidere, §. qui ad nundinas, ff. de acqu. poſſ. Bart.in l.1.§. interdictum ff. vti poſſid.& in l.1.C. vnd. vi.Surd.poſt alios conſ. 221.nu.vol.1.*

Non obſtat, quod agatur contra tertios poſſeſſo-
6 res, quia † ſicuti contra emptores poterat executiue procedi per viam aſſociationis, ita & contra tertios habentes cauſam ab eiſdem emptoribus, dummodo in relaxatione mandati fuerint citati, *Bart.in l. à Diuo Pio, § in venditione num.2.& 3.ff.de re iudic. Phanut.de inuent.in 5 par.nu.119.& coram me in Sancti Seuerini Dotis 5.Maij 1631.*

Et ita, &c.

EODEM.

Eadem.

Mercurij 4. Iulij 1635.

SVMMARIA.

1 *Variatio licita eſt in executiuis de re ad rem.*

2 *Executiuè agi non poteſt contra tertium non citatum in primo iudicio contra principalem debitorem.*

3 *Lim. Niſi ſit tertius, qui cauſam habeat à debitore, & in executione citetur.*

4 *Creditorum concurſus, & prælatio non ſuffragatur contra habentem reſeruationem dominij.*

5 *Hypotheca, & dominij acquiſitiò non datur contra abſentem, & ignorantem.*

DECISIO CL.

IN cauſa iterum propoſita cum eſſet capta reſolutio Moſcatis tantummodo informantibus, magis placuit Dominis, vt omiſſa via aſſociationis procederetur ad executionem per viam immiſſionis.

Quoniam, etſi Moſcati primo proceſſerint contra bona hæreditaria debitoris pretij Vineę inſtando
1 pro ſubhaſtatione domus eiuſdem debitoris, † licuit tamen, & licet variare de re ad rem, cum verſemur in executiuis per doctr. *Bart.in l. conſentaneum, num. 1.C. quomod. & quand. Iud.* quam Domini ſequuti ſunt, articulo diſcuſſo, in Romana Dotis 10. Decembris 1632. & hac die confirmata coram me.

2 Neque obſtant, quæ hodie replicantur, † non poſſe agi executiue contra Scalias tertios poſſeſſores, quoniam illi non fuerunt citati in primo iudicio moto contra principalem debitorem. *Rota decis.43.impreſſa poſt Zacch. de oblig. camer.* cum allegatis.

3 Quia † hoc poſſet admitti, quando tertius ille non haberet cauſam à communi debitore, prout habent Scaliæ executiue per viam immiſſionis, ita etiam contra tertium agi poterat, & poteſt, eo tantummodo citato, vt in *Sancti Seuerini Dotis allegata coram me in prima deciſione ſub die 5. Maij 1631.* & tunc erit agendum ſolum de prælatione creditorum,
4 † quæ ſuffragari non poteſt contra habentes reſeruationem dominij Vineæ, *Gratian, diſcept.135. num. 12.& 1000. num. 15.per l. licet, vbi Bart. C. qui potior. in pign. habean.*

5 Quoniam † non datur acquiſitio dominij, ac hypothecæ contra abſentem, & ignorantem, *Franc. dec. 506.num. 6.Gaill. obſeru.12.num.15. lib. 2.*

Et ita, &c.

MERLINO.

Anconitana. Cenſuum.

Lunæ 26. Nouembris 1635.

SVMMARIA.

1 *Pretium iuſtum præſumitur, quod, pluribus licitantibus, & ſubhaſtatione retractum fuit, niſi contrarium probetur, & num. 3.*

2 *Æſtimationis rei æquior ratio haberi non poteſt, quam per ſubhaſtationem.*

4 *Pretij iuſtitia regulari ſolet ex fructibus.*

5 *Æſtimatio minor inter plures eligi debet ad conſtituendum valorem rei.*

6 *Melioramentorum in valore, & quantitate admittitur probatio ex ſolito, & communi conſuetudine in illis impendendi, vt in fructibus. Ampl. vt ibidem.*

7 *Ampl. vt admittantur etiam coniecturæ, & præſumptiones.*

8 *Ampl. vt ſi probationes non ſint omnino concludentes, poßit Iudex etiam ex officio valorem ſtatuere.*

9 *Melioramenta non ſunt reficienda illi, qui non probat ea feciſſe.*

10 *Impenſæ factæ in ædificijs ruſticis an, & quando ſint reficiendæ.*

11 *Valor melioramentorum liquidari non poteſt, nec in quo res effecta ſit maioris pretij, niſi probetur ſtatus anterior. Lim. vt ibid. & num. 12.*

13 *Actio ſubſidiaria quando intret, & ceſſet, & numer. 14.& 18.*

15 *Creditum non liquidum non ſuffragatur pro retentione.*

16 *Solui aliud pro alio non debet inuito creditore.*

17 *Compenſatio de ſpecie ad quantitatem non admittitur, Lim. vt num. 19.*

18 *Actionis ſubſidiariæ natura quæ ſit.*

DECISIO CLI.

PEtrus Leonius de anno 1585. vendidit S. Domui Lauretanę pretio ſcutorum 9574. Prędium Lumbriani, quod in communi poſſidebat, & pro medietate ſpectabat ad Hieronymum Archiepiſcopum Theatinum eius fratrem, & ſucceſſiue ad Rubertum & alios de Leonis per Archiepiſcopum in teſtamento hæredes ſcriptos, & dimidiam partem pretij, nempe ſcuta 4751. erogauit in emptionem duorum cenſuum per Antonium Triumphum ſuper eius bonis impoſitorum, qui cenſus deinde viuente Petro, pro rata ſcutorum 400. fuit extinctus. Obijt Petrus de anno 1591. & Rubertus, atque alij fratres de Leonijs vigore teſtamenti Archiepiſcopi Theatini egerunt pro conſequutione cenſuum vti ad hæreditatem Archiepiſcopi ſpectantium, & poſt multas diſputationes ſub die 13. Iunij 1625. coram bo. mem. Buratto reſolutum fuit, cenſus poſſe vendicari per Leonios actione ſubſidiaria, & illos effectos fuiſſe hæreditarios Archiepiſcopi in ſubſidium, quatenus nulla alia bona Petri extarent. Pro elidenda iſta actione illorum de Leonijs D. Guidobaldus Triumphus propoſuit multas exceptiones, litteriſque remiſſionalibus obtentis probare conatus eſt, in hęreditate Petri extitiſſe alia bona, quibus poſitis, vel tollebatur, vel minuebatur pro rata bonorum extantium actio ſubſidiaria. Et poſt plures factas probationes, & emanatas reſolutiones deprehenſum fuit, conſtare ſolum de exiſten-

tia quatuor ſalmarum emphyteuſis hæreditariæ, &
melioramentorum in vna ſalma cum dimidia Vineæ,
ſuper quibus cum primo coram Reuerendiſſimo Vr-
gellen. & deinde coram me dubitatum fuerit, Ad
quam ſummam aſcendat illorum valor, & cui, & in
quam cauſam ſit d. valor imputandus, poſt quatuor
ſalmarum aſcendere ad ſummam ſcutorum 352. Me-
lioramentorum autem valorem aſcendere ad ſcuta
75 & hunc eſſe imputandum Leonijs in extinctio-
nem ſortis principalis Cenſuum, & ad ſubſidiarium
eorum creditum extenuandum. A quo tempore au-
tem ſit facienda imputatio, reiectum fuit ad aliam
inſpectionem.

Fundamentum primæ partis reſolutionis quoad
valorem quatuor ſalmarum terræ fuit, quia apparet
dd. quatuor ſalmas ad inſtantiam Miniſtrorum Cap-
pellæ Burgheſiæ ſolemniter, & publicè Iudicis au-
ctoritate pluribus inter ſe certantibus licitatoribus
1 ſubhaſtatas fuiſſe pro pretio ſcut. 352. * Vnde hic iu-
ſtus cenſetur, & æqua æſtimatio præſumitur, adeo
vt contrarium aſſerenti incumbat onus id probandi
*Bald. in l. 2. num. 63. C. de reſcind. vend. Alciat. conſ.
12. num. 1 & 5. ac. 9. lib. 8. Cardin. Mantic. de tacit. lib.
4. tit. 20. n. 8 Burſat. conſ. 9 nu. 39. Coler. de proceſſ. exe-*
2 *cut. parit. 3. cap. 9. num. 111. & 115.* vbi ait, * non poſ-
ſe haberi æquiorem rationem æſtimationis, quam
per ſubhaſtationem, *Gratian. diſcept. for. cap. 545.
num. 29.* & dixit *Rot decis. 648. num. 1. par. 1. recent.* &
in *Reatina Iuris redimendi 4 Iulij 1631. coram R. P. D.
meo Veroſpio*; quæ probatio eo magis recipienda vi-
3 debatur in caſu præſenti; Tum quia * D. Guidobal-
dus Medio plurium teſtium examine alium valorem
probare non potuit, Tum etiam quia congruit hic
4 valor modicæ fructuum perceptioni, * ſecundum
quos ſolet etiam regulari iuſtitia pretij, *iux. l. ſi fun-
dum*, vbi *Iaſ. num. 2. ff. de leg. 1.* nam quarta pars dum-
taxat ex fructibus dd. ſalmarum terræ ſpectat ad Do-
minum, vna enim quarta pars ſoluitur Eccleſiæ, &
aliæ duç remanent penes Colonum, vt fuit etiam
ponderatum in deciſione in hac cauſa emanata ſub
die 22. Iunij 1619. coram Reuerendiſſim. Vrgel-
len.

Quo vero ad melioramenta facta in vna ſalma
cum dimidia vineæ valoris probatio in ſcutis 75. de-
ſumpta fuit ex teſtium depoſitione, qui aſſerunt in
plantatione vineæ pro qualibet ſalma hodie impen-
di ſcuta 60. vel 70. in circa, ante annos autem 40.
vel 50. paulo minus impendi conſueuiſſe, & circiter
5 ſcuta 50. vt ait ſextus teſtis, vnde * capiendo hanc
minorem æſtimationem in ſcutis 50. pro vna ſalma
6 cum dimidia conflatur ſumma ſcut. 75. & * in hac
materia valoris, & quantitatis melioramentorum
admittenda videtur probatio ex ſolito, & communi
conſuetudine impendi in illis, prout fit in probatio-
ne fructuum, ad tradita per *Ang. conſ. 127. nu. 2. Rot.
coram Reuerendiſſimo D. meo Decano dec. 439. num. 2.
& dec. 83. num 1. par. 1. recent.* Præſertim quia agi-
tur de probando valore ab annis 44. circa; Vnde
7 difficilior videtur reddi probatio; * ideoque admit-
tenda ſunt coniecturæ, & præſumptiones, *Alciat.
conſ. 186. num. 3. lib. 5 Burſatt. conſ. 184. num. 6. lib. 2.
Rot. in Bononien. de Guidalottis 24. May 1619. coram*
8 *bo. me. Cardin. Caualerio.* * Et Iudex ex officio poteſt
huiuſmodi valorem ſtatuere, etiam ſi probationes
non ſint omnino concludentes, vt dicit *Bart. in l. ſi
quid ex Pamphila, num. 3. ff. de leg. 2.* & ſequuta fuit
*Rot. in Romana Domus 4. Maij 1622. coram Reueren-
diſſ. D. meo Decano.*

De domo autem ſita ſuper quatuor ſalmis viſum
fuit, illam non eſſe recenſendam inter melioramenta
9 reficienda, † cum non conſtet fuiſſe ædificatum à
Petro, imò teſtes in Summario illorum de Leonijs
num. 3. ſupponunt, fuiſſe ſemper cum ſalmis terræ
10 per Petrum poſſeſſæ, & * impenſæ factæ in ædificijs
ruſticis, dum non probatur, fuiſſe factas pro vſu, &
habitatione colonorum, vel animalium, ita vt ſine
illis ager coli non potuiſſet, regulariter non ſunt
reficiendæ, *iux. tradita per Caſtr. conſ. 270. num. 4.
verſ. quantum autem, lib. 2. Peregr. de fideicom. art.
50. num. 7. Petra eod. tract. q. 15. num. 240. verſ. Item
impenſæ factæ.*

11 Non obſtat, quod, † niſi probetur ſtatus anterior
melioramentorum valor liquidari non poſſet, prout
etiam, quod vinea fuerit in tantum maioris pretij
effecta, *iux. l. in fundo, ff. de rei vendic.* Quoniam,
dum ob tempus interuallum de prædictis conſtare
non poteſt, & impenſæ non ſunt etiam vndequaque
liquidæ, permiſſum eſt Iudici mediam viam eligen-
di ad certam rationabilem ſummam melioramento-
12 rum valorem taxare, † cum in hoc potiſſimum ver-
ſetur arbitrium Iudicis, *iux. tradita per Menoch. de
arbitr. Iudic. caſ. 43.* & ita ſeruauit *Rot. apud. Cardin.
Seraph. dec. 898.* vt habetur in fine deciſionis.

Fundamentum vero poſterioris partis reſolutionis
quod nempe d. valor terrarum, & melioramento-
rum excomputandus ſit per Leonios in extinctionem
eorum crediti ſortis principalis cenſuum, deſum-
13 ptum fuit ex eo, quia † auxilium actionis ſubſidia-
riæ conceſſum Leonis pro conſequendis his cenſibus
nititur illa conditione, quatenus nulla alia bona ex-
tent in hæreditate Petri, nec alia via poſſit eiſdem
ſatisfieri pro eorum credito; Vnde, dum hodie iu-
ſtificatur, extare bona valoris ſcutor. 427. & hæc
14 bona reperiri penes Leonios, † vtique pro hac rata
diminuitur, & ceſſare debet remedium ſubſidiarium
*iux. theoricam Caſtr. in l. ſed etſi lege, §. 1. num. 5 in
lect. Auenion. ff. de pet. hæred. Montan. de tutel. cap.
32 reg. 7. num. 34. Manent. conſ. 104. num. 20. lib. 1.
Coſt. de remed. ſubſid. in primo prælud. numer. 14. &
prælud. 9 in princip.* Et in ſortem crediti debet fieri
excomputatio, quia ſi ab initio intentati per eos iu-
dicij conſtitiſſet de exiſtentia huiuſmodi valoris
bonorum, ſors principalis crediti pro hac portione
extincta fuiſſet, & pro huiuſmodi rata nullos fructus
amplius percipere potuiſſent.

Nec ſuffragatur Leonijs creditum ſcutor. 400.
quod habent contra hæreditatem Petri, & creditum
pro expenſis litis factæ cum Rectore S. Appolinaris
in quam cauſam facienda videtur potius imputatio
valoris prædictorum bonorum in ſcutis 427, Quo-
niam pro his creditis Leonij non habent remedium
iuris ſubſidiarium, quod ſolum competere pro con-
ſequendis cenſibus reſolutum fuit, ſed circa illa cre-
dita comunem cum alijs creditoribus ſubire debent
aleam, & ſic retentio illis competere non poteſt pro
hac cauſa, ſed ſolum ex cauſa cenſuum prout etiam
reſolutum fuit ſub die 2. Decembris 1633. coram Re-
15 uerendiſſimo Vrgellen. † neque de prædictis creditis
liquido ſatis conſtat, vt dixit *Rot. in hac eadem cauſa
ſub die 9. Maij & 2. Decemb. 1633. coram. Reuerendiſſ.
Vrgellen.*

Minus obſtat, quod retenta hac reſolutione, ſe-
16 quatur, † aliud pro alio inuito creditore perſolui,
17 & induci compenſationem † de ſpecie ad quantita-
tem contra *tex. in l. 2. §. mutui datio ff. ſi cert. pet.* Quo-
18 niam † ſubſidiariæ actionis hæc eſt natura, vt quic-
quid in hæreditate reperitur, conſideretur tanquam
pecunia, & quantitas, & dum illud eſt pretio æſti-
mabile

mabile, extinguit ius ſubſidij, quod eſt extremum remedium competens illi, qui omni alio iure deſtituitur, vt ex ſupradictis conſtat, Et reliquis deficientibus veluti ſuuenturiatur, prout dixit *Montan.*
19 *de tutel. cap 31. reg. 7. num. 34.* Et † regula *l. 2. §. mutui datio, ff. ſi cert. pet.* & in hoc iudicio, quod ſpecialem ab alijs habet naturam, ſibi locum non vendicat.

Cæterum, An hæc imputatio fieri debeat à die obitus Petri, an vero à die oppoſitionis, alia particulari diſputatione definiendum eſſe Domini reſponderunt.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit, &c.

MERLINO.

Anconitana Cenſus.

Lunæ 3. Martij 1636.

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatio non probat concludenter valorem rei, illiuſque iuſtum pretium & num. 2. Ampli vt d. num. 1. Declar. vt num. 4.*

2 *Pretium ex tempore variatum præſumitur.*

3 *Licitationes aliquando ſunt animoſæ, & vltra ſolitæ æſtimationis modum rem extollunt, aliquando rei verum valorem extenuant.*

5 *Valor rei minuitur in 6. parte, ſi ſit emphyteutica.*

6 *Onus reſponſionis, & perceptionis ratæ fructuum facienda alteri, & per alterum dicitur pars pretij, & rei valorem extenuat.*

7 *Valor verus æſtimandus eſt per Iudicem coniecturis, & præſumptionibus diligenter deligendis.*

8 *Probatio ſufficiens reſultat ex pluribus ſimul iunctis.*

9 *Valor verus non probatur ex teſtibus genericè, & æquiuocè deponentibus, & non ſpecificantibus qualitatem deteriorationis, & bonorum deterioratorum.*

10 *Valor non probatur ex cauſis deteriorationis non ſucceſſiuis, nec perpetuis, vbi exempla.*

11 *Pretia rerum quando creuiſſe præſumantur.*

12 *Teſtis in dicto non concludens non probat.*

13 *Domus ſuper terris ædificata inter melioramenta recenſenda eſt. Decl. vt num. 14 & 15.*

15 *Subhaſtationis in pretio comprehenſum dicitur id, de quo in ſubhaſtatione ratio habita fuit,*

DECISIO CLII.

STeterunt Domini in reſolutione ſub die 26. Nouembris præteriti coram me emanata, quod valor quatuor ſalmarum terræ, de quibus agitur, aſcendat ad ſcuta 352. & melioramentorum valor ſit ſcutorum 75. & vterque valor veniat imputandus Leonijs in extinctionem ſortis principalis cenſuum Rationes enim dictæ deciſionis, quamuis impugnatæ ab Informantibus pro D. Guidobaldo, adhuc ſubſiſtere viſæ ſunt.

1 Non obſtat enim, quod † ſubhaſtatio non probet concludenter valorẽ, ſed ſolum præſumptiue, præſertim quia fuit facta de anno 1618. & imputatio valoris
2 venit facienda ab anno 1591. † per quod temporis interuallum pretium variarum præſumitur, & dantur teſtes deponentes de decremento pretij ab anno prædicto, vt in Summ. n. 1.

Quoniam reſponſum fuit, quod licet ſubhaſtatio non probet neceſſario iuſtum pretium, quippe quod
3 † licitationes aliquando ſunt animoſæ, & vltra ſolitæ æſtimationis modum rem extollunt, aliquando eiuſdem rei verum valorem extenuant, *l. licitatio, ff. de publican. Franc. dec. 54. num. 11. Valaſc. deciſ. 43. num. 11. Iodoc. de ſubhaſt. cap. 3. num. 11. & 12.* Attamen
4 † vſquequo non probatur contrarium pretium à licitatore oblatum, iuſtum eſſe cenſetur, & qui vult illud iniquitatis redarguere, id probare tenetur prout præter allegata in alia deciſione tradunt *Surd. conſ. 256. num 4. Sacca. conſ. 83. num. 13 & 14. Menoch. conſ. 358. num. 14. & conſ. 1121. num. 2. ac conſ. 1263. num. 14. & 15. Oſaſch dec. 109. num 3.* & dixit *Rot. in Spoletana Predij 27. Iunij 1614. coram Eminentiſſ.* D. *Card. Pamphilio, quæ eſt dec. 648. par. 1. recent.* Vnde, cum D. Guidobaldus vigore remiſſoriæ probationes fecerit, nec tamen iuſtificauerit, terras, de quibus agitur, eſſe maioris pretij, quam fuerit oblatum in ſubhaſtatione, & de anno 1591. fuiſſe maioris valoris, quam de anno 1618. hinc ſequitur, ſtandum eſſe valori deſumpto ex licitatione ex præallegatis. Innixo etiam, quod terræ ſunt emphyteuticæ, & ſubie-
5 ctæ directo dominio Eccleſię, † quod minuit valorem in 6. parte, vt ſcripſit *Alex. conſ. 79 num. 6. lib. 1. Surd. conſ. 452. num. 77.* & fuit dictum in *Placentina Nullitatis Subhaſtationis 5. Decembris 1631. & 18 Februarij 1633. coram Eminentiſſ. D. Cardin. Vbaldo,* & Eccleſiæ ſoluitur 4. pars fructuum, & duæ partes
6 remanent penes colonum, † quæ onera tanquam pars pretij valorem rei pariter extenuant, vt per *gloſ. in l. fundi partem, verb. vendidiſti, ff. de contrah. empt. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. nu. 21. Oſaſch. dec. 91. num. 20. Surd. conſ 452. nu. 76. & conſ. 427. num. 47. Rot. apud. Card. Seraph. dec. 1031. num. 1.* agiturque de
7 probando valore, † quem coniecturis, & præſumptionibus per Iudicem diligenter deligendis æſtimandum eſſe conſueuerunt *Alciat. conſ. 596. num. 5. & 6. Burſatt. conſ. 184. nu. 6. Rimin. conſ. 35. num. 2. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 143. n. 3. Carpan. ad Statut Mediolan. cap. 170. num. 6. Rot. coram S. M. Greg. XV dec. 277.*
8 *num. 6.* Ita vt † ex his omnibus ſimul iunctis plena, & ſufficiens probatio reſultare videatur, *iux. reg. tex. in l. rationes, l. inſtrumenta, C. de probat. c. cauſam, quæ eod. tit.*

Neque poteſt vlla vis fieri ſuper teſtibus datis in Summ. pro D. Guidobaldo num. 1. quia nimis genericè, & æquiuocè deponunt, non ſpecificantes qualitatem deteriorationis, nempe qualitatem bonorum
9 deterioratorum; † Vnde non probant, *c. in præſentia de prob. l. neque natales, C. eod.* & in his terminis tradit *Rimin. conſ. 35. nu. 4.* Tum etiam quia primus teſtis pro cauſa deteriorationis aſſignat charitatem Annonæ, qua laborauit Italia de anno 1591. ſecundus vero neglectum culturam, quæ cauſæ tanquam non
10 † ſucceſſiuæ, neque perpetuæ, ſed inſolitæ non ſunt attendendæ pro firmando valore, vt colligitur ex *tex. in l. pretia, C. de reſcind. vend.* ibi, *ex charitate rarò contingente pretia rerum non conſtituuntur,* & notant ibid. *Cremenſ. nu. 222. Pinell. par. 3. cap 4 num. 8. Maſcard. de probat. concl. 1398. num. 37. Gramat. dec. 76. nu. 13. & 14. Rot. dec. 65. num. 7. & 8. par. 2. diuerſ.* Et generica illa depoſitio circa deterioritatem poteſt verificari in alijs terris, & vineis in eodem loco exiſtentibus vſque ad ſalmas 24. de quibus hodie non agitur,
11 atque † ab anno 1591. quo magna penuriæ calamitate affligebatur Italia, pretia creuiſſe præſumitur, & notum eſt in dies creſcere, tertius vero teſtis loquitur de vineis loci Boranici, ſuper quibus non eſt
12 controuerſia, † neque in dicto ſuo quidquam concludit.

Minus obſtat, quod ex alijs teſtibus datis in Sum-
mar. num. 2. probetur, domum per Petrum ſuper
13 terris fuiſſe ædificatum, † quæ propterea recenſen-
da videtur inter melioramenta; præſertim quia de
illa eſſe habendam rationem fuit reſolutum in hac
cauſa ſub die 27. Maij 1632. coram Reuerendiſſimo
Vrgellen.

Quoniam, admiſſa etiam probatione prædicta,
14 adhoc non releuat, nam † ædificia ruſtica non di-
cuntur melioramenta vtilia, & reficienda, dum pro
vſu, & neceſſaria habitatione Colonorum, atque
animalium non iuſtificatur, fuiſſe conſtructa. Ita vt
ſine illis ager coli non poſſet, ſed à meliorante auſe-
runtur rudera, iux. *Caſtrenſ. conſ.* 270. *num.* 4. in pri-
ma deciſione allegat.

Neque contradicit deciſio Reuerendiſſ. Vrgellen.
Tum quia dicit, habendam eſſe rationem pro vna
15 domo cum Solario, & Columbario; Vnde † cum de
Columbario cum Solario, quod innititur Domui,
fuerit habita ratio in ſubhaſtatione Domus, itidem
cenſetur compræhenſa in eodem ſubhaſtationis pre-
tio; Tum etiam quia d. deciſio recenſet quidem ex-
penſas, & meliorationes factas per Petrum, ſed non
firmat, domum prædictam eſſe talem meliorationem
quæ veniat reficienda, quam poſt multas diſputa-
tiones ſub die 26. Nouembris præteriti, atque ho-
die iterum coram me reſolutum fuit non eſſe refi-
ciendam.

Quoad ſecundam partem deciſionis, quod valor
melioramentorum ſit imputandum in extinctionem
ſortis principalis cenſuam hinc inde ab Informanti-
bus eius veritas fuit admiſſa, atque per Dominos ite-
rum approbata.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit,
&c.

PIROVANO.

Romana Vinea.

Mercurij 14. Maij 1636.

SVMMARIA

1 *Venditio cum reſeruatione dominij ante pretij ſolutio-
nem, donec ſolutio facta non fuerit, non dicitur ven-
ditio, ſed locatio, vel alius contractus non transfe-
rens dominium, & num.* 4.
2 *Contractus, in quo ſit mentio pretij, dicitur emptio-
nis, & venditionis. Lim. vt n.* 3.
5 *Locator retinet dominium, & poſſeſſionem, & num.* 13.
6 *Conductor non poßidet ſibi, ſed locatori.*
7 *Mandatum de aſſociando competit venditori cum pa-
cto reſeruationis dominij.*
8 *Ampl. etiam contra tertium.*
9 *Creditorum concurſus non datur in re propria.*
10 *Dominij reſeruatio, donec emptor pretium ſoluerit, an
extendatur etiam ad poſſeſſionem, & num.* 11. *&* 15.
12 *Dominium vt reſeruetur in perpetuum eſt contra na-
turam venditionis.*
14 *Venditor, qui dominium ſibi reſeruauit, donec pretium
ſibi ſolueretur, habet beneficium rei vendicationis,
& aſſociationis.*

DECISIO CLIII.

POſt relationem mandati contra bona hæredi-
tatia Hilarij pro pretio Vineæ emptæ à Moſcatis
petitum etiam fuit per eoſdem Moſcatos aſſociari
ad poſſeſſionem eiuſdem Vineæ, quæ hodie poſſi-
detur per alios emptores, & primo ſub die 4. Iu-
nij præteriti fuit reſolutum mandatum de aſſocian-
do eſſe relaxandum; cauſa iterum propoſita die 4.
Iulij ſequentis menſis pro mandato de immitten-
do fuit etiam reſponſum; hodie, renouata diſpu-
tatione, dictum fuit, ſtandum eſse in deciſis.

Quoniam inſtrumentorum venditionis Vineæ
continet pactum reſeruationis dominij ampliſſi-
mum, donec integraliter pretium ſolutum non fuiſ-
1 ſet † effectus autem reſeruationis dominij præcipuus
eſt, vt contractus non aſsumat nomen venditionis
ante ſolutionem pretij, ſed tranſeat in locationem,
vel alium contractum, in quo dominium non tranſ-
feratur, *l. cum manu ſata, §. nemo, ff. de contr. empt.*
2 *Bald. in d. §. nemo dicens*, licet † contractus, vbi ſit
mentio pretij dicatur emptionis, & venditionis,
fallit tamen, vbi eſt in contrarium regula, quæ po-
3 nitur in ſupradicto textu, §. *nemo*, vt † non videatur
res vendita, de cuius dominio agitur, ne ad empto-
rem tranſeat; & plenius explicat in *rubr. q.* 13. *C. eod.*
4 *tit. de contrahen. empt.* quod † pactum, vbi non eſt
perpetuum, ſed temporale, donec pretium fuerit
ſolutum, bene conuenit naturæ contractus, vt do-
minium non tranſeat ante pretij ſolutionem per *l.
quod vendit. ff. de contrahen. empt. §. vendita, Inſtit. de
rer. diuiſ. l. fin. de fund. dot. Surd. deciſ.* 210. *num.* 11.
Afflict. deciſ. 338. *num.* 3. & per huiuſmodi pactum
reſeruationis dominij contractum tranſire in lo-
cationem ex diſpoſitione eiuſdem tex. cum manu
ſata affirmarunt *Gomeſ. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 3.
Surd. deciſ. 137. *num.* 2. 305. *num.* 39. *Magon. dec. Lu-
cen.* 31. *numer.* 9. *& Florent.* 91. *num.* 8. *Gratian. diſcept.*
5 523. *numer.* 13. locatione autem ſuppoſita, † ſicuti
dominium à locatore non abdicatur, ita nec poſ-
6 ſeſſio, quandoquidem † conductor non ſibi, ſed
dominio ſuo locatori poſſidet, *l. fin. C. de acqu. poſſ.
l.* 1. *C. de vſucap. l.* 2. *C. de praeſcript.* 30. *vel.* 40. *ann. l.
ſerui emptor ff. de pericul. & commod. rei vend. Bald.
conſ.* 350. *num.* 7. *lib.* 1. *Menoch. de recuper. remed.* 14.
7 *num.* 36. & Moſcatis † per pactum prædictum re-
manentibus Dominis, & poſseſsoribus denegari non
poteſt mandatum de aſsociando ad poſſeſſionem,
quam habent, & per pactum retinuerunt, *l. Titius,
ff. de ſeruis, & port. Bart. in l. creditores, num.* 18. *C. de
pignor.* & bene conueniunt rationes *Rota in Roma-
na Iuris Redimendi* 22. *Martij* 1624. *coram D. meo
Merlino*, & tanquam veri Domini, & poſseſsores
habent à lege manus iniectionem ſuper re propria
etiam in pactum deducta, ibi, ita vt ſemper, &
quandocunque non facta d. ſolutione venditor, ſui
hæredes poſſint interim experiri iuribus ſuis, vti ve-
8 ri Domini, & patroni, † per quam manus iniectio-
nem poſſint à quocunque etiam tertio rem pro-
9 priam, cum † non detur concurſus creditorum,
*Bald. in d. l. Titius, in princ. ff. de ſeruit. expoſt. Afflict.
d. dec.* 338. *num.* 4. *Gratian. diſcept.* 523. *numer.* 15. 730.
numer. 1. 946. *numer.* 4.

10 Neque verum eſt, quod † reſeruatio operetur,
quod dominium tantummodo fuerit reſeruatum,
non autem poſſeſſio, quæ ſemper tranſit in empto-
rem, *Rimin. ſen. conſ.* 177. *num.* 9. *lib.* 1. & idem fuerat
admiſsum in *Romana Vinea de Fabrijs* 1608. *coram
Cardin. Marcomontio*, & propterea contra non ſol-
uentem pretium competat tantummodo rei vendi-
catio.

11 Quia † de intentione Riminaldi non eſt impu-
gnare reſolutionem, aut tranſitum perpetuum
tranlatiuum vtilis Dominij vti contrarium pacto
reſoluti:

12 uo eiuſdem dominij, dum * nititur contra naturam contractus venditionis, vt retineatur dominium in perpetuum ex pacto, vt dixit *Bald. in d. rubr. q. 13. C. de contrahend. empt. Affl. d. deciſ. 338. numer. 6.*
13 propterea * remanente ſimplici locatione ſemper
14 locator eſt poſſeſſor, & habet beneficium * non ſolum rei vindicationis, ſed & aſſociationis ad pro-
15 priam poſſeſſionem, & * diuerſa quæſtio eſt dd. Romana Vineæ de Fabrijs, in quibus locatio expreſſe fuit facta ad decennium, & agebatur de tranſlatione vtilis dominij, non autem pleni.

Demum non obſtat exceptio identitatis Vineæ, ad quam petitur aſſociatio, quia ſatis iuſtificata remanet probatio ex confeſſione eorumdem de Scalijs ex denunciatione litis, quam fecerunt cum Deſiderio fratre, & hærede q. Antonij, qui Vineam emit à Iannutio, cui fuit vendita à Mauro, qui prius emerat à Moſcatis nunc agentibus.

Et ita, &c.

PIROVANO.

Vrbeuetana Bonorum.

Veneris 26. Februarij. 1638.

SVMMARIA.

1 *Exequutio fieri poteſt contra tertium, in quem lite pendente bona fuerunt alienata, abſque nouo proceſſu vnica citatione præmiſſa. Ampl. vt. n. 7.*
2 *Litigioſi vitium quando non dicatur contractum.*
3 *Lis cœpta dicitur per citationem.*
4 *Litigioſi vitium ſola citatione contrahitur.*
5 *Litigioſi vitium an contrahitur in actione perſonali, & num. 6.*

DECISIO CLIV.

RESoluto conſtare de tribus conformibus, mandatoque relaxato contra Cæſarem, & Octauianum de Marſcianis ſuper reintegratione bonorum alienatorum per Matrem D. D. Comitum de Mareſcottis, interim Marſciani, lite pendente, bona controuerſa alienarunt in Comitem Federicum Marſcianum. & iſte ſecundo partem dd. bonorum vendiderat Monialibus S. Magdalenæ de Peruſio vſque de anno 1630. quibus ad cauſam admiſſis, hodie quæſitum fuit, An mandata Rotalia contra eoſdem ſint exequenda, & affirmatiuè fuit reſolutum.

1 Quia vera eſt concluſio, * contra ementem bona lite pendente poſſe ſine nouo proceſſu vnica citatione præcedente exequi ſententias contra venditorem latas, & ſic contra Co. Federicum, & Moniales habentes cauſam à Fratribus Marſcianis, quorum bona pro debito fuerunt ſubhaſtata, & deliberata Pandulfo, à quo fuerunt ceſſa Natalitio Braccio, & ab eo ceſſa, & vendita Comitibus Mareſcottis per *l. fin. C. de legit. vbi Bald. num. 1. & in l. creditores, num. 23. C. de pignor. Marc. dec. 538. num. 4. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 569. Couar. pract. quæſt. cap. 15. nu. 6. & 7. Surd. conſil. 338. num. 13. & 405. num. 8. Mantic. dec. 7. nu. 1.* In facto autem conſtat; Fratres Marſcianos, Iudicio pendente, alienaſſe bona, de quibus agitur, nam die 15. Septembris 1609. egerunt Mareſcotti contra Fratres Marſcianos ad adimplendum, ſeu adimpleuiſſe docendum contenta in inſtrumento concordiæ, alias videndum illud caſſari, & annullari, &, non docto de adimplemento, obtinuerunt decretum annullationis, & caſſationis inſtrumenti, quod exinde acceptarunt inhærendo arbitrio in eodem inſtrumento ipſis indulto, & de anno 1611. 26. Ianuar. Marciani patrem ſupradictorum bonorum vendiderunt Co. Federico, & ille duo prædia ex acquiſitis de anno 1630. vendidit Monialibus Peruſiæ; ita vt alienatio contigerit anno, & vltra elapſo à die litis pendentiæ ſuper reintegratione bonorum.

Non obſtat, quod lis de tempore emanati decreti caſſationis inſtrumenti concordiæ non incæperit, ſed à die intimationis Monitorij quæ contigit 28. Maij 1611. de quo tempore alienationes iam factæ fuerant, nempe de menſe Ianuarij, & Aprilis
2 eiuſdem anni 1611. & * eo caſu non eſſe contractum vitium litigioſi, ex *Hercul. in l. à Dino Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 46. ff. de re iudic. Couarr. pract. quæſt. cap. 15. num. 7. & in Veneta Donationis 7. Nouembr. 1626. coram bo. me. Buratto.*

Quoniam tranſmiſſio Monitorij poſt ſecutas alienationes non negatur, propter hoc non videtur circunducta lis inchoata de menſe Septembris 1609. per ſolam citationem ſuper caſſatione inſtrumenti,
3 * per quam dicitur lis cœpta, *clem. 2. vt lit. pend. Co-*
4 *uar. eod cap. 15. nu. 6.* affirmans, * ex ſola citatione contrahi vitium litigioſi; nec in comparitione videtur, quod exinde etiam Monitorium tranſmittatur pro lite conteſtanda, vt occurratur opinioni contrariæ relatæ per eumdem *Couar. loc. cit.*

5 Neque dicatur, quod † ex citatione ad adimplendum, alias videndum caſſari reſultet tantummodo actio perſonalis, dum non contineat inſtantiam reintegrationis ad bona acquiſita per ſubhaſtationem, & deliberationem, quæ regulariter non producit vitium litigioſi, *l. 1. §. 1. ff. de litig. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. num. 481. Gabr. conſ. 31. nu. 13. lib. 2. Surd. conſ. 405. num. 2.*

6 Quoniam † caſſatio, & annullatio inſtrumenti concordiæ non fuit propoſita ſimpliciter, ſed pro retrahendo dominio bonorum acquiſitorum, & ſic ratione certæ rei, & tunc actione perſonali intentata contrahitur etiam vitium litigioſi per *l. 2. C. de litig. Bart in l. 1. §. ſi inter, num. 2. ff eod tit. Imol. in c. cum M. Ferrarienſis, num. 33. de conſtitut. & in c. Eccleſia S. Mariæ vt lit. pend. Iaſ. conſ. 43. num. 9. vol. 1. Couarr. alleg. cap 15. num. 6. verſ. ſed in effectu. Lancell. de attent. par. 2. cap 4. in præfat. num. 568. Couar. var. lib. 3. c. 17. de ſent. & ear. execut n. 967 Gturb. deciſ. 62. num. 11.*

Et hac lite pendente, & actione perſonali intentata ad certam rem, & ſeu dominium conſequendum viſum fuit, non eſſe neceſſariam diſcuſſionem
7 ſcientiæ, aut ignorantiæ tertij poſſidentis, † quandoquidem contra talem exequutiuè proceditur abſque nouo proceſſu, ſcienter, ſiue ignoranter emerit rem litigioſam, vt benè comprobat *Couarr. alleg. cap. 15. num. 7.*

Et ita, &c.

MERLINO.

Tolentina Prædij, ſeu Pecuniaria, vel Doni.

Veneris 11. Maij 1640.

SVMMARIA.

1 *Mandatum A. C. exceſſiuum nec pro ſumma debita ſuſtinetur cæpta iam executione.*

2 Creditor

2 *Creditor vtens inſtrumento facto inter debitorem. & al. .. tenetur vti prout cantat, nec poteſt reijcere pactum in eo contentum, & mandatum aliter relaxatum eſſe vulium, & num. 3. & 8. in fin.*

4 *Cedens non poteſt ceſſionem iam factam impugnare.*

5 *Aditione confunduntur actiones, niſi agatur de hærede cum beneficio inuentarij.*

6 *Creditoribus anterioribus prius eſt ſatisfaciendum ab emptore, ne teneatur bis ſoluere, etiam quod non inſtent, ſed adſit ſolus timor, & nu. 7.*

8 *Emptor obligatus ſoluere, vel debita in ſe accollare habet electionem.*

DECISIO CLV.

IOſephus pater, & Paulus de Bomabeis vendiderunt Cornelio Sparacianis Prædium pretio conſtituto ſcutorum 41.0. & promiſit ſoluere creditoribus venditorum prioribus, & potioribus deſcriptis in folio, quod in calce Inſtrumenti fuit inſertum, inter quos creditores fuit deſcripta Hortenſia tertia vxor Ioſephi creditrix ratione dotis ſuæ.

Cornelius ſoluit integrum pretium creditoribus, ſed Hortenſia prætendens quod poſterioribus creditoribus fuerint ſoluta ſcuta 921. Pro hac ſumma ipſa impulſauit hæredes Cornelij, vt d. ſcuta 921. ipſi Hortenſiæ ſoluant, prout vigore d. Inſtrumenti, quod obligatione Camerali vallatum eſt obtinuit mandatum ab A. C. & cæpta fuit exequutio.

Verum commiſſa cauſa appellationis dedi dubium, An ſit procedendum ad vlteriora; & DD. negatiuè reſponderunt, quia omnibus viſum fuit, mandatum illud exceſſiuum, & iniuſtum.

Exceſſiuum, quoniam inter partes non controuertebatur, creditoribus anterioribus fuiſſe ſolutum dempta, illa ſumma ſcutor. 921. Verum ſaltem pro maiori parte de hac eadem ſumma ſcut. 921. rectè, & validè fuit ſolutum alijs, quamuis etiam aliqui non eſſent creditores anteriores, cum in inſtrumento venditionis fuerit conuentum, quod ſoluerentur ſcuta 500. creditoribus, qui Ioſephum patrem venditorem in carceribus detinebant; etiamque illis, qui ipſum in dies moleſtabant. Vnde, cum Ioannes Mattheus Sauius pro ſcutis 89. 27. in carceribus detrudi feciſſet Ioſephum, legitimè potuerunt ei ſolui d. ſcuta 89. 27. pro ſuo credito, prout ſolui potuere Tarquinio Bertono ſcuta 120. cum cæperit tenutam contra Paulum Exilium ante venditionem Prædij, ac etiam ſcuta 500. Mario Boncio, & ſcuta 112. Venantio Altino, qui erant creditores ex cauſa anteriori, nempe dotis Franciſcæ vxoris eiuſdem Ioſephi. Et ideo pro ſcutis 821. 27. exceſſus eſt patens & ſolum pro ſcutis 79. ſubſtineretur mandatum A. C. ſed, † cum cæpta ſit exequutio, tali caſu non ſub-
1 ſtinetur nec pro ſumma debita, *l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat ei, Bald. in l. certi conditio, §. quoniam, num. 8 verſ. ſi iudex, ff. ſi cert. pet. & Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, num. 2 ff. de cond. indeb. Afflict. dec. 358 num. 7. Capic. deciſ. 51 num. 2. Rot coram S. M. Greg. XV. dec. 198. numer. 1. & coram Reuerendiſſimo Vrgellen. deciſ. 235. numer. 17. ac par. 5. recent. deciſ. 261.*

Non obſtat, quod Ioſephus, & emptores non potuerint præiudicare Hortenſiæ creditrici anteriori per illam conuentionem de ſoluendo prius creditoribus, qui in carceribus detinebant d. Ioſephum. Quia nullum ius competens prius Hortenſiæ per hanc conuentionem fuit ab illa auocatum, ſed cum ipſa egerit vigore iſtius inſtrumenti, quod
2 tale pactum continet, † debet vti inſtrumento prout cantat, nec poteſt reijcere pactum in eo contentum *Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. ſub num. 4 verſ. ex quibus ſequitur, & num. ſeq. Surd. conſ. 12. num. 4. Rot. in Romana Lignorum 8. Martij 1602. coram bo. mem. Card. Lancellotto, & dec. 775. num. 22. coram bo. mem. Buratto.* Si vero non vult ſtare huic pacto, vtatur
3 ſuis primæuis iuribus, ſed interim † inſtrumentum, quod totum innixum eſt illi inſtrumento cum his pactis, non ſubſtinetur, vt in ſimili ratiocinata eſt *Rot. dec. 98. par. 1. recent.* nec pro viribus primæuis Hortentiæ competebat via exequutiua.

Non obſtat, quod Paulus Aemilius ſibi ſatisfecerit de dote ſuæ matris ex venditione alterius Prædij; Quoniam ſolutio facta à Sparaciarijs mediante pecunia, & ceſſione iurium dotalium eſt de anno 1624. & ſic hoc tempore Sparaciarij habebant iura dotalia primæ vxoris creditricis anterioris, quam ſit Hortentia. Solutio vero facta mediante venditione alterius prædij hæreditarij Ioſephi eſt poſterior nempe de anno 1625. Vnde obiectio arguit quidem, P. Aemilium exegiſſe partem pretij prædij Sparaciario venditi, & partem etiam alterius prędij; Sed, vltra quod non iuſtificatur, quod exceptis ſcutis 50. reliqua exegerit, etiam ſi cum effectu vltra dotem aliquid ex ſecunda venditione exegiſſet, non tollit, quia verè fuerit acquiſitum ius dotale prius Sparaciario; & Hortentia poterit quidem ſecundam ſolutionem ex venditione præ-
4 dij impugnare, † non autem primam factam, & ceſſionem tranſlatam in Sparaciarios, ad tradita in *l. quæritur, §. venditor, ff. de ædilit. edict. Rot. deciſ. 382. numer. 1. par. 1. & deciſ. 411. num. 2. & 3. par. 5. recent.*

Hac eadem reſponſione tollitur aliud motiuum de venditione domus paternæ facta à P. Aemilio; Quia talis venditio eſt poſterior dd. ſolutionibus, & extinctionibus, ex quibus ius habent Sparaciarij.

Non obſtat, quod P. Aemilius vti hæres patris
5 non poſſit petere dotem maternam, cum † per aditionem actiones fuerint confuſæ, Quoniam hæc concluſio non procedit, dum P. Aemilius fuit hæres Ioſephi patris cum beneficio inuentarij, quo caſu non confunduntur actiones, *l. fin. §. & ſi præfati, C. de iur. dot. Ang. conſ. 31. in princ. Pariſ. conſ. 31. in princ. conſ. 32. num. 89. lib. 3. Surd. conſ. 7. nu. 31. Rot. dec. 231. num. 1. par. 5. ac dec. 131. pariter nu. 1. & deciſ. 185. nu. 5. par. 6. recen.* & inuentarium factum, & in Summario dantur probationes, & citata fuit eadem Hortentia, & ſuper d. inuentarij validitate P. Aemilius ſententiam reportauit.

Iniuſtum etiam viſum fuit mandatum, quia extant
6 alij creditores anteriores Hortentiæ, † & ideo illis prius eſt ſatisfaciendum, ne, ſi Hortentiæ poſteriori creditori ſoluatur, grauentur Sparaciarij iterum ſoluere creditoribus, anterioribus, *S. M. Greg. XV. dec. 511. num. 21.*

Nec ſuffragatur, quod non inſiſtant dd. creditores anteriores, quia imò dantur moleſtię, & videtur
7 quod † ſufficiat timor; pactum enim eſt clarum de ſoluendo anterioribus, etiam ſi non ſint deſcripti in folio, & conſulendum eſt indemnitati emptorum, ne bis cogantur ſoluere, & contra Hortentiam videtur retorquenda hæc obiectio, quia non inſtetit, & per 17. annos tacuit, & tamen hodie impugnat ſolutiones factas alijs creditoribus, quibus fuit ſolutum.

Ex alio etiam apparet iniuſtitia d. mandati, quoniam fuit conuentum in Inſtrumento, quod, dempta

Digitized by Google

pta ſumma ſcutor: 1500. vel ſoluerentur creditoribus anterioribus, vel ipſi Sparaciarij emptores in ſe
8 accollarent debita Ioſephi, &, * cum hæc alternatiua ſit apposita fauore emptoris, electio eſt eiuſdem Sparaciarij vel ſoluere, vel in ſe accollare, *c. in alternatiuis, 70. de reg. iur. in 6. l. plerumque, §. fin. vbi gl. in verb. electio. de iur. dotium, Rot. deciſ.* 207. *num.* 5. *&* 6. *par.* 5. *recent.* nullaque adeſt reſtrictio ad certam ſpeciem debitorum, quæ in ſe poſſent accollare emptores, & debet Hortentia, vt ſupradictum eſt, vti inſtrumento cum ſuis pactis, & qualitatibus, ſin minus vti ſuis primæuis iuribus, non autem inſtrumento.

Alijs bene reſpondent Informantes pro Spaciarijs.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R.P.D. GHISILERIO.

Vrbeuetana Cenſus.

Mercurij 6. Iunij 1640.

SVMMARIA.

1 *Pecunia de ſui natura eſt ſterilis, & infructifera.*
2 *Pecuniam ſi promittat reſtituere prioribus, & potioribus creditoribus, vel inueſtiat in locis Montium cum eodem vinculo, non poteſt ipſe promittens conueniri, vel creditor prior, & potior agere ad fructus. Ampl. vt num.* 7.
3 *Locis Montium creditori reſignatis in ſatisfactionem crediti, dicitur facta emptio, & venditio ſoluta pecunia breui manu.*
4 *Fructus ſequuntur dominium.*
5 *Pecunia inueſtita ſub obligatione reſtituendo prioribus potioribus quamuis caperit quodammodo eſſe aliena non tamen minuit dominium, & fructuum acquiſitionem.*
6 *Pecunia aliena emptum cedit cum fructibus dominio ementis, & remanet ille obligatus ad ſolam reſtitutionem pecuniarum.*
8 *Dictio, ſeu, ſtat alternatiuè, non diſiunctiuè.*
9 *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, ſolitis requiſitis non probatis.*
10 *Quantitas ſi debeatur reſpectu certæ ſpeciei, de ea iudicandum eſt, prout de ipſa ſpecie.* Decl. *vt n.* 11. 14. 15. *&* 16.
11 *Fructus an debeantur, non attenditur quid ſit in ſolutione, ſed an ſpecies ſit in obligatione.*
12 *Fructus, vbi bona ſunt in obligatione, veniunt in auocatione bonorum reſtituendi vti acceſſoris, ſed ſi bona non ſint in obligatione, veniunt à die immiſſionis.*
13 *Fructus in auocatione rei fructiferæ quæ erat in obligatione, veniunt à die motæ litis, ſed quando in obligatione eſt pecunia, & in facultate ſoluendi res fructifera, fructus non debentur.*
14 *Fructuum ad acquiſitionem quando idem iudicetur, vel non de pecunia inueſtienda, quod de inueſtimento & num.* 16.
15 *Fructus debentur ex ſpecie actione perſonali petita.*
17 *Hypotheca, vel pignus non eſt titulus habilis ad fructus acquirendos.*
18 *Inſtrumentum non poteſt plus præſtare, quam cautio de reſtituendo.*
19 *Cautio de reſtituendo non impedit, quin emptor habeat plenum dominium.*

DECISIO CLVI.

SCotti vti Creditores DD. de Sfortijs in ſumma ſcut. 28515. receperunt in ſolutum pecuniam numeratam, facta obligatione de illam reſtituendo prioribus, & potioribus; & poſtea ex pecunia emerunt loca montium, quæ ſtare deberent loco cautionis ad fauorem Excellentiſſ. D. Don Thadei Barberini emptoris Vallis montanæ virtute dictæ obligationis de reſtituendo prioribus, & potioribus nec non virtute termini ſuſcepti ab eiſdem ad ſoluendum Theodorus Maldachinus vti Creditor anterior bo. me. Ducis Alexandri Sfortiæ ſcut. 8117. monetæ pro fructibus cuiuſdam cenſus, & expenſis mandati obtinuit relaxari mandatum exequutiuum contra Scottos pro dicta ſumma ſcut. 8117. ex pecunijs per ipſos habitis ex pretio dictæ Vallis montanæ ad effectum tamen deponendi, & inueſtiendi iuxtà formam Inſtrumenti venditionis dictæ Vallis montanæ; à quibus ex locis montium in quibus fuerunt inueſtitæ pecuniæ habitę à DD. de Sfortijs fuerunt conſignata tot loca montium pro concurrenti quantitate ad rationem pretij tunc in foro currentis; verum quia dictus Theodorus vltra creditum fructuum ſui Cenſus prætendebat etiam conſequi fructus locorum montium ipſi in ſatisfactionem aſſignatorum pro tempore, quod interceſſit à die ſupradicti termini per Scottos ſuſcepti vſque ad diem effectualis reſignationis, dubitatum fuit in Rota, An dicti fructus deberentur Theodoro, ita vt ad eius fauorem eſſet relaxandum mandatum, & negatiuè fuit reſolutum.

Ratio reſolutionis fuit, quia Scotti non receperunt à DD. de Sfortijs loca montium, de quibus agitur, ſed pecuniam numeratam, nec promiſerunt illa, & ſic ſpeciem fructiferam reſtituere prioribus
1 & potioribus, ſed iſtam, * quæ de ſui natura eſt ſterilis, & infructifera, nec vllos parit fructus, *c. eijciens, vbi Archidiaconus* 88. *diſt. idem Archidianus in can.* 2. 14. *quæſt.* 3. *Rota deciſ.* 72. *num.* 5. *par.*
2 2. *recent.* * Etiam ſi loco cautionis de reſtituendo eamdem pecuniam cum huiuſmodi vinculo in dd. locis montium inueſtierint, hanc veritatem agnouit Theodorus, dum non egit actione reali contra Scottos ad dicta loca montium, ſed perſonali reſultante ex obligatione prædicta ad reſtitutionem pecuniarum per ipſos habitarum ex pretio Vallis montanæ, quod colligitur ex verbis mandati relaxati ab A.C. & ex mandato Rotali de exequendo dicto mandato A C. Nec recepit à Scottis loca montium, vt ſibi debita, ſed in ſolutum iuxta communem valorem tunc currentem pro quantitate dicti ſui crediti
3 ſcut. 8117. monetæ, &, * dum eidem reſignarunt, vt euitarent executionem prædicti mandati, ſequitur cenſeri factam emptionem, & venditionem ſoluta pecunia breui manu.

His poſitis ſicut Scotti vſque ad actualem reſignationem montium ad fauorem Theodori retinuerunt illorum dominium, quod à principio titulo emptionis acquiſiuerant, ita & pro dicto tem-
4 pore fructus ſuos fecerunt, quia * fructus ſequuntur dominium. *l.* 1. *&* 2. *C. de pignor. l. Iulianus, §. ſi fructus, ff. de action empt.* quamuis à die litis conteſtata pecunias, ex quibus loca montium emerunt, ceperint debere Theodoro, & promiſerint pecunias reſtituere prioribus, & potioribus Creditori-
5 bus, quia * etiamſi pecunia ceperit quodammodo eſſe aliena, non minuit tamen dominium, & fructuum

Digitized by Google

ctuum acquiſitionem, & hinc fit in fortioribus ter-
6 minis, quod * emptum à principio ex pecunia aliena cedit dominio ementis vna cum fructibus ſucceſſiuè perceptis, & emens ſolum ad pecunias reſtituendas tenetur, *l. ſi ex ea, C. de rei vend. l. 1. & penult. C. ſi quis alteri, vel ſibi, & tenuit Rota dec. 26. num. 3. p. 1. recent. & in Camerinen. bonorum 22. Mart.*
7 1614. *coram R.P.D. Meo Merlino,* * eo magis quia vt fuit dictum ſupra, Scotti promiſerunt reſtituere pecunias, & ſolùm pecuniæ ſunt in obligatione, vt patet tam ex forma Chirographi Sanctiſſ. D. N. ſuper venditione Vallis montanæ, ex cuius pretio ſatisfacti fuerunt tam ex ordine Excellentiſſ. D. Don Thadei, quo mediante ſequuta eſt ſolutio, quam ex forma obligationis propriæ illorum de Scottis, qui ſcilicet in acta receptionis pecuniarum illas, non autem loca montium reſtituere promiſerunt.

Nec vlla vis fieri poteſt in termino à Scottis ſuſcepto ad ſoluendum debitum petitum in dicta quantitate ſcut. 8117. ſeu reſignan. loca montium per ipſos empta ex pretio Vallis montanæ, quia intellexerunt ſuſcipere terminum pro reſignatione dd. locorum, non vt ſpeciei debitæ Theodoro, ſed tanquam rei eidem dandæ in ſolutum pro quantitate debita, in qua verè conſiſtebat debitum, quemad-
8 modum ſuadet illa dictio, ſeu, * quæ ſtat alternatiuè; non autem diſiunctiuè, prout, vt fuit dictum ſupra confirmatur ex præcedentibus, & ſubſequentibus cum petitio Theodori, & mandatum A. C. loquantur dumtaxat de reſtitutione pecuniæ ad limites factæ per ipſos Scottos, & dicta loca montium in ſubſequenti inſtrumento quietantiæ legantur reſignata in ſolutum pro intranti quantitate crediti eiuſdem Theodori iuxta valorem tunc currentem.

Nec cenſuerunt Domini, dd. fructus poſſe prætendi à Theodoro tanquam intereſſe lucri ceſſantis,
9 quia * non probatur ſolita requiſita, *Caſtrenſ. in l. 3. §. vlt ff. de eo quod cert. loc.* cuius doctrinam paſſim Rota ſequitur.

Non obſtat, quod fuerit expreſſè diſpoſitum in Chirograpbo Sanctiſſimi D. N. & in Inſtrumentis deſuper factis, quod pretium Vallis montanæ, & inueſtimenta exinde facienda ſtarent affecta, & obnoxia loca cautionis de reſtituendo prioribus, & potioribus, & ad iſtum effectum, quod pecuniæ conſignandæ deponerentur pro emendis locis mon-
10 tium cum dicto vinculo, & ſic, * cum quantitas debeatur reſpectu certę ſpeciei, de ea iudican. ſit prout de ipſa ſpecie, *l. talis ſcriptura, in fine, ff. de leg. 1. Bart. l. 2. §. mutui datio, ſub num 2. 1. verſ. & tunc aut tenetur ff. ſi cert. pet.* quam in terminis refert, & ſequitur *Gizzarell. dec. 29 num. 19. & ſeqq.* & alij plures per eum allegati. nam fuit reſponſum Pri-
11 mo, quod * Bart. & alij loquuntur ad effectum, vt ſolutio poſſit fieri in ſpecie, vnde inferri non poteſt ad fructuum reſtitutionem, ad quem effectum non attenditur, quid ſit in ſolutione, ſed an ſpecies ſit in obligatione, vt bene diſtinguendo declarat *Rota dec. 43. num. 1 ad fin & ſeqq. & dec. 44. num. 7. & 10. par. 1. diuerſ. Rota in Romana executionis coram Orano impreſſ. per Staitl. poſt tract. de Saluian. dec. 2. num. 4. & 5. & in Romana Locorum Montium 27. Nouembris 1637. coram R. P. D. meo Pirouano,* vbi
12 diſtinguendo in ſimili caſu concludit, quod * ſi bona ſunt in obligatione bonis auocatis fructus acceſſorij veniunt reſtituendi, ſi vero non ſunt in obligatione (vt in iſto caſu) tunc non veniunt fructus, niſi à die immiſſionis, & propterea, ſicut, ſi Scotti pecunias ſoluiſſent, Theodorus conqueri non poterat, nec fructus prætendere, & tamen ſub eiſdem vinculis inueſtire tenebatur, ita etiam, dum ſoluerunt pecuniam mediante reſignatione locorum montium, nullum damnum intulerunt, ſi fructus
13 retinuerunt, cum propoſitio illa, quod * fructus debeantur à die motæ litis, procedat iuxta ſupradictas deciſiones, quando auocatur res fructifera, quæ erat in obligatione, ſecus autem quando in obligatione erat pecunia, & in facultate ſoluendi erat res fructifera, tunc fructus non debentur, vt in terminis diſtinguit Rota vbi ſupra. Secundo pari-
14 ter fuit dictum, * non procedere ſimpliciter reſpectu acquiſitionis fructuum, quod idem iudicetur de pecunia inueſtienda, quod de ipſo inueſtimento, ſed dummodo titulus inueſtimenti ſit tranſlatiuus dominij in creditorem, vel alias habilis ad fructuum acquiſitionem, ita vt ſi inueſtimentum debuerit fieri pro creditore, puta quia ex teſtamento, vel ex conuentione emi aliquid deberet eius nomine, tunc creditor licitè percipiet fructus inueſtimenti facti, vel faciendi, cuius, & dominium debuit nanciſci, & in his terminis loquuntur alle-
15 gati in contrarium. * Idemque procedit ſi ſpecies
16 actione perſonali petatur, *l. 2. ff de vſur.* * Si verò titulus inueſtimenti faciendi non eſt habilis ad transferendum dominium, vel poſſeſſionem ſpeciei in creditorem, ſed ipſi dumtaxat tribuit ſpecialem hypothecam ſuper inueſtimento; Non idem eſt iudicium quantitatis, & ſpeciei quoad acquiſitionem fructuum, quia repugnat qualitas tituli, & deeſt in Creditore titulus habilis ad fructus acqui-
17 rendos, * qualis non eſt hypotheca, vel pignus, *l. 1. C. de pignor. act. c. cum contra, de pign. c. ad noſtram, il 1. de iure iuran. latè Surd. conſ. 194. num. 10. & ſeq. Rota d. dec. 43. num. 2. & d. dec. 44. numer. 10. p. 1. diu. & coram bo. mem. Buratt. dec. 60. num. 11.* Et hic eſt caſus noſter, quia non fuit dictum in Chirographo, & in Inſtrumentis deſuper factis, vt inueſtirentur pecuniæ in locis montium nomine Creditorum, ſed ſolùm quod loca montium ſtarent hypothecata Creditoribus, quatenus non daret cautionem ad Contentamentum Excellentiſſimi D. Don. Thadei emptoris de illi reſtituendo ſupradictam quantitatem ſcut. 28517. in caſu euictionis, & ſecundariò prioribus, & potioribus Creditoribus DD. de Sfortijs; ex quibus etiam ſequitur, probari loca montium non fuiſſe in obligatione reſtituendi, ſed loco cautionis de reſtituendo pecunias, habitas ex pretio Vallis montanæ, & quatenus à Scottis fuiſſent ſolutæ pecuniæ Theodoro, fuiſſent quidem ſolutæ cum onere præſtandi dictam cautionem ad contentamentum, & in illius defectum inueſtiendi in locis montium, & ſicut dicta cautio non transmutaſſet obligationem reſtituendi quantitatem receptam in ſpecie, ita nec ipſum Inueſtimentum in eius locum ſubrogatum potuit eam tranſ-
18 mutare, cum * non poſſit plus præſtare Inueſtimentum, quam cautio ex regula ſubrogatorum, ad *Tex. in l. ſi eum, §. qui iniurar. ff ſi quis caut. l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſt liber. Ius. fuer. cum alijs allegatis,*
19 & * cautio non efficit quin emptor habeat plenum dominium locorum montium, vt benè aduertit *Rota coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 498. nu. 4. & ſeqq.*

Et ex his, cum ſemper remaneat firmum, quod fructus debentur, qui illis loca montium poſſederunt, ex quo non loca, ſed pecuniæ erant in obligatione,

Digitized by Google

gatione, vt fuit firmatum ſupra, Domini, auditis hinc inde deductis pro Scottis, & pro Theodoro; cenſuerunt fructus non deberi Theodoro.

Reuerendiſſimo D.

DVNOZET IVNIORE.

Romana, ſeu Ianuen. Locorum Montium.

Veneris 28. Iunij 1641.

SVMMARIA.

1 *Iuſtitia in cauſa conſtare dicitur ex deciſionibus in ea emanatis aliquo in contrarium non oppoſito.*

2 *Iudicis ſimplex præceptum, ſeu mandatum non extenditur ad bona ſita extra eius territorium, niſi id exprimat.*

3 *Datio in ſolutum iudicaria requirit præcedentem exequutionem.*

4 *Exequutio a Iudice fieri non poteſt in bonis extra illius territorium exiſtentibus,*

5 *Exequutio ſuper locis Montium Vrbis nec à Iudicibus Romanæ Curiæ demandari poteſt abſque licentia Theſaurarij.*

DECISIO CLVII.

SEntentias Rotales, quibus declaratum fuit, D. Simonem ab Auria teneri reſtituere D. Angelo Lomellino filio, & hæredi pro dimidia q. Mariæ Lomellinæ medietatem locorum montium, de quibus agitur, dixerunt DD. eſſe confirmandas, cum validitas non controuertatur, & * iuſtitia liqueat ex de-
1 ciſionibus emanatis in iſta cauſa ſub diebus 31. Maij 1638. coram bo: me: Buccabella, & 15. Iunij 1640. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano in eius locum ſuffecto, ac prima Maij anni præteriti coram R. P. D. meo Royas. Iuſtitia namque ſententiæ Rotalis bene deſumitur ex deciſionibus in eadem cauſa factis, quando, prout hic, nihil contra eas opponitur, vt ſæpius dixit *Rota*, & ſignanter in *deciſione 350. nu.1 par.1. & dec.678 n.1.p. 2. & dec. 229. n.1.& dec.325.n.4 p.5.rec.*

Neque viſum fuit obſtare vnicum motiuum hodie excitatum pro parte d. D. Simonis, nempe quod ipſe obtinuit à Iudicibus Rotæ Ianuen. duo mandata contra bona d. D. Angeli, vnum pro aſſerto credito ſcutorum 1469, ſol.3. ac den.16. auri marcatum & alterum pro alio aſſerto credito ſcutorum 1615. ſol. 2. & den.5 auri in auro, quodque illorum vigore fuerunt ei data inſolutum pro medietate Loca Montium, de quibus agitur, ab æſtimatoribus iuxta formam Statutorum illius Ciuitatis. Quoniam huiuſmodi datio in ſolutum non viſa fuit ſuffragari d. D. Simoni ad retardandam dd. locorum Montium reſtitutionem; Tum quia Iudices Rotæ Ianuen. non præceperunt æſtimari, ac dari inſolutum d. D. Simoni bona Angeli prætenſi debitoris vbique exiſtentia, ſed mandarunt ſimpliciter æſtimari, ac dari inſolutum bona d. D. Angeli. Vnde illorum præceptum, ſeu mandatum non potuit compræhendere loco Montium, de quibus agitur, exi-
2 ſtentium in Vrbe, cum * ſimplex Iudicis præceptum, ſeu mandatum non extendatur ad bona ſita extra eius territorium, niſi idem Iudex id expreſſe decernat, *Bart. in l. cum vnus, 12. ſ. pen. quod incipit, is, qui poſſidere, numero 1. verſ. prima quod Iudex, ff. de bon. auctor Iudic. poſſid. Ang. in eodem ſ. is qui poſſidere, n. 1. & 2. Bald. in l. fi. col. pen. nu. 55. C. de Ædict. Diu. Adrian. toll. Caſtr. in l. properandum, ſ. ſin autem Reus n. 4. C. de iudic. Rebuff. de litter. requiſit. ſeu rogator, in præfat. n. 24. Menoch. de acq. poſſeſſ. remed. 4. n. 404. cum ſeqq.* idque notant expreſſe *Franc. in c Romana, ſ. contrahentes, nu. 37. verſ. requiritur tamen, quod Iudex, de for. compet. in 6 Ioan. Monac. ibid. num. 16. verſ. ſolutio generaliter Anchar. ibid. in 2. appoſit. n. 5. Hoſtienſ. in c. poſtulaſti, ſub numero 1. verſ. hodie vero eſt declaratum, eod tit. de for. compet. in 6.* cum aliis cumulatis in propoſito per *Gratian. diſcept. for. cap. 389. num. 24 & ſeqq.* Tum etiam quia Iudices Rotæ Ianuen. eſto quod potuiſſent expreſsè decernere mandatum contra bona d. Angeli exiſtentia extra illorum Territorium;
3 nihilominus * aſſerta datio inſolutum facta vigore d. mandati non ſuffragatur; cum illam præcede-
4 re debuiſſet executio, † quam Iudices non poſſunt facere ſuper bonis exiſtentibus extra illorum Territorium, *Bart. in d. l. cum vnus. ſ. is, qui poſſidere. ſub num. 1. verſ. nec obſtat.* vbi reſpondens ad *tex. in l. magis puto. ſ. illud de reb. cor.* ait, quod, licet Iudex poſſit interponere decretum de rebus exiſtentibus extra eius Territorium ratione perſonæ ſibi ſubiectæ, executionem tamen facti facere non poteſt, eumque refert, & ſequitur *Anchar. in d. c. Romana, ſ. contrahente, num. 5. verſ. Bartolus in d. ſ penult. tenet. opinionem prædictorum. de for. compet. n. 6. & Grat. d. diſcept. 389 n. 37.*

Quæ facilius procedunt in caſu iſto, quia verſa-
5 mur in locis Montium exiſtentibus in Vrbe, † ſuper quibus nec etiam ipſi Iudices Romanæ Curiæ poſſunt demandare executionem abſque ſpeciali licentia, ſeu exequatur D. Theſaurarij, prout expreſsè cauetur in reformatione fel. record. Pauli V. & dixit Rot. in Romana de Cinciis prima Iulij 1624. coram Reuerendiſſimo D. Decano. Idque etiam agnouit idem D. Simon, qui, non attenta prætenſa datione inſolutum, impetrauit à dd. Iudicibus Rotæ Ianuen. litteras requiſitorias pro executione d. l. mandatorum, eaſque præſentauit d. D. Theſaurario pro obtinenda illorum executione ſuper iſtis locis Montium, quam tamen ab anno 1634. obtinere non valuit. Vnde eo minus viſum fuit Dominus poſſe fieri aliquod fundamentum ſuper iſta datione inſolutum ad impediendam confirmationem ſententiarum, de quibus agitur.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. ROYAS.

Amerina Bonorum.

Veneris 21. Februarij 1642.

SVMMARIA.

1 *Arbitrium intelligitur prout de iure.*

2 *Fructuum recompenſatiuorum ſolutio non eſt retardanda, & fortius ſi ea ſint promiſſa cum iuramento, & obligatione camerali, & concurrat exigendi quaſi poſſeſſio, & num. 3.*

4 *Creditor in vim obligationis cameralis poteſt ſua iura ſuper omnibus bonis debitoris experiri.*

5 *Arbitrium Iudici datum tribuit facultatem mitigandi ex æquitate iuris rigorem.*

6 *Fructus recompenſatiui ſolui debent venditori pro pretio, ſeu illius rata non ſoluta ex æquitate.*
7 *Ampl. etiam ab Eccleſia, quæ eſt cultrix iuſtitiæ.*
8 *Ampl. etiam lite pendente.*
9 *Executio ad inſtantiam, & pro credito venditoris fieri poteſt contra Eccleſiam emptricem ſuper bonis venditis tantum, non ſuper aliis, tanquam ea non potuerint alienari, nec obligari abſque Beneplacito Apoſtolico cum ſolemnitatibus requiſitis. Decl. vt num. 10. & 17.*
11 *Fructus bonorum Eccleſiaſticorum ad effectum ſatisfaciendi creditoribus poſſunt capi, & diſtrahi, ſicut alienari, & obligari ſine Beneplacito Apoſtolico, & nu. 12. alias impediretur commercium, vt n. 13. Ampl. vt n. 14. & 15.*
16 *Fructus bonorum Eccleſiæ, qui ſuperant vltra alimenta neceſſaria, debent in vſus Eccleſiæ erogari.*
18 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in alienatione Bonorum Eccleſiæ, non in acquiſitione.*
19 *Hypotheca ſpeciali prohibita, non intelligitur prohibita hypotheca generalis pro obſeruatione contractus.*
20 *Fructus recompenſatiui debentur ab emptore, qui habuit rei poſſeſſionem, quamuis ipſe noluerit deinde percipere eiuſdem fructus, ſecus ſi percipere non potuerit culpa venditoris, & n. 21.*

DECISIO CLVIII.

SEquuta venditione Vineæ, & aliorum bonorum ſtabilium Pauli Parcæ de anno 1638. ad fauorem Collegij S. Norberti de Vrbe pro pretio ſcutorum 3000. cum pacto ſoluendi fructus recompenſitiuos pro ſcutis 2000. non ſolutis, recuſantibus poſtea Patribus ſoluere debitum, & contractum non ſubſtineri prætendentibus, fuit commiſſa cauſa Eminentiſſimo Veroſpio cum facultatibus A. C. & quoad fructus recompenſatiuos ſine preiudicio, &c. & ſub die 19. Aprilis 1641. fuit reſolutum, contractum eſſe validum, & mandatum eſſe relaxandum tantum ſuper bonis per d. Paulum venditis, adita poſt modum Signatura per Collegium, fuit ab ea reſcriptum quoad bona Collegij non retardata executione arbitrio Rotæ. Subrogatus in hac cauſa ob aſſumptionem ad Cardinalatum Eminentiſſimi Veroſpij propoſui hodie dubium, An intraret arbitriũ, & Domini arbitrium non intrare pro retardatione executionis mandati reſoluerunt.

1 Ratio reſolutionis fuit, quia * arbitrium intelligitur prout de iure, *Rot. dec. 450. num. 1. par. 2. recent. Mart. de clauſ. clauſ. 13. n. 1.* vbi plures congerit *dec. Greg. XV. dec. 189. numero 3. Duran. dec. 340.*
2 *numero 1. & 374 & 377. vtrobique. nu. 1.* * De iure autem non venit retardanda ſolutio fructuum recompenſatiuorum in præſenti Paulo debitorum, tam de iure communi, de quo in *l. curabit C. de act. empt* quam vigore promiſſionis, iuramenti, & obligationis cameralis, * cuius mandati exequutio non ve-
3 nit retardanda, præſertim dum concurrit quaſi poſſeſſio exigendi fructus recompenſatiuos, *Barboſ. de clauſ. clauſ. 8. in fi. Seraph. dec. 1429. num. 2.* & fuit dictum in *Aurien. Parochialis 17. April. 1600. coram Lancellotto apud Marcheſ. de comm. p. 1. fol. 436. num. 3. & poſt Cenc. de cenſib. deciſ. 236. num. 2. & 3. Caualer. dec. 249. num. 1.* Quam, etiam quia
4 † creditor vigore obligationis Cameralis poteſt ſua iura ſuper omnibus bonis debitoris experiri, *Galleſ. de oblig. camer. q. 2. num. 9. Rot. poſt Zacch. de oblig. camer. dec. 119. n. 2. & 6.*

5 Quamuis * arbitrium venit interponendum ex quadam æquitate pro mitigando rigore iuris, *Creſc. dec. 4. numero 3. de teſtib. Seraph. dec. 1154. numero 1.* Attamen in præſenti caſu, Dicebant Domini, non
6 agi de mitigando rigore iuris, dum * fructus recompenſatiui ſunt ſoluendi venditori pro rata pretij non ſoluti ex quadam æquitate, vt per *Didac. Couar. reſol. lib. 3. cap. 4. num. 2. Fabr. concl. 4. num. 5.*
7 *de empt. & vend.* * Hancque æquitatem militare etiam contra Eccleſiam vti cultricem iuſtitiæ firmauit *Rot. coram Duran. deciſ. 256. à num. 6. vſque ad*
8 *fin.* & * locum ſibi vendicari etiam lite pendente, fuit reſolutum in Viterbien. Prædij 17. Decemb. 1607 coram Sacrato.

Non obſtat, quod Rota coram Eminentiſſimo Veroſpio ſub die 19. Aprilis 1641. declarauit in fine deciſionis emanatæ ſuper validitate contractus,
9 † exequutionem eſſe faciendam ſuper rebus venditis tantum, ex quo alia bona Collegij non potuerint alienari, ſiue obligari abſq. Beneplacito Apoſtolico cum ſolemnitatibus requiſitis per *extrauag. ambitioſa de reb. Eccleſ. non alien.*

Fuit enim reſponſum, † obiectum procedere, ſi
10 exequutio eſſet facienda ſuper bonis immobilibus, & ſuper proprietate illorum ſecus verò in præſenti,
11 dum exequutio petitur ſuper fructibus, † qui ad effectum ſatisfaciendi creditoribus poſſunt capi, & diſtrahi, *gloſ. in c. peruenit, in verb. redditibus, de fideiuſſ. Specul. de execut. ſent. §. ſi quis, ſub n. 16. Bellet. de diſquiſit. Cleric. par. 1. in tit. de Cleric. debit. §. 1. verſ.*
12 *Et hoc adeo verum eſt.* * de quibus etiam Prælatus Eccleſiæ, ſeu Beneficiatus valide poteſt diſponere abſque Beneplacito Apoſtolico, prout ex verbis d.
13 *extrauag. ibi, de fructibus.* cum † alias non daretur commercium, ſi Religioſi non poſſent vendere fructus eorum bonorum *Cardin. in c. 2. num. 8. circa fin. verſ. nouo nota, vbi Imol. ſub. num. 31. verſ. ſed dicit*
14 *D. Florentinus Barbat. num. 13. de fideiuſſ.* * præſertim dum, prout in præſenti, diſtractio fructuum ſit cauſa ſoluendi debitum contractum in vtilitatem Eccleſiæ *Genuen. in Prax. Neapolit. cap. 89. nume. 4.*
15 † maxime ſubductis alimentis neceſſariis pro Collegio, cuius redditus ſunt ſatis pingues, *Barbat. in d. c. 2. num. 13. vbi Cardin. num. 31. Imol. num. 31. de fideiuſſ.* qui expreſſe dicunt, contrariam opinionem
16 ſapere iniquitatem, cum * fructus, & redditus bonorum Eccleſiæ, qui ſuperſunt vltra alimenta neceſſaria, debeant in vſus Eccleſiæ erogari per *tex. in c. pen. §. ſi ergo, in fin. 12. q. 1.* & bene ſufficiunt pro ſoluendis dictis fructibus recompenſatiuis vltra
17 dicta alimenta, vt experientia docuit, * dictamque deciſionem eſſe intelligendam reſpectu bonorum in ordine ad proprietatem, non autem reſpectu fructuum, qui debent inſeruire pro ſolutione debitorum Eccleſiæ ex præfatis; Vltra quod Rota iam
18 reſoluit in d. deciſione in hac cauſa, * Beneplacitum, Aopſtolicum requiri in alienationibus, non autem in acquiſitionibus prout in præſenti, ex congeſtis per *Nauarr. in comment. de alien. rer. Eccleſ. in princ. n. 1. Rebuff in compend. alienat. rer. Eccleſ. nu. 8. cum aliis in d. deciſ.*

Minus obſtant Statuta Religionis data in Summar. Collegij num. 2. in quibus diſponitur, quod præſes in omnibus ſe conformare teneatur voluntati Cicariç Brabantiæ, & præſertim Abbatiæ Tongerloen. ſine cuius conſenſu non valeat vendere bona, &c, fuit enim reſponſum, non eſſe ibi
19 prohibitam hypothecam, &, † quamuis eſſet pro-

habita

hibita hypotheca ſpecialis, non tamen cenſeretur prohibita hypotheca generalis pro obſeruantia contractus, *abb. in c. nulli, de reb. Eccl. non alien. numero 2. & 3. Ancharan.nu.2. Bero.num.8 & 14. Butr. num. 9. Couarr.var.reſolut.cap.16. num.7. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſput.176. in princ. Caſtropaleo tom.2. diſp.vnic.q.15 §.2.nu.2.*

Nec pariter obſtant illa, quæ dicuntur de inualiditate venditionis, eo quia d. Paulus erat ſuper illis Sacris Ordinibus inſignitus ad titulum Patrimonij, cum hæc iam fuerint diſcuſſa, & ſublata in d. deciſione coram Eminentiſſimo Veroſpio, quæ hodie præſuppoſita fuit.

Vltimo non obſtat, quod Paulus debeat agere contra œconomum ab Epiſcopo Amerino deputatum pro adminiſtratione iſtorum. Quia fuit reſpon-
20 ſum, quod, * cum Collegium, & patres habuerint poſſeſſionem, tam ex clauſula conſtituti, quam vigore appræhenſionis Patrum, non præiudicat Paulo, quod modo ipſi noluerint percipere fructus, *Surd.conſ.101.numero 21. Add. ad S. M. Greg. XV. deciſ. 297. numero 11. verſ. ſi tamen emptor. & 347.*
21 *num. 17 in fin.* † DD. autem in contrarium adducti loquuntur de illo, qui non percipit fructus ob culpam venditoris, non autem quando ex ſola voluntate emptoris fructus non fuerunt percepti, prout in præſenti, dum nulla culpa in Paulo poteſt conſiderari.

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Bononien. Prædij.

Veneris 4. Aprilis 1642.

SVMMARIA.

1 *Datio in ſolutum extinguit actionem.*
2 *Executio non retardatur exceptionem non adimplementi in ſeparato inſtrumento contenti.*
3 *Executio fieri poteſt pro tota ſumma, quamuis eſſet in facultate debitoris illius partem ſoluere in bonis, dum ea facultate vti velle non declarauit, & quare, & numero 4.*
5 *Sententiæ commodum qui vult, debet illam adimplere ex parte ſua abſque alterius partis interpellatione.*
6 *Commiſſio vnica ſufficit in Rota, & habens clauſulam, Quam, & quas, comprehendit etiam lites mouendas,*
7 *Actio ex empto orta dicitur à die celebrati emptionis inſtrumenti, ſed exerceri non poteſt niſi euictione ſecuta.*
8 *Ius actori etiam ſuperueniens lite pendente inſeruit de Iure Canonico pro victoria.*
9 *Executio fieri debet ſeruato ordine l. à Diuo Pio, §. in venditione. ff. de ſent. & re iudic. Lim. vt numero 10. & 11.*
12 *Compenſationis exceptio attenditur à die illius oppoſitionis.*

DECISIO CLIX.

CVm Ioannes Maria Marchio Fontana per ſententiam Rotalem R. P. D. mei Ghiſilerij condemnatus fuiſſet ad reſtituendum pretium Prædij Ioſepho, & Ludouico de Ghellis ab ipſo venditi pro libr. 34. mill. & euicti, commiſſa mihi cauſa appellationis cum clauſula procedendi ad legitimam executionem ſententiæ, & mandati. Dubio propoſito, An ſit procedendum ad legitimam, Domini dixerunt, procedendum eſſe ad vlteriorem exequutionem ad effectum inueſtiendi pro rata libr.17. mill. & detractis fructibus ad rationem duorum pro centenario iuxta formam inſtrumenti inter Marchionem, & Ghellos celebrati, non obſtantibus iis, quæ pro Marchione ad impediendam exequutionem deducebantur.

Nam primum obiectum, quod Ghellij iuxta eorum conuentionem in inſtrumento de anno 1620. celebrato cogere Fontanam non poterant ad ſoluendum reſiduum pretij, niſi facto per ipſos inueſtimento librarum 8000. Domini ceſſare dixerunt ex quo idem inſtrumentum 1620. confectum iam fuerat exequutioni demandatum mediante traditione bonorum & ſolutione totius pretij facta per Fontanam per ſubſequentem dationem Prædij Ba-
1 gnarolæ, † per quam omnis actio ex priori contractu Fontanæ competens fuit ſublata, & ab ipſo receſſum, ſecundum doctrinam *Bart. in l. eleganter, numero 1. verſ. ſed ante oppono, ff. de pignor. action. Alber. c. in l. libera, numero 2. verſ. fallit vbi reſ. C. de ſent. Rot. apud Cenc. de cenſib. deciſ. 290. n. 4.* Euictio enim fuit ſequuta ſuper bonis contentis in ſecundo inſtrumento confecto de anno 1628. euictionis promiſſionem continente, in quo tale pa-
2 ctum inueſtiendi lib. 8000. non legitur, * neque proinde per exceptionem non implementi pacti in ſeparato inſtrumento contenti executio retardari poteſt, *Natt. conſ. 133. nume. 5. Surd. conſil. 101. numero 25. Mantic. dec. 258. numero 2. Gregor. deciſ. 541. numero 1.*

Secundum obiectum, quod exequutio facienda non erat pro omnibus libr. 34. mill. quia in ipſa ſententia Marchioni reſeruata fuit facultas ſoluendi libras 11800. in domo, & Filatorio, Domini pariter non obſtare dixerunt, ex quo Marchio ſe d.
3 facultate vti velle nunquam declarauit; * Adeoque bene exequutio pro tota ſumma fieri potuit ſecundum ea, quæ tradit *Bart. in l. ſi quando, §. hæres. numero 6. ff. de leg. 1. Corn. conſ. 215. num. 2. lib. 4. Rot. dec.*
4 *203. num. 7 par. 1. recent.* Quia * in obligatione ſunt pecuniæ, & in ſolutione bona, iuxta *tex. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle ff. de verb. oblig.* Neque Marchio per Ghellios ad hoc erat interpellandus, vt conſtitueretur in mora, quia pecuniæ debentur ratione obligationis, & ſententiæ pure conceptæ
5 reſpectu creditorum * ex qua ſententię, vt Marchio commodum ſentiret, eam adimplere ex parte ſua, non expectata alterius partis interpellatione tenebatur, *Crauett. conſ. 64. numero 1. Alex. 157. numero 2. lib. 6. Beccacc. de ſociet. affic. n. 143. Pariſ. conſ. 19. num. 205. lib. 2.*

Tertium obiectum contra exequutionem, quod clauſula, Appellatione remota, tanquam poſita in commiſſione obtenta occaſione moleſtiarum illatarum, à Ceula, nihil operatur in hodierno iudicio, in quo agitur pro euictione Sabatini. Dixerunt Domini ceſſare ex facto, quia pro euictione Sabatini fuit proceſſum vigore prioris commiſſionis,
6 cum † in Rota vnica commiſſio ſufficiat, & ipſa commiſſio habeat clauſulam, Quam, & quas, compræhenſiuam etiam litium mouendarum, *Caſ. de Graſſ. dec. 2. num. 6. & ſeqq. de reſcript. Buratt. deciſ. 226. num. 5. & ſeqq.* & vlterius Domini conſidera-

ſunt, quod euictio Sabatini non tribuit nouam actionem, ſed potius exercitium actionis ex empto
7 competentis ex inſtrumento emptionis, * quæ ſtatim à die celebrati inſtrumenti orta fuit, quamuis non niſi ſequuta euictione exerceri poterat, vt bene in propoſito *Surd. conſ. 150. num. 5. Alex. conſil. 32. numero 8. lib. 4. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 12. num. 6. Rota in Romana Vineæ, ſeu Saluiani 26. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Bichio.* Adeo quod, cum iudicium factum contra Sabatinum non ſit diuerſum à primo, bene ſuffragatur prima commiſſio cum ſua clauſula Appellatione remota. Nec refert, euictionem à Sabatino, pendente priore iudicio cum Ceula, fuiſſe ſequutam quia ſufficit, ſecundum iudicium habuiſſe cauſam de præterito: nimirum ex
8 fideicommiſſo longe ante purificato, cum † de iure Canonico etiam ius ſuperueniens Actori pendente iudicio inſeruiat ad victoriam, *Gabr. de iudic. concl. 2. per tot. Rot. dec. 47. n. 13. p. 2. diuerſ.*

9 Quartum obiectum, quod † in executione non fuerit ſeruatus Ordo *l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de ſent. & re iudic.* viſum eſt non ſubſiſtere, quia in inſtrumento nedum fuit renunciatum omnibus
10 beneficiis cum iuramento, * ex qua ratione non habere locum in obligatione camerali dixit *Gratian. diſcept. 7. num. 28.* verum etiam fuit adiectum pa-
11 ctum precarij, * quod ſecundum extenſionem Statuti Bonon. tribuit creditori facultatem exequendi ſuper quibus bonis maluerit, nec diſpoſitio legis tollit pacta particularia, quæ ineuntur inter partes.

Quintum, quod dicitur, exequutionem fuiſſe factam in die feriata, ceſſat ex facto, vti bene fuit deductum per Informantes pro Ghellis.

Solum igitur obiectum de compenſatione duorum debitorum ex inſtrumento anni 1628. cuius
12 vigore actum fuit, viſum fuit Dominis * procedere à die, qua compenſatio fuit oppoſita *Surd. deciſ. 191. num. 15. & conſ. 246. num. 126 & ſeq. Rot. dec. 627. numero 1. par. 1. diuerſ.* Adeoque procedendum eſſe Domini dixerunt ad vlteriorem exequutionem pro reſiduo libr. 34. mill. detractis fructibus decurſis ad rationem duorum pro centenario ad effectum inueſtiendi pro rata libr. 17. mill. vtraque parte ſæpius informante.

Reuerendiſſimo D.

DVNOZET. IVNIORE.

Anconitana Cambiorum.

Veneris 14. Maij 1642.

SVMMARIA.

1 *Liber probat contra ſcribentem, & eius heredes.*

2 *Archiuij Conſtitutio, & Bannimenta, fidem abrogantia apocis, & inſtrumentis intra debitum tempus in Archiuio non præſentatis, non procedunt, quando eorum fides ex aliis ſcripturis, & documentis comprobantur, ſeu comprobari prætenditur.*

3 *Statutum diſponens ſuper probatione per teſtes intelligitur, vbi quis velit intentionem fundare ſuper ſolis teſtibus, non ſi etiam ſuper aliis ſcripturis, & probationis.*

4 *Archiuiationis defectum qui non oppoſuit ante ſententiam, videtur ſcripturatum pro valida agnouiſſe.*

5 *Æquitas, rigore iuris omiſſo, attendi debet inter mercatores.*

6 *Expenſas reficere parti non tenetur, qui validum fecit proceſſum.*

7 *Actio confuſa dicitur per aditionem hæreditatis debitoris, non docto de aditione cum beneficio legis, & inuentarij.*

8 *Creditores defuncti in bonis illius præferuntur creditoribus hæredis ex beneficio ſeparationis*

9 *Obligationis origo, & cauſa attendi debet ad anterioritatem crediti fundandam.*

DECISIO CLX.

Comitiſſa de Finellis, & Eliſabetta eius ſoror vti filiæ, & donatariæ q. Ioannis Baptiſtæ legerunt contra Creſcentium Gorum filium, & hæredem q. Hieronymi Senioris pro reſtitutione ſcutorum 1300. in ſorte vna cum cambiis, de quibus agitur, ac præuiis duabus deciſionibus emanatis coram me ſub diebus 27. Martij 1627. & 21. Iunij 1638. reportarunt ſententiam fauorabilem contra Ioannam Benincaſam auiam maternam, & hæredem Hieronymi iunioris filij, & hæredis d. Creſcentij interim prædefuncti, & ſucceſſiuè in vim d. ſententiæ obtinuerunt relaxari mandatam Rotalia, quæ fuerunt executa in partibus ſuper bonis hæreditariis d. Hieronymi ſenioris.

Verum d. Ioanna ad impediendam vlteriorem executionem obtinuit inhibitionem à præfecto Archiuij prætextu, quod Apoca confecta ſuper dictis cambiis non fuerit archiuiata. Ideo dictæ ſorores adiuerunt Signaturam Sanctiſſimi, quæ reſcripſit, vt facta archiuiatione, quatenus illa requiratur, & refectis expenſis, ſi quæ ſint legitimè factæ, procedat perinde, ac ſi archiuiatio legitimè facta fuiſſet, non obſtante d. inhibitione. Quocirca, dato hodie dubio vigore d. reſcripti, An ſit procedendum ad vlteriorem executionem dd. mandatorum reſponſum fuit affirmatiuè. Si quidem d. reſcriptum Sanctiſſimi duo requirit, Archiuiationem, non quidem purè, & ſimpliciter, ſed ſub conditione, ſcilicet, facta archiuiatione, quatenus illa requiratur, & refectis expenſis, ſi quæ ſint legitime factæ; neutrum viſum fuit impedire vlteriorem executionem, non quidem defectus archiuiationis, quia dictæ ſorores non fundant abſoluto, & principaliter eorum creditum in d. apoca confecta ſuper iſtis cambiis, ſed etiam in partitis formiter extractis è libris rationis bancariæ d. Hieronymi ſenioris, in quibus totus tenor eiuſdem apocæ repetitur, * qui
1 libri concludenter probant coram ipſum Hieronymum, & eius hæredes, *l. quædam ſunt perſonæ, §. fin. ff. de eden.* cum aliis relatis à *Crauetto de antiq. temp. par. 5. §. vidimus, & abunde numero 26. Seraph. dec. 1211. n. 1. Duran. dec. 118. numero 2.* Vnde archiuiatio eiuſdem apocæ ad effectum probandi
2 d. creditum, quia * Conſtitutio Sixti V. & bannimenta D. Cardinalis Caetanis, quæ fidem abrogant apocis, & inſtrumentis in Archiuio intra debitum tempus non regiſtratis, videtur intelligenda, vbi quis vult fundare ſuam intentionem in ſolis ſcripturis non archiuiatis, ſecus autem quando,
3 prout hîc eorum fides ex aliis ſcripturis, & documentis intendit comprobare, † exemplo Statuti diſponentis, vt ſi quis velit probare aliquid per dicta teſtium, quod illud ſit intelligendum, ſi aliquis vult fundare ſuam intentionem in ſolis teſtibus, non

autem

Digitized by Google

autem in aliis ſcripturis, & probationibus, *Bald. conſ.270. numero 14. & ſeq. lib. 1. Alex. conſ.58. n.7. lib.4. Gratian. diſcept. 438. num. 21.* cum aliis relatis ab *Aſin. in prax. §. 19 cap. 5. num. 4.*

Quæ facilius procedunt in caſu iſto, tum quia d. Ioanna, & illius auctores nunquam oppoſuerunt ante ſententiam defectum archiuiationis contra d.
4 apocam in actis productam, * vnde illam vti validam agnouiſſe videtur, *Alex. conſ. 185. numero 14. lib. 6. ſup. d. dec. 199. num. 7. verſ. & in propoſito dixit, Gonzal. ad reg. 8. gl. 64. num. 3.* Tum etiam quia ver-
5 ſamur in re geſta inter mercatores * inter quos, omiſſo rigore iuris, æquitas attendi debet, *Alciat. conſ. 8. num. 14. lib. 8. Stracc. de mercat. tit. quemadmod. in cauſ. mercat. proced. tit. 1. n 1. & ſeq. Rot. dec. 395. n. 12. par. 5. & dec. 229. n. 10. par. 9. recent.*

Minus refectio expenſarum valet impedire vlteriorem executionem, nam quoad expenſas poſt d. inhibitionem prætenſas non probatur, aliquas fuiſſe factas; quo vero ad factas ante inhibitionem,
6 * cum ex prædictis appareat, proceſſum fuiſſe validum non eſt locus illarum refectioni. *Rot. dec. 13. num. 1. lib. 3. par. 3. diuer. & dec. 400. n. 1. & 2. par. 2. recent. Gratian. diſcept. for. cap. 334. num. 54.*

Neque d. Ioanna viſa fuit poſſe impedire vlteriorem executionem ſuper bonis, de quibus agitur, prætextu quod illa retineat pro dote matris d.
7 Hieronymi iunioris eius auctoris, quia, † cum d. Hieronymus iunior adiuerit hæreditatem Creſcentij ſui patris, ac prætenſi debitoris d. dotis maternæ, dictaque D. Ioanna, quamuis citata, non docuerit, eumdem Hieronimum adiuiſſe hæreditatem cum beneficio legis; & inuentarij, actio pro habendi credito dotali remanſit confuſa per aditionem d. hæreditatis, *l. ſtichus, 95. §. aditio, ff. de ſolut. l. debitori, C. de pact.* cum aliis ibidem in Gloſa relatis.

Præterea nec, quatenus inuentarium exhiberetur, illud poſſet ſuffragari, cum ſorores de Fanellis ex perſona Ioannis Baptiſtæ earum patris ſint creditrices anteriores, vti habentes obligata bona Hieronymi ſenioris, & conſequenter ſint præferendæ aſſerto credito dotis vxoris Creſcentij filij d.
8 Hieronymi, nam † creditores defuncti in bonis illius præferuntur creditoribus hæredis ex beneficio ſeparationis, *l. 1. & tot. tit. ff. de ſeparat.* cum aliis relatis in *dec. Caualer. 41. n. 3.*

Quod autem ſorores de Fanellis habeant obligata bona Hieronymi ſenioris patri, quia eorum pater contraxit cum Inſtitoribus, qui exercebant rationem bancariam de ordine d. Hieronymi, qui etiam in teſtamento mandauit, illam ſuo nomine continuari, prout factum fuit. Vnde ſequitur ante-
9 rioris d. crediti, cum † ſit attendenda origo, & cauſa obligationis, quæ prouenit ex teſtamento, *Alberic. de ſtatut. lib. 2. q. 178. num. 6. & ſeqq. Sim. de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 4. interpr. 2. dubit. 4. nu. 96. fol. 456.*

Et ita vna tantum, &c.

R.P.D. PEVTINGERO.

Bononien. Prædij.

Lunæ 16. Iunij 1642.

SVMMARIA.

1 *Executio facta in die feriata non tenet. Contrarium, & declaratur, n.3. & 4.*
2 *Feriata dies non præſumitur, ſed iuridica, niſi contrarium probetur.*
5 *Executio cum mandato diuerſo à reſolutione Rotæ eſt nulla.*
6 *Commiſſione veniens cum clauſula. Qui ad legitimam executionem, &c. renunciare dicitur executioni iam factæ, & obtinet nouam cum nouo mandato.*
7 *Sententia interpretationem recipit ab actis, & intelligitur, prout. de iure.*
8 *Condemnatus quis cenſetur in eo, in quo condemnari debet. Ampl. vt num. 9.*

DECISIO CLXI.

PLacuerunt Dominis fundamenta deciſionis in hac cauſa coram me ſub die 4. Aprilis proximè præteriti, procedendum videlicet eſſe ad legitimam executionem mandati Rotalis contra Marchionem Fontanam relaxati pro libris 34. milj. ad effectum reinueſtiendi pro rata lib. 25. mil., licet in alia deciſione fuerit per errorem expreſſam pro rata libr. 17. mill. detractis tamen per quadriennium quolibet anno duobus pro centinario iuxta formam Inſtrumenti inter Marchionem, & Ghellios celebrati de anno 1628.

Neque obſtare Dominis viſa eſt Marchionis præ-
1 tenſio, quod * executio facta fuerit die feriato, quia dixerunt de hoc non doceri, & contrarium apparere ex facto, vt dicitur in fine deciſionis, & quate-
2 nus non conſtaret, adhuc * contrarium præſumi, cum omnis dies ſit iuridica, niſi appareat feriata, *l. omnes dies, C. de feriis*, & qui illas allegat, probare debet, *d. l. omnes dies, vbi Bald. in princ. Rota coram Ludouiſio dec. 140. num. 3.* Et dato, non con-
3 ceſſo, quod fuerit feriata, adhuc * in executionem mandati Rotalis poſſeſſionem feſtiuis diebus capi poſſe, tradit *Federic. de Sen. conſ. 144. ad fin. verſ. & ea, Buratt. dec. 688 num. 12.* Quinimo * pro re in ſen-
4 tentia expreſsè contenta, vt in executionem fieri etiam die feriato, permittitur, *Guid. pap. dec. 215. n. 5. verſ. aut quærimus. Butr. in c. fin. de iudic. in princ. & n. 24. verſ. fallit quinto.*

Minus obſtare Domini dixerunt, quod dicebatur,
5 * eſſe nullam, & inualidam mandati executionem, dum Rota declarauit, aſſe faciendam ad effectum inueſtiendi pro rata, & cum detractione duorum pro centinario, de quibus ne verbum quidem in mandato Rotali. Nam placuerunt reſponſiones, quod ſatis ſit, executionem cum nouo mandato nunc fieri cum vtraque qualitate, & eſt ratio, quia, cum reſcriptum Sanctiſſimi emanauerit cum clau-
6 ſula, qui ad legitimam &c. † per eam non præſeruatur iam facta executio, ſed illi tacitè renunciatur, & denuo, & ex integro fieri legitimè mandatur. Vnde praxis increbuit expediendi nouum mandatum de exequendo.

Vltra quod iſtæ qualitates in ſententia, & mandato Rotale nedum non excluduntur, ſed immò implicitè continentur, ac ſi eſſent expreſſæ, cum de
7 iure ineſſe debeant. Nam † ſententia quælibet ab actis recipit interpretationem, & intelligitur prout de iure, *c. dilectis, de off. ordin. Rot. coram Gregor.*
8 *dec. 74. num. 7.* * Et * quis cenſendus eſt in eo condemnatus, in quo condemnari debet, *Cranett. conſ. 74. num. 9 Rot. dec. 74 coram Ludouiſ. num. 8. & coram Buratt. deciſ. 337. num. 24.* vbi allegantur con-

Digitized by Google

9 cordantes,* præſertim ſtante clauſula, Omni meliori modo, *Verall.dec.91.nu 5.p.1.*

Ex quibus DD. & aliis in deciſione allatis. Marchione, non informante, ſæpius intimato, in deciſis perſtiterunt.

R. P. D. MELTIO.

Romana Locorum Montium.

Lunæ 18. Maij 1643.

SVMMARIA.

1 *Iudex ritè & rectè in ſubhaſtatione procedens priuat poſſeſſione, illamque transfert in liberatarium & numero 2.*

3 *Remedium poſſeſſorium non datur aduerſus ſententiam Iudicis adiudicantis rem per ſubhaſtationem ſeruatis ſeruandis, niſi iniuſtitia, ſiue nullitas ſit ita patens, & notoria, vt nulla ratione poſſit velari, & num. 4.*

5 *Officium Bancheriorum Hebreorum vbi eſt manuale.*

6 *Euictio, quæ prouenit ex natura rei, non debetur, niſi promiſſio ſit ampliſſima, & n.7. & 10.*

8 *Euictio promiſſa dicitur, vbi quis ſe obligauit in ſe ſuſcipere omnem litem.*

9 *Euictio, quæ prouenit ex natura rei quando debeatur à venditore & n.10. & 11.*

12 *Loca Montium connumerantur in ſtabilibus.*

13 *Eccleſiarum bona ſtabilia alienari non poſſunt abſque Beneplacito Apoſtolico.*

14 *Lim. vt nulla requiratur ſolemnitas in alienatione neceſſaria ob ſoluendum æs alienum contractum, puta alicuius hæreditatis aditione.*

15 *Executio contra Moniales hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, vel etiam ſine, non poteſt fieri in bonis propriis, nec & vltra vires grauari poſſunt, nec in obolo. Lim. vt n. 18.*

16 *Inuentarium in hærede fuit inuentum ad tollendas fraudes.*

17 *Eccleſia hæres non tenetur inuentarium conficere tanquam in ea ceſſent fraudes.*

19 *Executio exceſſiua etiam in obolo vitiatur in totum.*

20 *Euictionis tempus attenditur reſpectu intereſſe, dum agitur actione ex empto, ſiue melior, ſiue deterior res facta ſit.*

21 *Euictio ſequuta de officio, & eius mobilibus debetur pro omnibus, dum vnica omnium fuit venditio, & promiſſio.*

DECISIO CLXII.

LOca Montium, de quibus agitur, erant propria Monialium S. Ioſephi ad capita domorum hæredumque Franciſci Sotij; quæ fuerunt iudicialiter deliberata, & pretium Iacobi Cæſio exburſatum pro euictione Officij Bancheriorum Hebreorum emptor. à d. Franciſco per Michaelem Angelum Scarpellium cum pecuniis eiuſdem Ceſij, vna cum Pulpitis, filzis, protocollis, raſtellis, & aliis ad d. Officium ſpectantibus, & cum coraminibus in apotheca, in qua exercetur, exiſtentibus pretio ſcutor. 3250. aſſerens idem venditor d. Officium eſſe liberum, & ad ipſum pleno iure ſpectare, & pertinere, nulli fideicommiſſo eſſe obnoxium, nec aliquid fuiſſe factum in præiudicium præſentis venditionis, eaque ſibi facere licuiſſe, ac etiam litem omnem in ſe ſuſcipere promiſit, & quamcumque perſonam prætendentem intereſſe deſuper facere conſentire, ac in poſſeſſione d. Officiis manutenere, ac generaliter de omni, & quacunque euictione generaliter, & particulari in forma iuris valida, & in Vrbe conſueta teneri voluit, & ad prædicta ſe in forma Cameræ obligauit, prout latius in inſtrumento venditionis, Summario Iacobi num. 1.

Hodie Moniales prætendunt manutentionem ſuſuper dictis locis Montium ſub prætextu, quod tale officium ſit manuale, quod dicta loca Montium, cum dicantur bona ſtabilia, non potuerint alienari abſque Beneplacito Apoſtolico, quod exequutio fieri non potuerit in bonis propriis Monialium, cum ipſi acceperint hæreditatem cum beneficio legis, & tandem quod mandatum per Iacobum ſucceſſorem in d. Officio mediante venditione ſibi facta à d. Scarpellio, & poſſeſſorem tempore euictionis, ex eadem cauſa obtentum, fuit exceſſiuum, eo quia obtentum fuerit pro ſcutis 4500. quibus tamen non obſtantibus fuit per Dominos reſponſum negatiuè.

1 Potuerunt * enim Moniales ſua poſſeſſione d. locorum Montium priuari auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis, *l. iuſtè poſſidet, ff de acquir. poſſ. Ang. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas num. 2. in fin. eod. tit. Rot. dec. 802. nu. 7. par. 1. diuerſ. & 341. num. 2 par. 3. recent. & 582. num. 4. & 5. coram Papa*

2 *Greg. XV. & dec. 173. num. 2. par. 1. recent.* † illamque in d. liberatarium transferri, *dec. 74 nu. 4 d. par. 1.*

3 *recent.* * aduerſus quam ſententiam Iudicis adiudicantis talem ſubhaſtationem ſeruatis ſeruandis non

4 datur remedium poſſeſſorium, niſi iniuſtitia, ſiue nullitas ſit adeo patens, & notoria, vt nulla ratione poſſit velari. *Abb. in c. cum cauſam, numero 4. verſ. ſecus, de offic. deleg. Contard. de moment. poſſ. limit. 7. numero 25. & ſeq. Rot. poſt primum vol. conſ. Farinac. deciſ. 106. num. 1. Poſt de manutent. obſeru. 12. n. 8. & 9. Gratian. diſcept. for. cap. 912. n. 53. & dec. 646. n. 1. & 2 par. 2. recent.*

5 Et primo non obſtat, quod * tale Officium ſit manuale, vt firmatur in dec. 15. poſt Ferzon. ad Sta-

6 tut. Vrb. & ſic † Sotius non teneatur de euictione, quæ potuerit ex natura rei, iuxta tex. in *l. ſi ſeruus venditus, in princip. ff. de euict. gl. Bart. & Bald. in l. ſi famil. ff. famil. erciſc. Roman. conſ. 503. num. 14. Crauett. conſ. 211. n. 6. Mangil. q. 21. & ſeqq.*

Quia, cum venditio huius Officij fuerit facta eiſdem verbis, & modo quo fuiſſet venditum aliud Officium Capitolinum pro eodem pretio cum expreſſa declaratione, quod ambo erant libera, & ad venditorem pleno iure ſpectabant, iuncta promiſſione de faciendo conſentire omnem perſonam, vt ſuperius fuit narratum, quam venditionem Cardi-

7 nalis Camerarius admiſit ad vitam emptoris, * vtique ſub hac ampliſſima euictionis promiſſione comprehenditur etiam euictio, quæ prouenit ex natura rei, *Tiraq. de retract. lignag. § 1. gl. 9. numero 55.* iunctis, quæ ſcribit ad finem *tit. 89. Decian. conſ. 55. num. 94. lib. 3. Hond. conſ. 3. nu. 75. lib. 1. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 19. numero 32. & ſeqq. Ciriac. controuerſ. 283. numero 54. Rot. dec. 152. numero 5. par. 2.*

8 *diuerſ.* & † in ſpecie dicitur promiſſa euictio quando quis ſe obligauit in ſe ſuſcipere omnem litem, vt inquit idem *Honded. conſ. 3. verſ. ac etiam*, ex hac enim ampla promiſſione Sotij clarè patet, Iacobum nullam habuiſſe ſcientiam, quod Officium ſupradictum eſſet talis qualitatis, vt per Moniales prætenditur, & * ceſſante talis ſcientia debetur etiam euictio

euictio, quæ prouenit ex natura rei per illam generalem promiſſionem euictionis, *Surd.conſ.311.numero 27.* cum tali caſu teneatur venditur certiorare emptorem de natura rei, *Bald.in l.ſi famil.num.* 1. *C.famil. erſciſ. & conſ.* 443. *vol.* 5. *Aluarott. conſ.*95. *vol.*4.*Corn.conſ.*190.*vol.*2.*Crauett. conſ.* 83. *numero* 3. *Surd. conſ.* 145. *numero* 8 *& dec.* 265. *numero pariter* 8. & licet in *dec.* 15. *apud Fenzon. ad Statut. Vrb.* firmetur, huiuſmodi Officium eſſe venale, ſeu vaca-
10 bile, † tamen non inde ſequitur Socium noluiſſe teneri de euictione proueniente ex natura rei, ſtante prægnantia clauſularum in Inſtrumento venditionis appoſitarum, vt in ſimilibus terminis declarat *Seraph.dec.*468. *numero* 7. &, quatenus etiam tale Offi-
11 cium eſſet vacabile, * tamen ex dictis clauſulis contrahẽtes videntur magis reſpexiſſe ad illorum contractum, quam naturam Officij, ad tradita per eundem *Seraph.in d.dec.*468. *in fin.* cum ſit inueriſimile, quod quis vellet erogare ſcuta 3250. pro emendo Officio manuali, à quo die ſequenti amoueri poſſet.
12 Secundo non obſtat, quod † loca montium inter ſtabilia connumerentur, vt firmauit *Rot. in Narnien.Succeſſionis* 22. *Maij* 1628. *coram bo: me. Mer-*
13 *lino, & dec.*177. *num.*38.*par.*5.*diuerſ.* † & ſic non potuerint alienari abſque Beneplacito Apoſtolico, *c.* 1. *de reb. Eccl.non alien.in* 6. *Clem.*1.*eod.tit. Rot. in Papien.Bonor.* 17. *Maij* 1627.*coram Coccino.*
14 Quia, † cum talis alienatio fuerit neceſſaria ex cauſa contractæ obligationis per aditionem hæreditatis, nulla ſolemnitas erat adhibenda, *auth.hoc ius, C.de Sacroſ. Eccle. & ibi Bart. & DD. communiter Redoanus de reb. Eccleſ. non alien rubrica de caſib. in quibus ſit alien. num.* 1. *& ſeq. fol.*260. *Fenzon. ad Statut.Vrb.in annotat.cap* 113. *n.* 20. *lib.* 1. *Greg. XV. dec.*49.*n.*17.*& ſeq.& dec.*408. *n.* 5.
Tertio, minus releuat, quod talis exequutio fieri minimè potuerit in bonis propriis dictarum Mo-
15 nialium, * quæ cum acceperint hæreditatem cum beneficio legis non tenebantur vltra vires hæreditarias, nec in obolo poterant grauari, etiam ſi inuentarium non confecerint iuxta claram diſpoſitionem, *l. fin.* §. *& ſi præfatam*, *C.de iur. delib. Rot.*
16 *dec.* 181. *numero* 1. *par.* 6. *recent.* cum * inuentarium fuerit inuentum ad tollendas fraudes, quæ videntur
17 ceſſare in Eccleſia, & ſic non tenentur illud conficere, vt inquit *Mantic.de inuent.tract.tom.*8.*par.*2. *fol.*270.*par.*2.*num.*2.
18 Quia, * ſi bona omnia hæreditaria extarent non teneretur Eccleſia aliquid de ſuo exponere, ſed dum dictæ Moniales citatæ ad exhibendum Inuentarium, ac bona inuentariata, non adimpleuerunt, præſumendum eſt, eaſdem in ipſarum vtilitatem res hæreditarias conſumpſiſſe, & ideo teneri de proprio, cum dicantur factæ locupletiores, dum bona hæreditatis, & non propria pro ſeruitio Monaſterij impenderunt, vt in *l.pupillo,ff.de ſolut.Rot.dec.*72. *numero* 40.*par.* 2.*diuerſ. Gratian. diſcept. for. cap.* 720. *n.*12.*& ſeq. Abb. conſ.*33. *num.*4. *verſ.venio nunc ad tertium dubium*, *Rot.in Sabinen.Cenſus.*21.*Iunij* 1641 *coram Pirouano.*
Quarto tandem non obſtat, quod exequutio fuerit exceſſiua, cum fuerit conſumata pro ſcutis 4500. & pretium eſſet tantum ſcut. 3250. & * vti talis non
19 poſſit ſuſtineri, cum ad hũc effectum ſufficiat exceſſus etiam in obolo, vt firmauit *Rota dec.* 198.*n.*1.*coram Papa Greg.XV*,
Quia licet à principio tale Officium fuerit emptum pretio ſcutor 3250. tamen probatur, quod tempore euictionis idem Officium locabatur ad rationem ſcutor. 250. correſpondentem pretio ſcut. 4500. quo fuit emptum à d. Iacobo, qui propterea in tanta ſumma dicitur damnificatus, pro quibus
20 fuit relaxatum mandatum pro euictione, &, * dum agitur actione ex empto, attenditur tempus euictionis, ſiue res ſit melior, vel deterior facta, *text. in l.re euicta, la prima.ff.de euict.Vinc.de Franc. dec.* 297.*num.*1. *& ſeq.Seraph.dec.*1114.*nu.*2. *Magon.dec. Florent.* 110.*num.*2. *& ſeq.Mangil.de euict.qu.*20.*nu.* 28.*& ſeq.*
Nec d. exceſſus poteſt conſiderari in ſupradictis mobilibus, pro quibus non fuit promiſſa eui-
21 ctio, quia, † cum vnica fuerit venditio, & de iſtis in hac venditione fuerit facta mentio, & vnicum fuerit conſtitutum pretium, ita videtur vnicus contractus, & indiuiduus, ac per conſequens dicitur etiam promiſſa euictio pro iſtis mobilibus, cum non veriſimile ſit, emptorem emere voluiſſe ſine dictis mobilibus, pro quibus etiam dicitur promiſſa euictio, dum eſt ſequuta pro negotio principali, *l. quod autem,in fin.& l. quod ſi vno,ff.de in diem addict. Tiraqu. de retract. lignag.* §. 23. *gl.*1.*num.*5.*Mangil.de euict.quaſt.*133.*num.*4 *Soccin.iun.conſ* 26.*num.* 1.*Becc. conſ.* 106. *numero* 49. *Surd.conſ.*359.*num.*30. *& deciſ.* 295. *num.* 17.
Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit, &c.

R. P. D. ROYAS.

Amerina Bonorum.

Lunæ 18. Maij 1643.

SVMMARIA.

1 *Monaſterij Sancti Norberti de Vrbe Præſes habet in vim Religionis Conſtitutionum ſupremam facultatem adminiſtrandi bona, & faciendi ea omnia, quæ agere valent alij Prælati excepta diſtractione ſtabilium.*
2 *Monaſterium S. Norberti de Vrbe habet omnia requiſita, quæ Collegio conueniunt, & quæ ſint.*
3 *Emptio facta per Præſidem, Collegio non conuocato, non tenet. Limitat ibid.*
4 *Prælati Præmonſtratenſes non poſſunt æs alienum contrahere abſque Conuentu.*
5 *Conſtitutio prohibens Præſidentibus Monaſteriorum contrahi debita non poteſt intelligi de debito ex cauſa acquiſitionis, & emptionis, bonorum & in vtilitatem Monaſterij.*
6 *Caſus in Conſtitutione non expreſſus habetur pro non comprahenſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis.*
7 *Prælati Monaſteriorum, quæ debita poſſint de iure contrahere, & quando poſſint bona diſtrahere abſque ſolemnitatibus, & n.*8.14 *&* 18.
9 *Æs alienum quando dicatur contractum in vtilitatem Eccleſiæ.*
10 *Solemnitates in contractu rei Eccleſiæ quando non requirantur, vel requirantur*
11 *Obſeruantia proxima interpretatiua multum defertur & facultatem tribuit faciendi, quod fuit obſeruatum, & num.* 12.
13 *Prælatus Monaſterij diſtrahere poteſt pecuniam abſque ſolemnitatibus, cum ſit de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

Digitized by Google

15 *Executio pro debito contra Monaſterium fieri poteſt tam ſuper fructibus, quã ſuper locis Montiũ, & n.16.*
16 *Loca Montium ex Conſtitutionibus Summorum Pontificum poſſunt liberè diſtrahi, & obligari, caduntq; ſub hypotheca, & obligatione camerali, & num.17. Lim. vt num.20.*
18 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ neceſſaria ex cauſa contractæ obligationis ob factam emptionem non requirit ſolemnitatem, niſi ſubhaſtationis. & nu.19.*

DECISIO CLXIII.

SVb die 19. Aprilis 1641. ſuit coram Eminentiſſ.
Cardinali Veroſpio reſolutum, contractum venditionis Vineæ, & aliorum bonorum ſtabilium Pauli
Parcæ ſequutæ ad fauorem Collegij S. Norberti de
Vrbe mediante Præſide pro tempore pretio ſcut.
3000 cum pacto ſoluendi fructus recompenſatiuos
pro ſcutis 2000. non ſolutis eſſe validum, & mandatum eſſe relaxandum ſuper bonis per dict. Paulum
venditis tantum. Poſtea fuit coram me dictum ſub
die 21 Februarij 1642. non intrare arbitrium pro retardatione exequutionis mandati, etiam ſuper fructibus locorum Montium ex rationibus in deciſione deductis: modo dubitaui, An eſſet perſiſtendum in deciſis ſub dicta die 19. Aprilis 1641. coram Eminentiſſimo Veroſpio; Et fuit reſolutum
quoad primam partem firmantem validitatem
d. venditionis ſtandum eſſe in deciſis, quo vero
ad ſecundam partem, in qua dictum fuit, executionem eſſe faciendam ſuper bonis per Paulum venditis
tantum à deciſis fuit receſſum.

Inconcuſſa ſiquidem remanere dicebant Domini
fundamenta primæ partis deciſionis firmantis validitatem venditionis ob facultatem ampliſſimam
competentem Præſidi vigore Conſtitutionum Mo-
1 naſterij. * ex quarum diſpoſitione illi conceditur ſuprema facultas adminiſtrandi bona, & faciendi ea
omnia, quæ agere valent alij Prælati, excepta diſtractione bonorum immobilium, vt optimè comprobatur in *d. dec. 19. Aprilis, §. idem etiam permiſſum erat.*

Vnde non obſtat, quod ex teſtibus nouiter examinatis conſtet, Monaſterium habere omnia re-
2 quiſita, quæ Collegio conueniunt, * ſcilicet ſigillum commune, & Arcam, nec non ſe congregare
pro negotiis Monaſterij, quæ omnia eſſe ſigna veræ collegialitatis dixerunt *Card. in Clem. 2. num. 10. de ætat. & qualit. Abb. in c. nobis, num 8. verſ quando autem agnoſcatur, de iure patron. Decian. reſponſ 6. num. 1. lib. 6. Rot. dec. 185. nu. 2. par. 4. diuerſ. Greg. XV. deciſ. 482. n. 4.* cum aliis per *Add. ad Burat. dec. 455.*
3 *numero 5.* † propterea non ſuſtineri emptionem factam per Præſidem Collegio non conuocato, *c. Abbatibus, 12. q. 2. c. in venditionibus 17. q. 4. Abb. in c. nouit. n. 7. de iis quæ fiunt à Præl. ſine conſen. capitul.* Quia
fuit reſponſum, contractum præfatum bene ſuſtineri ex d. ampliſſima facultate competente Præſidi vigorem dd. Conſtitutionum Monaſterij, & late in *d. dec. 19. Aprilis* deductum fuit, vnde ſemper depoſitionibus præfatorum teſtium obſtabit d. Conſtitutio particularis Monaſterij.

4 Nec repugnat Conſtitutio Innocentiana * prohibens Prælatis Præmonſtratenſibus æs alienum
5 contrahere abſque Conuentu. Quia † cum Conſtitutio loquatur de ſimplici contractu debiti, non
poteſt intelligi de debito ex cauſa acquiſitionis, &
emptionis bonorum in vtilitatem Monaſterij, *Ruin. conſ. 114. numero 789. lib. 1. Alex. conſ. 140. numero 4. lib. 5. Surd. dec. 174. numero 14. Duran. dec. 36. num. 6.*
6 Et * hic caſus tanquam omiſſus à d. Conſtitutione
Innocentiana debet haberi pro non compræhenſo, & remanere in diſpoſitione iuris communis, *l. commodiſſime ff. de lib. & poſthum. l. ſi extraneus, de cond. ob cauſ. Alex. d. conſ. 140. num. 6. lib. 5. Oldrad. conſ. 228. num. 1. Bero in c. nulli, n. 14. verſ. cum itaque*
7 *de reb. Eccleſ. non alien.* De iure autem Prælati poſſunt ſimilia debita contrahere ex cauſa acquiſitionis
in vtilitatem Eccleſiæ, generaliter obligare eius
bona, *Abb. in c. nulli, nu. 13. de reb. Eccleſ. non alien. Bero. ibid. num. 12. & 14. verſ. cum itaque Butrius nu. 2. Couar. var. lib. 2. cap. 16. numer. 7. Caſtropal. oper. moral. tit. 2. diſp. vnic. q. 15. §. 2. numero 2.* Ita, & ta-
8 liter, vt bene * valeant Prælati bona diſtrahere ad
Eccleſiam ſpectantia abſque aliqua ſolemnitate pro
ſoluendis dictis debitis contractis in vtilitatem Eccleſiæ ex cauſa emptionis ſtabilium, *c. 1. de ſolut. Ricc. deciſ. Neapolit. Cur. Archiepiſc. 226 par. 1. num. 12. Barboſ. in c. 1. num. 2. de ſolut.* vbi concordantes,
Alciat. conſ. 3. num. 5. lib. 1.

9 Quod vero * æs alienum fuerit contractum in
vtilitatem Eccleſiæ deſumptum fuit ex eo, quod
pecunia fuit conuerſa in emptionem Prædiorum,
ſiue rei perpetuo duraturæ, *Innoc. in c. quod quibuſdam. num. 4. de fideiuſſ vbi Card. num. 13. in 10 quæſt. verſ Innocent. autem, Imol. n. 13. eod. verſ. Caſtr. conſ.*
10 *337. num. 1. verſ. ſed hic, lib. 1.* † ita vt in hoc contractu non requirantur ſolemnitates, de quibus in Extrauaganti Ambitioſæ Pauli II. *de reb. Eccleſ. non alien.* dum illæ tantum deſiderantur, quando agitur
de translatione dominij bonorum Eccleſiæ in alios,
non autem quando Eccleſia intendit bona acquirere, vt in hoc contractu, dum Collegium bona ſtabilia à Paulo emit, *cap. nulli, de reb. Eccleſ. non alien. vbi Butr. num. 11. Rebuff. in compend. alien. rer. Eccleſ. num. 8. Nauarr. in eod. compend. nu. 1. in princ.*

Prædictis accedit obſeruantia, dum de anno
1629 per Præſidentem de eo tempore abſque conſenſu Religioſorum fuit empta Vinea petiar. 24.
pretio ſcutor. 1750. & ſub die 5. Februar. 1632. fuit
empta domus cum Viridario à Patribus Sanctæ Pœnitentiariæ pretio ſcutor. 5500. abſque alio inter-
11 uentu Religioſorum, † cui obſeruantiæ interpretatiuæ tanquam proximæ multum venit deferendum, *Rot. dec. 37. numero 34. & 35. par. 2. diuerſ. & 170. numero 4 par. 2. recent. & par. 5. dec. 150. num. 27. circa fin. Adden. ad Greg. XV. dec. 325. numero 26.* Et Præſidentem pro tempore habere à ſuo Superiore facultatem emendi de per ſe, bene d. obſeruantia demonſtrat, dum ea declarat conceſſum, quod ſub-
12 ſequutum fuit, * ita vt tribuat facultatem faciendi,
quod fuit obſeruatum, *l. ſi de interpretat. ff. de legib. ibid. DD. ad not. in c. in litteris, de reſtit. ſpoliat. Surd. conſ. 240. num. 43. cum ſeq. & conſ. 423. num. 14. Eugen conſ 30. n. 25. lib. 1.*

Nihil obſtat, quod ſcuta 1000. erogata pro ſolutione partis pretij bonorum emptorum, de quibus agitur, eſſent deſtinata in emptionem locorum
Montium, quia nec hoc remanſit probatum ex apoca Vandelpolij, quinimmo contrarium apparere
ex partitis menſæ nummulariæ S. Spiritus, vltra
13 quod modo amplius non agitur de dictis pecuniis
iam erogatis in hac emptione, & * Prælato bene ſit
permiſſa diſtractio pecuniæ ſine ſolemnitatibus
cum ſit de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,
Abb. in c. nulli. num. 11. de reb. Eccl. non alien. Alex. conſ.

Digitized by Google

conſ. 91. n. 3. lib. 6. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 7. n. 105. in fin. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. q. 6. nu. 9. ſed in præſenti agitur pro ſcutis 2000. debitis Paulo pro reſiduo non dum ſoluto ex cauſa obligationis d. Præſidentis nomine Eccleſiæ, non reſtrictæ ad certas pecunias, ſed generalis de ſoluendo pretium, quod poteſt ſolui ex aliis pecuniis non deſtinatis pro emptione aliqua, † pro quibus bene ſu-
14 ſtinetur promiſſio etiam abſque Beneplacito Apoſtolico, *Abb. in d. c. nulli, n. 11. de reb. Eccleſ. non alien. Bero. n. 82. Alex. conſ. 92. n. 3. lib. 6.*

Nec pariter obſtat, quod contractus ſit reſolutus, ex quo bona vendita extabant obnoxia Patrimonio Pauli, ad cuius titulum ipſe repetiebatur inſignitus, quia placuit reſponſio circa hoc data in deciſione *hodie reuiſa, in §. altera exceptio*, & quamuis modo conſtiterit, bona dicto Patrimonio ſubrogata fuiſſe euicta vigore laudi R. P. D. Cybo, tamen dicebant Domini, quod ex pretio ſoluendo per P. P. Præmoſtratenſes poſſent emi pro concurrenti quantitate valoris d. Patrimonij tot loca Montium, vel bona ſtabilia; Et ſic huic obiecto erit optime cautum, & ſatisfactum.

Quo vero ad ſecundam partem d. deciſionis hodie reuiſæ firmantis, executionem eſſe faciendam ſuper bonis per Paulum venditis tantum pro conſecutione ſcutor. 2000. debitorum pro reſiduo fuit hodie meritò receſſum, & firmatum, executionem non eſſe arctandam ad bona vendita tantum, ſed vel eſſe faciendam ſuper fructibus bonorum Collegij, vt fuit firmatum coram me ſub die 21. Februar. 1641. §. fuit enim reſponſum, cum qua DD. tran-
15 ſierunt, * vel eſſe faciendam etiam ſuper locis Mon-
16 tium, & ſic ſuper proprietate, & quo * loca Montium ex Conſtitutionibus Summorum Pontificum poſſunt libere diſtrahi, & obligari abſque ſolemnitatibus, & ſuper eis benè executio fieri poteſt ad effectum ſatisfaciendi creditoribus, cum * cadant
17 ſub hypotheca, & obligatione camerali, *Bald. in l. ſi pupilli, §. ſi pupillus, verſ. item nota hunc textum, ff. de reb. eor. l. iubemus nulli*, C. *de Sacroſ. Eccleſ. auth. hoc ius porrectum*, C. *eod. tit. Menoch. de adipiſc. remed. 5. n. 13. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. c. 5. num. 2. & 3. Aſin. in prax. §. 31. cap. 2. ampl. 32. & 35. num. 1.* Et, * dum in præſenti agitur de alienatione
18 neceſſaria ex cauſa contractæ præcedentis obligationis per Prælatum ob emptionem ſequutam, non requiritur ſolemnitas Extrauag. Ambitioſæ, de rebr. Eccleſ. * cum tunc ſufficiat ſola ſolemnitas haſtarum
19 quia non dicitur voluntaria alienatio, de qua loquitur d. Extrauag. Ambitioſæ, ex *tex in c. nulli, de reb. Eccleſ. non alien. DD. in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacroſ.* Eccleſ. *& ibi Bart. in vlt. col. verſ. quæro pone. Neguſ. de pign. par. 6. memb. 1. num. 15. verſ. primo igitur, Gratian. diſcept. 931. in princ. Bordon de regul. tit. de alien. bon. reſol. 27. n. 7. & 63.* & reſoluit *Rota hac ead. die in Romana Locorum Montium coram R. P. D. meo Meltio.*

20 Vltimo, non obſtat * deciſio in Veneta Pretij Bonorum, ſeu Nullitatis Contractus 13. Nouembris 1602. coram Card. Hieronymo Pamphilio, in qua prohibetur diſtractio locorum Montium, ex quo in caſu d. deciſionis agebatur de locis Montium, ſeu impreſtitis Ciuitatis Venetiarum, quæ ſunt diuerſæ naturæ, ac qualitatis, cum illa ſint, verè impreſtita Ciuitatis Venetiarum, quæ propterea bene cadunt ſub prohibitione alienatis tanquam ſequentia naturam bonorum immobilium, *Clem. 1. §. cum annui redditus, de verb. ſign.* Et ſi aliquod damnum Monaſterium ſentiet, bene poterit reſarcire ex fructibus, quos percipit ex bonis venditis, modo à d. Collegio poſſeſſis, vt firmatur in d. deciſione in hac cauſa coram me facta, §. *vltimo non obſtat.* Et licet diſtrahantur loca Montium in ſumma ſcutor. 2000. adhuc remanent d. Collegio quamplura alia loca Montium à Præſidentibus Monaſterij pro tempore empta.

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO

Florentina Horti

Mercurij 1. Iulij 1643.

SVMMARIA.

1 *Sententiam in iudicatum tranſacta habet executionem paratam, & parit actionem perſonalem indicati, vel in factum, etiam in actione reali; & n. 3.*

2 *Conſenſus litigatorum in iudicio importat quaſi contractum, & obligationem parendi iudicato.*

4 *Rei vendicationis ex natura venit reſtitutio.*

5 *Executio ex cauſa fieri poteſt in alia re, quam petità præuia ſummaria talis cauſa cognitione, & in eiuſdem rei æſtimatione, ſaltem donec fiat reſtitutio rei petita, & num 6.*

7 *Rei vendicationis in iudicio poteſt Reus præciſe cogi ad rem ipſam reſtituendam, ſi reſtituendi facultatem habeat.*

8 *Ampl. etiam captis pignoribus, vt ſit contra non parentes ſententiæ Iudicis aliquid fieri præcipienti.*

9 *Ampl. vt executio facienda ſit pro æſtimatione, & quantitate, quam iurauerit actor, cui defertur iuramentum in litem, etiam affectionis, & quare, & num. 11. & 12.*

10 *Iuramentum in litem etiam affectionis defertur Actori, quando Reus poteſt ad aliquid præciſe compelli.*

13 *Conditionis melioris quis fieri non debet ex propria mora, & culpa.*

14 *Notorium ſufficit allegare abſque alia probatione.*

15 *Executio ſententiæ vbi petitur coram eodem Iudice, non eſt opus noua litis conteſtatione, ſed ſufficit quaſi lis qualis petitio.*

16 *Ampl. vt idem ſit, quando proceditur ſummariè.*

DECISIO CLXIV.

SEntentiam Rotalem, qua pronunciatum fuit, Hortum, de quo agitur, ſpectare ad Petrum Ioannem de Cambiis, Rota cenſuit exequendam eſſe ſuper bonis ſtabilibus Bernardi Rei conuenti in agro Romano exiſtentibus.

1 Habet * enim ſententia in iudicatum tranſacta executionem paratam, *l. poſt rem indicatam, ff. re iud. Neuiz. conſ. 4. num. 9. & 11. Aſin. in prax. §. 7. lim. 5. num. 2. cap. 2.* paritque actionem perſonalem
2 iudicati, vel in factum, quia † conſenſus litigatorum in iudicium importat quaſi contractum, & obligationem parendi iudicato, *l. actori 8. C. de reb. cred. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul.* & ibi *Bart. num. 1. & 7. in fin. Ang. in fin. Salic. ad med. verſ. nec obſtat, Barz. dec. 23. num. 17.* * Etiam ſi ſententia lata fuerit, vt in
3 caſu noſtro, in actione reali, *l. miles, § fin ff. de re indic.* & ibi *Cuman. nu. 1. poſt med. Alex. n. 9. in fin. Iaſ. num. 7. verſ. contrariam opinionem, gloſ. vlt. in l.* nam

Digitized by Google

nam & poſtea, & ſ. fin. ff. de iur. iur.

Et, cum ſententia declaret, Hortum ſpectare ad
Petrum Ioannem, & aduerſarium ab eius occupa-
tione amouendum eſſe, ac mandatum de immit-
tendo, & amouendo reſpectiuè, & aliud quodcum-
que neceſſarium relaxet, continet etiam relaxatio-
4 nem mandati pro reſtitutione Horti, quia * reſti-
tutio venit ex natura rei vendicationis, *l. officium, 9.*
ibi, *neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere, ff. de rei vendic.*
& ibi *Bart. num. 4. ex gl. in l. Pomponius, §. ſi is, qui
precario, ff. de acq. poſſ. verſ. Item an hic, Fab. de error.
pragmat. par. 1. dec. 18. err. 4. n. 3. & 9.*

Quod, quia exequutioni mitti non poteſt ſuper
ipſo Horto, exequendum venit ſuper bonis ab ad-
5 uerſario poſſeſſis in agro Romano, nam * ex cauſa
fieri poteſt executio in alia re, quam petita, præ-
uia ſummaria talis cauſæ cognitione, *Ang. in l. 1.
numero 28. C. de iudic. Roman. conſ. 270. numer. 4. &*
6 *tex. in l. qui reſtituere, ff. rei vendic.* vbi quod † fieri
poteſt executio in eiuſdem rei æſtimatione, ſaltim
donec fiat reſtitutio rei petitæ, ad *tex. in l. 1. & tot.
tit. ff. vt in poſſ. leg. vel fideicomm. Rot. in Romana Cen-
ſus 14. Iunij 1636. coram bo: me: Pirouano impreſſa, par.
7. recent, dec. 150. num. 2.*

7 Cumque * Reus in iudicio rei vendicationis, dum
habet reſtituendi facultatem, poſſit præcisè cogi,
rem ipſam reſtituere, *Bart in l. ſtipulationes non di-
uiduntur, nu. 38. ff. de verb. oblig. Curt. iun. in termi-
nis condemnati per ſententiam Iudicis in l. in actioni-
bus, ſub n. 22. verſ. vel etiam ex Iudicis ſententia,
ff. vt in lite iuran. Add. ad Alex. conſ. 214. littera I.
8 lib. 7.* etiam captis pignoribus, vt fit contra non
parentes ſententiæ Iudicis aliquid fieri præcipien-
ti, *Vinc. de Franc. dec. 310. num. 1.* quam ſequitur *Fac-
chin. conſ. 63. n. 1. lib. 3.*

9 Executio * facienda eſt pro æſtimatione, &
quantitate, quam iurauerit actor, cui defertur iu-
10 ramentum in litem, etiam affectionis, † vt ſolet,
quando Reus poteſt ad aliquid præciſe compelli,
*Curt. in puncto in d. l. in actionibus, ſub num. 22. Hel-
fric. Hunn. in tract. de rer. æſtimat, q. 7. in princ.* vbi
11 dicit rationem, quia † niſi in hoc iudicio permit-
teretur domino iureiurando in litem rei ſuæ; pro
ſuo arbitrio pretium ſtatuere, cogeretur inuitus re
ſua carere, aut iuſto pretio illam vendere, contra
id, quod ad litteram diſponitur in *l. ſi tutor, ff. de
in lit. iuran. & in l. non enim. ff. act. rer. amot.* & quod
12 * pro executione iudicati in iudicio rei vendicatio-
nis detur iuramentum in litem, notat *Fab. de error.
pragmat. par. 1. dub. 17. err. 6. n. 6.* eo magis in caſu
noſtro, quo Rota declarauit, actorem non eſſe co-
gendum ad recipiendum pretium Horti, prout
condemnauerat ſententiam D. Nuncij Florentiæ:
ſi enim executio fieret ſolum pro iuſto pretio, hoc
eſſet exequi d. ſententiam, quam Rota reuocauit,
13 * & aduerſarius ex propria mora, & culpa melio-
ris fieret conditionis, vt benè ad propoſitum aduer-
tit, *Fab. d. dec. 17. err. 6. ſub n. 11. verſ. nec vnquam.*

Cauſa autem exequendi in alia re, quam petita,
in caſu noſtro eſt patens, quia Hortus ſitus eſt in
Ciuitate Florentiæ, vbi ſimile executiones fieri dif-
ficile eſt, & dixit *Rot. dec. 14. ſub. num. 3 par 2. re-
cent.* & impoſſibile hiſce temporibus bellorum,
14 * quæ cum ſint notoria, ſufficit, quod allegentur
abſque alia probatione, *Gloſ. in clem. appellanti, verb.
aliæ, de appell. Felin. in c. cum ordinem n. 11. & ſeq. de
reſcript. Dec. conſ. 356. nu. 4. verſ. Secundo reſpondetur,
Affl. dec. 50. num. 5. Sard. dec. 259. n. 14.*

Neque pro huiuſmodi executione obtinenda o-
pus fuit noua conteſtatione litis, ſed ſolum quaſi
15 quaſi petitione, † quæ ſatis eſt, quando petitur
executio ſententiæ coram eodem Iudice, *Felin. in
c. 1. n. 7. in 5. fallentia, de lit. conteſt. vbi Soccin. n. 41.
Alex. in l. intra dies, n. 4. ff. rei iudic. Aſin. in prax. ſ.
4. cap. 3. num. 1. Surd. de aliment. tit. 3. q. 9. n. 6. Grat.
16 diſcept. 66. num. 24.* * vel quando proceditur ſum-
mariè, *Clem. ſæpe, de verb. ſignific. Abb. in c. fin. n. 10.
de offic. Iudic. Durant. in prax. par. 4. diſtinct. 9. n. 20.
Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 2. n. 5.*

Et ita deciſum vna tantum parte informante,
quia alia pluries citata non comparuit.

R. P. D. ROYAS.

Romana Hæreditatis de Gratianis.

Veneris 29. Maij 1643.

SVMMARIA.

1 *Executiuè agi non poteſt contra tertium poſſeſſorem.*
2 *Alienatio rei litigioſæ eſt expreſsè prohibita.*
3 *Executiuè procedi poteſt, & abſque nouo proceſſu contra tertium, in quem ſcientem lite pendente, alienata fuit res litigioſa. & n. 9.*
4 *Litigioſi vitium contrahitur in actione reali, non in perſonali.*
5 *Interdictum quorum bonorum eſt actio perſonalis.*
6 *Litigioſa vt dicatur poſſeſſio, & vt res non poſſit acquiri, nec in alterum transferri, ſufficit litem motam eſſe in poſſeſſorio.*
7 *Alienatio rei litigioſæ ex cauſa neceſſaria ſuſtinetur: Lim. vt ibid.*
8 *Scientia probatur coniecturis.*
10 *Colluſio in alienatione rei litigioſæ præſumitur inter ſocerum, & generum. Ampl. vt n. 11.*
12 *Executiuè procedi non poteſt contra tertium, in quem per viam iudicialis ſubhaſtationis, & deliberationis tranſiuit res litigioſa.*
13 *Fraus conſiderari non poteſt, vbi factum Iudicis interuenit.*
14 *Statutum Vrbis mandat inter Ciues, & incolas ſeruari Ius Ciuile. Decl. vt n. 17.*
15 *Legitimatus vt quis dicatur per ſubſequens matrimonium requiritur probatio, matrem fuiſſe à patre retentam domi in ſchemate concubinatus. Decl. vt n. 23. & 24.*
16 *Matrimonium cum meretrice, vti turpi perſona, contrahi non poteſt de iure Ciuili ad effectum legitimationis filiorum, & ſucceſſionis, & num. 22. ſecus de Iure Canonico, vt n. 23. & 24.*
18 *Ius Canonicum ſemper attendi debet in rebus ſpiritualibus, & iis, quæ ex ſpirituali conſequuntur.*
19 *Matrimonium ſubſequens poſt filij natiuitatem præbet effectum ſucceſſionis.*
20 *Ius Canonicum, non Ciuile attendi debet in matrimonio, eiuſque effectibus, etiam in Terris Imperij, & præſertim reſpectu legitimationis, & ſucceſſionis, & nu. 22. & 26.*
21 *Papa ſolus diſponere poteſt de matrimonio, & de his, quæ ex eo conſequuntur.*
24 *Matrimonij in Sacramento non datur exceptio perſonarum.*
25 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium an admittatur ad ſucceſſionem patrui.*
26 *Ius Canonicum abſolutè facit filium legitimum ex*
ſubſe-

Digitized by Google

*ſubſequenti matrimonio, ac ſi de legitimo matrimo-
nio natus eſſet, & ad quemcunque effectum, ac ad
ſucceſſionem tàm ab inteſtato, quam ex teſtamento,
etiam in feudalibus, & num. 27. & 29.*

28 *Legitimatus ex reſcripto Principis, an dicatur habi-
litatus ad ſuccedendum.*

30 *Sacramentum idem ſemper debet operari.*

31 *Matrimonium contractum domi, & non in Eccleſia,
an & quando teneat, & n. 32.*

33 *Legitimationis filiorum ad effectum ſuffragatur etiam
matrimonium clandeſtinum.*

DECISIO CLXV.

CEnſuerint DD. mandatum de immittendo per
Rotam relaxatum ad fauorem Franciſci Gra-
tiani in poſſeſſionem medietatis omnium bonorum
hæreditariorum q. Octauij Gratiani eius patrui eſſe
exequendum tantum ſuper domo ſita in Campo
Martio, poſſeſſa à Ioanne Franciſco Attauante, non
autem ſuper duabus aliis domibus. Moti potiſſi-
mum ex eo, quia alienatio huius domus fuit facta
lite pendente in d. Io: Franciſcum Attauantem per
Lelium Gratianum, & ſic tanquam facta de re liti-
1 gioſa, & quamuis * contra tertium poſſeſſorem agi
non poſſit executiuè, vt per *Felin. in c. cum ſuper ſub
numero 15. verſ. amplius dixi, de ſent. & re iud Bero
conſ. 47. numero 6. lib. 1. Canaler. dec. 151. numero 1.
Greg. XV. dec. 22. numero 1. & 2.* Tamen quia aliena-
tio facta fuit in d. Io: Franciſcum de re litigioſa,
2 † expreſsè alienari prohibita ex diſpoſitione *tex. in
l. fi. C. de litig. c. Eccleſia, vt lit. pend. Duran. dec. 88.
3 numero 3.* * illa non ſuſtinetur, & poteſt executiuè
procedi contra d. Attauantem, etiam abſque nouo
proceſſu, ſtante vitio litigioſi, *auth. nunc ſi hæres. C.
litig. Bart. in l. creditoris. n. 23. C. de pign. & hypothec.
Couarr. pract. quæſt. cap. 15. num. 6. Soccin. iun. conſ.
92. numero 8. lib. 3. Cephal. conſ. 195. num. 14. & 15. lib.
2. Bero. conſ. 155 num. 40 vol. 1. Peregr. de iur fiſc. lib.
4. tit. 6. num. 27. Cancer. var. reſol. lib 2. c. 12. num. 14.
Bergn. Caualcan. dec. 16. num. 7. p. 1. Duran. d. dec. 88.
num. 2. Canaler. dec. 13. n. 2.*

4 Nec dicatur, * vitium litigioſi non contrahi niſi
in actione reali, ſecus verò in perſonali, vt reſolu-
tum in Bononien. Tranſactionis 14. Nouembris
1636. & 8. Iunij 1637. coram Eminentiſſimo Ve-
5 roſpio. † Interdictum autem quorum bonorum in-
tentatum eſſe actionem perſonalem, tradit, *gloſ. in
l. in interdictis in verb. non retro. ff. de interdict. ſeu
6 extraord. action.* Quia fuit reſponſum, * ad hoc, vt
dicatur litigioſa poſſeſſio, ſufficit, motam eſſe litem
in poſſeſſorio, ita vt res, ſuper qua mota eſt lis, non
poſſit neque acquiri, neque in alterum transferri,
*Lanc. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. in præfat. n. 518.
Rot. penes Marcheſ. de comm. par. 1. fol. 384. num. 9.
in vna Toletana Beneficij, & in Romana Saluiani 1.
Martij 1627. coram Card. Vbaldo. Buratt. dec. 917.
num. 2. & 3.*

Nihil obſtat, quod d. domus fuerit alienata per
d. Lelium Gratianum ex cauſa dotis debitæ d. At-
7 tauanti, & ſic * tanquam facta ex cauſa neceſſaria
ſuſtineatur iuxta licitationem, de qua in *l. fi. C. de
litig. in puncto Duran. dec. 281. num 3. & 5.* Quia re-
ſponſum fuit, dotem fuiſſe promiſſam à Lelio pa-
tre Caſandræ nuptæ d. Io: Franciſco Attauanti poſt
hanc litem motam; vnde poterat idem Lælius do-
tem filij ſoluere, vel ex alia medietate hæreditatis
d. Octauij ad ſe liberè ſpectante, vel ex aliis bo-
nis propriis ab eadem poſſeſſis, & cum d. Atta-
uantes emptor ſciuerit litem agitari in Rota, quæ
non erat ſuper aliqua re particulari, vt in caſu de-
ciſionis Romanæ Vineæ 17. Iunij 1640. coram bo:
me: Merlino, ſed ſuper medietate hæreditatis O-
ctauij, ac legitimatione d. Franciſci, eaque lis erat
ſatis nota, dum fuit ſpatio 15. ferè annorum agita-
ta, fueruntque examinati teſtes; concurrente etiam
continua cohabitatione, atque arctiſſima ſanguinis
affinitate inter d. Lelium, ac Attauantem, ex qui-
bus omnibus negari non poteſt, quin ſcientia re-
maneat ſufficienter probata in d. Attauante dum
8 * ea etiam coniecturis probari poteſt, *Bald. conſil.
392. nu. 1. lib. 1. Alex. conſ. 137. numero 8. lib. 1. Socc.
iun conſ. 118. numero 12. lib. 1. Cephal conſ. 114. num. 15.*
cum aliis optime congeſtis in *Romana Diuiſionis 20.
Iunij 1639. coram R. P. D. meo Bichio, & in Roma-
na Succeſſione 6. Martij præteriti coram R. P. D.
9 Carrillo.* † Qua ſcientia ſtante, præfatus Attauan-
tes non valet impedire quoad d. domus exequutio-
nem, *Calderin. conſ. 9. tit. de re iudic. Anchar. conſ.
333. col. 2. Crauett. conſ. 503 numero 5. Surd. conſ. 334.
num. 11 Boer. dec. 79 num 3. Franc. Marc. dec. 538. n. 7.*
10 Vltra quod, † cum agatur inter ſocerum, & gene-
11 rum, præſumitur colluſio, † præſertim quia alia
bona libera extabant, tamen fuerunt data bona li-
tigioſa, *Decian. reſp. 10. nu. 1. & 6.*

Quo verò ad alias duas domos fuit meritò dene-
12 gata executio, ex eo, * quia Io: Franciſcus Atta-
uantes eas poſſidet pariter ex cauſa dotis, præce-
dente iudiciali ſubhaſtatione, ac deliberatione,
13 propterea, dum interuenit factum Iudicis, nulla
fraus poteſt conſiderari, *Bart. in l. 1. num. 4. Cod. de
præd. Decurion. lib. 10. & in l frater, §. fratre, num. 51.
ff. de cond indeb. Specul. in tit. de empt. §. nunc dicen-
dum, il primo num. 5. verſ. & breuiter. Menoch. præ-
ſumpt. 75. num. 55. lib. 2. Dec. conſ. 466. num. 7. verſic.
& quia, Caputaq. dec. 163. num. 8. par. 3. Mantic. dec.
151. in fin. Caualer. dec. 339. num. 6.* prout etiam fuit
in terminis reſolutum in *Bononien. Subhaſtationis 25.
May 1635. coram Motmanno.*

Nihil obſtant ea, quæ longa ſerie circa legiti-
mationem Franciſci Gratiani adducebantur, repe-
tendo etiam omnia alias adducta pro parte Lelij,
dum fuit ſecuta deciſio in hac cauſa ſub die 7. Fe-
bruarij 1642. coram me; Quia quoad ea, quæ mo-
do contra d. deciſionem fuerunt congeſta placue-
runt Dominis reſponſiones datæ in d. deciſione 7.
Februarij 1642. Ad id verò, quod denuo additum
14 fuit, quod agatur inter Ciues, & Incolas, † inter
quos Statutum Vrbis cap. 41. lib. 1. mandat ſeruari
Ius Ciuile, inde d. Franciſco Gratiano non ſuffra-
gari legitimationem per ſubſequens matrimonium,
dum non probatur, Olimpiam eius matrem fuiſſe
ab Horatio progenitore retentam domi in ſche-
15 mate concubinatus, prout requiritur de iure ciuili,
*§. 1. Auth. quib. mod. natur. effic. legit. §. vlt. Inſt. de
nupt. Bart. in l. concubinas, num. 4. C. de concub. Pe-
regr. de fideicomm. art. 24. num. 5.* Imo conſtare, d.
Olimpiam fuiſſe meretricem, & in Lupanariis in-
16 uolutam, * nec propterea cum ea, tanquam turpi
perſona potuiſſe contrahi matrimonium de iure ci-
uili ad effectum legitimationis filiorum, & ſucceſ-
ſionis, *§. ſed & aliud, Auth. quib. mod. natur.
effic. legit. Menoch. conſ. 18. nu. 6. Mantic. de coniect. lib.
11. tit. 10. n. 9.*

Quia facilis viſa fuit reſponſio, aduertendo,
17 quod † Statutum Vrbis mandans ſeruari ius ciuile
proce-

Digitized by Google

procedit in caſibus, in quibus non agitur de re ſpi-
rituali, ſiue de eis, quæ ex ſpirituali conſequuntur,
18 † in quibus ſemper venit attendendum Ius Cano-
nicum, vt in puncto d. Statuti fuit dictum in Ro-
mana Fideiuſſionis de repræſentando 16. Martij
1618. coram bo: me: Coccino, § *neque obſtat.* Qua-
propter, cum in præſenti caſu agatur de matrimo-
19 nio, eiuſque effectibus, * inter quos adeſt etiam ſuc-
20 ceſſio, non venit attendendum ius ciuile, * ſed ius
canonicum etiam vbi alias ius ciuile eſſet attenden-
dum, quamuis eſſemus in Terris Imperij, ex quo
21 † ſolus Papa poteſt diſponere de matrimonio, & de
his, quæ ex eo conſequuntur, vt tradunt commu-
niter *DD. in c. 1. de ſponſal. Affl. in cap. 1. §. naturales,
verſ. 5. numero 27. & 55. ſi de feud. defunct. fuer. con-
trou. & de commun. Iaſ. conſ. 168. num. 8. verſ. &
ſubdit, lib. 4. Dec. conſ. 135. numero 1. in fi. Ruin. conſ. 111
numero 4. lib 1. Pariſ. conſ 13 numero 47. & ſeq. lib. 2.*
22 prout * in ſpecie legitimationis per ſubſequens ma-
trimonium iuxta *text. in c. tanta, qui fil. ſint leg.* quod
veniat ſtandum iuri Canonico, etiam in Terris Im-
perij ad effectum ſucceſſionis, *Gabr. conſ. 21. numero
14. lib.* 1. vbi reprobat contrariam doctrinam *An-
geli conſ. 29. & ſub numero* 12. & 22. ſubdit, in hoc eſſe
correctam rationem iuris ciuilis, ob quam legiti-
mati excludebantur, *lib. 1. & Gabr. ſequitur Decian.
reſp. 5. num. 73. & ſeq. num. 91 lib. 1. Gionagn. conſil.
59. num. 22. lib. 1. Mantic. de coniect. d. lib. 11. tit. 12.
ſub num. 8. verſ. ſed contrarium. Rot. dec. 661. num. 5.
par. 4. recent.*
23 At verò * de iure canonico non requiritur, quòd
mulier fuerit retenta in ſchemate concubinatus, aut
24 quod ſit honeſta perſona, ex quo * in Sacramento
matrimonij non datur exceptio perſonarum & ſuffi-
cit, filium natum eſſe ex ſoluto, & ſoluta, inter
quos tempore conceptionis matrimonium validè
contrahi valuerit. *gl. in c. innotuit verb. coniugata, de
elect. Abb. in d. c. tanta, numero 14. qui fil. ſint legit.
Rip. in l. ſi vnquam, num. 55. C. de reuoc. donat. Gabr.
de legit. concl. 1. num. 50 Menoch. conſ. 18. num. 9. &
ſeq. Mantic. de coniect. d. lib. 11. tit. 12. num. 6 Oſaſc.
dec. 158. numero* 11. & 12 vbi ſubdit, quod alioquin
nulli, vel pauci legitimarentur per ſubſequens ma-
trimonium, *Gionagn. d. conſ. 59. numero 21 cum ſequ.
lib.* 1
25 Minus † venit facienda diſtinctio inter ſucceſſio-
nem patris, vel patrui iuxta ea, quæ tradit *Rim. iun.
inter conſ. matrimon. diuerſ. conſ. 80. ſub num.* 20 quem
ſequitur *Oſaſc. inter. conſ. vlt. volun. lib. 2. conſ.* 128.
26 *ſub numero* 8. ex quo * Ius Canonicum (quod, vt
dictum eſt, ſeruandum venit) abſolutè facit filium
legitimum ex ſubſequenti matrimonio, non ſecus,
ac ſi de legitimo matrimonio fuiſſet procreatus, vt
27 expreſsè diſponitur in *d. c. tanta*, * etiam ad quem-
cumque effectum, ac ſucceſſionem, ſiue ab inteſta-
28 to, ſiue ex teſtamento, etiam in feudalibus. † Quid-
quid ſit in legitimatis per reſcriptum Principis, vt
optimè diſtinguit *Vveſembech. conſ. 44. ſub. num. 43.
lib. 1. Gionagn. d. conſ. 59. num.* 26. vbi rationem aſſi-
29 gnat, Quia * totus effectus huius legitimationis
30 pendet à matrimonio, † quod cum ſit Sacramen-
tum, idem ſemper debet operari indiſtinctè, lib. 1.
allegatque concordantes.
Vltimò non obſtat prætenſa nullitas matrimo-
nij, eo quod non ſit contractum in Eccleſia, ſed do-
31 mi. Quia * hoc potuit fieri ex cauſa infirmitatis
32 Olimpiæ. Vltra quod, * vt matrimonium in faciem
Eccleſiæ contractum dicatur, non requiritur, quòd
ſit contractum in foribus Eccleſiæ, ſed ſolum in
præſentia Parochi, vel alterius Sacerdotis de eiuſ-
dem Parochi, vel Ordinarij licentia, & duorum, vel
trium teſtium celebretur, vt in puncto ad effectum
legitimationis, *Gionagn. d. conſ. 59. num. 6. qui n.* 13.
33 ſubdit, quod * ad effectum legitimationis filiorum
ſuffragatur etiam matrimonium clandeſtinum.
Et ita reſolutum vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Anconitana Bonorum.

Lunæ 1. Iunij 1643.

SVMMARIA

1 *Iuſtitia notoria excludit rem iudicatam.*
2 *Iudex pronunciare debet iuxta formam commiſſionis.*
3 *Dotis creditum probatur ex confeſſione viri de rece-ptione, concurrentibus adminiculis.*
4 *Matrimonia ſine dote contrahi non præſumuntur.*
5 *Dotis præcedens promiſſio tollit in viro, receptionem confitente, præſumptionem ſimulationis, aut animi donandi in fraudem legis.*
6 *Et operatur vt vidua non poſſit opponi exceptio non numeratæ dotis, nec ab hæredibus, nec à creditoribus medio tempore creatis.*
7 *Apoca promiſſionis dotis inſtrumento confeſſionis de recepto inſerta abſque Iudicis decreto, non facit fidem, ſed deſeruit pro adminiculo, & n.* 8.
8 *Scriptura qualibet informis adminiculum facit.*
9 *Viri promiſſio iurata de dote reſtituenda in caſu reſtitutionis inducit coniecturam veritatis confeſſionis de recepto.*
10 *Alimenta vxori præſtita per notabile tempus faciunt præſumere dotis ſolutionem, quæ coniectura quamuis non ſufficiat, iuuat tamen cum aliis iuncta, & num.* 11.
12 *Confeſſio in parte vera, ſeu verificata talis præſumitur in totum.*
13 *Pretium rei venditæ viro ceſſiſſe in cauſam dotis, quomodo probetur.*
14 *Exceſſum allegans agnoſcit veritatem crediti.*
15 *Præſcriptionis crediti ad effectum attenditur tempus petitionis, non mandati relaxati.*
16 *Præſcriptio eſt opponenda, cum non perimat actionem ipſo iure ſed ope exceptionis.*
17 *Dotis ſatisfactio præſumitur in matre, quæ tutelam filiorum adminiſtrauit, nullo confecto inuentario. Decl. vt num.* 21 *& ſeq.*
18 *Iocalia inſeruire ſolent ad vxoris ornatum.*
19 *Et præſumuntur penes eam fuiſſe conſtante matrimonio, eoque ſoluto retenta niſi contrarium probetur.*
20 *Pretium bonorum hæreditariorum viri receptum ab vxore tutrice, & filiis, & verſum in extinctionem æris alieni hæreditarij non poteſt in illius creditum dotale imputari.*
23 *Dotis ſpeciale eſt, vt eius reſtitutio non retardetur exceptione adminiſtrationis bonorum viri tanquam illiquida, non docto de quantitate bonorum ad mulieris manus peruentorum.*
24 *Tutor, excepta matre reſpectu dotis, præſumitur ex adminiſtratione de ſuo credito ſatisfactus, dum doloſè omiſit ſcribere aliquid in inuentario.*
25 *Melioramentorum non liquidorum exceptioni prouiſum dicitur cautione de illis reficiendis, poſtquam fuerint liquidata.*

26 Ceſſio

16 *Ceſſio, non probato credito cedentis, non ceſſionario ſuffragatur.*

DECISIO CLXVI.

SPeciali commiſſione Sanctiſſimi ad inſtantiam Societatis S. Annę Gręcorum, & Marinotij Chriſtophori Creditorum q. Camilli de Gabriellibus, præuia narratiua, quod Maria & alij hæredes Nicoloſæ olim vxoris d. Camilli retinerent pro dote bona eius valorem excedentia, demandata fuit Iudici de partibus ſubhaſtatio eorum bonorum ad effectum ſatisfaciendi primo loco dictis hæredibus de credito dotali, & deinde aliis creditoribus.

Cuius commiſſionis vigore Iudex demandauit bona ſubhaſtari, & ex pretio ſatisfieri diuerſis creditoribus Camilli non tamen dictis hæredibus Nicoloſæ, qui propterea cauſam appellationis introduxerunt in Rota, vbi, cum ex aduerſo allegaretur, quod ſententia primi iudicis tranſierat in iudicatum, propoſui dubium, An conſtet de re iudicata, quæ veniat exequenda, fuitque negatiuè reſponſum
1 ob notoriam ſententiæ iniuſtitiam, * quæ excludit rem iudicatam, *Rot. dec. 594. par. 2. Add. ad Greg. XV. dec. 1. num. 6.*

2 Debebat † enim Iudex prouinciare iuxta formam commiſſionis, quod præ cæteris ſatisfieret ex pretio bonorum hæreditariorum Nicoloſæ de credito do-
3 tali, † quod ſatis probatur per confeſſionem Camilli viri de dote recepta concurrentibus adminiculis, *Bald. in l. 1. ſub num. 4..... Aym. conſ. 4. num. 4. Bero. conſ. 60. num. 60. nu. 45. lib. 2. Mohed. dec. 2. n. 2. de confeſſ. Rot. dec. 108. n. 21. coram bo: me: Buratto.*

Et in caſu noſtro vltra generalem præſumptio-
4 nem, quod † matrimonia ſine dote non contrahantur, *Soccin. conſ. 8. nu. 12. lib. 2. Aym. d. conſ. 40. num. 1. in fin. & num. ſeq. Surd. conſ. 489. num. 12. Rot. deciſ. 24. n. 4. par. 7. recent.*

Concurrit primo præcedens promiſſio dotis,
5 * quæ tollit præſumptionem ſimulationis, aut ani-
6 mi donandi in fraudem legis, ita vt † viduæ non poſſit opponi exceptio non numeratæ dotis nec ab hæredibus, nec à creditoribus viri medio tempore creatis, *Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 7. numer. 6. Marescott. var. reſol. lib. 1. cap. 8. nu. 13. Sanchez de matrim. lib. 6. diſput. 9. num. 10. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. fin. gl. vnic. nu. 35. & ſeqq. Seraph. dec. 795. n. 1.*

Et licet de promiſſione dotis non conſtet niſi per Apocham priuatam in Inſtrumento confeſſionis de
7 recepto inſertam abſque decreto Iudicis, † quod requirebatur, vt Apoca fidem faceret, *Gratian. diſcept. for. 693. numero 1. Afflict. dec. 273. nume. 4. in fin. Creſc. dec. 1. de prob. Buratt. dec. 108. num. 1.* & fuit dictum in *Teſulanen. Parochialis 4. Decembr. 1623.*
8 *coram bo: me: Merlino*, † negari tamen non poteſt, quin ea Apoca inſeruiat pro adminiculo, vt quælibet alia ſcriptura informis, *l. inſtrumenta domeſtica, C. de prob. Bald. conſ. 204. n. 7. lib. 3. Caputaq. dec. 234. par. 1. Rot. deciſ. 193. num. 6. deciſ. 310. n. 3. par. 1. recent.*

Secundò adeſt promiſſio iurata viri de dote reſtituenda in caſu reſtitutionis tam conſtante, quam
9 ſoluto matrimonio, * quam pro coniectura veritatis confeſſionis adducit in his terminis, *Bald. Nouell. in repet. lib. 1. n. 198. & 203. ff. ſol. matrim. & in tract. de dot. in princ. col. 5. verſ. nec obſtat. Surd. conſ. 489. n. 18. verſ. quinto concurrit, Ioſeph. Ludouic. dec. Peruſ. 66. n. 11. Rot. deciſ. 24. n 8. par. 7. recent.*

Tertio Maritus poſt d. confeſſionem penes ſe
10 vxorem retinuit, aluitq; per 20. annos, * vnde deduci ſolet coniectura veræ ſolutionis dotis, quia aliàs veriſimile non eſt, quod maritus alimenta præſti-
11 tiſſet, & * quamuis hæc ſola coniectura non ſufficiat, iuuat iuncta cum aliis. *Aret. in §. fuerit, ſub num. 15. Inſt. de action. Soccin. conſ. 52. num. 30. lib. 3. Dec. conſ. 536. ſub num. 10. Greg. XV. dec. 62. numer. 5. dec. 24 n. 11. dec. 60. n. 3. & 4. par. 7. recent.*

Quarta validiſſimam coniecturam facit ſolutio
12 partis dotis aliundè probata, nam † confeſſio partim vera talis præſumitur in totum, *Dec. d. conſil. 563. ſub num. 10. Aym. conſ. 152. numer. 6. Greg. XV. d. dec. 62. num. 7. d. dec. 274. num. 9. & dec. 160. nu. 2. par. 2. recent.* Nimirum iocalia, quæ in inſtrumento dotis in eius computum dabantur, fuiſſe tradita viro conſtat ex ipſa confeſſione aduerſariorum, dum allegant, illam ſoluto matrimonio, remanſiſſe penes viduam; Ideoque accepto ferenda hæreditate viri in calculo reſtitutionis; dotis pariterque apparet fuiſſe viro ſolutum pretium vineæ nuncupatæ S. Maria Poſatore, quam in inſtrumento dotali fuerat conuentum tradi poſſe in ſolutum prædictæ dotis. Nec obſtat, quod vinea fuerit conſigna-
13 ta viro ex cauſa venditionis: Quia, † quod eius pretium verè ceſſerit in cauſam dotis conuincitur ex eo; quod illud pretium non legitur à viro ſolutum in contanti, ſed ſolum confeſſatum, & eo die ad fauorem venditoris, ſimulq; debitoris dotis emiſit confeſſionem de dote recepta ad trad. per *Rip. in l. ſi ventri, §. fin. num. 10. ff. priuil. credit. Menoch de arbitr. caſ. 437. num. 38. & præſumpt. 55. n. 8. lib. 3. Surd. dec. 55. n. 9. Rot. dec. 48. n. 6 par. 5 recent.*

Quinto accedit lapſus temporis ad excipiendum non numerata dote mandatum vſque de anno 1625. ab A.C. relaxatum contra bona hæreditaria uiri pro reſtitutione dotis, eiuſque actualis reſtitutio facta ab hæredibus viri in corporalibus, quę poſtmodum in vim ſupracitatæ commiſſionis Sanctiſſimi Iudex primæ inſtantiæ mandauit ſubhaſtari, & tandem narratiua diuerſariorum in eadem commiſſione, quod dicta corpora excedebant creditum do-
14 tis, † allegando enim huiuſmodi exceſſum videntur agnouiſſe veritatem crediti dotalis.

Non obſtat pręſcriptio 30. annorum ab anno 1590. quo per mortem viri ſolutum fuit matrimonium. Quia fuit interrupta per iudicium motum
15 coram A.C. † attento tempore, non relaxationis mandati, ſed petitionis vt debet, *Abb. in c. 2. num. 21. verſ. poſſet tamen, de ord. cogn. Balb. de præſcript. par. 6. princ. q. 4. num. 38. Rot. dec. 164. numer. 3. par. 2. recent.* & ſufficit, quod in eo iudicio non fuerit oppo-
16 ſitum de præſcript. † & opus erat, quia non perimit actionem ipſo iure, ſed ope exceptionis, *Balb. de præſcript. par. prima. q. 8. per tot. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 18. num. 27. & 28 Ciriac. contr. 384. nu. 22. & 23. Boer. dec 324. n. 6. Guidopap. dec. 221.*

Maior difficultas verſatur circa ſatisfactionem
17 † tum pręſumptam, ex quo Nicoloſa tutelam filiorum adminiſtrauit nullo confecto inventario, vt per *Eſcobar. de ratiocin cap. 9. num. 69.* eoque magis quoad ſummam ſcutor. 1356. pro quibus fuerunt in partem dotis tradita viro iocalia. Quia
18 cum † inſeruire ſoleant ad ornatum vxoris, *l. quam-*
19 *uis, ff. argent. & aur. leg.* † præſumuntur penes eam fuiſſe conſtante matrimonio ipſoq; ſoluto retenta, niſi contrarium probet, *Fontanell. de pact. nupt. to. 2. clauſ. 6. gl. 2. par. 2. num. 16. Rot. dec. 225. numero 15. & 16. par.*

16.par.6.recen.& in Romana Separationis Dotis 28. *Ianuarij* 1641. *coram* R.P.D.*meo Cerro.* Tum vero quia ex inſtrumentis publicis patet, Nicoloſam alienaſſe dicta corpora hæreditaria viri, & pretium recepiſſe.

Cæterum quoad alienationes huiuſmodi præter vnam factam de anno 1626. ad fauorem illorum de inuictis pro pretio ſcutor. 2150. aliarum pretium ne dum recepit Nicoloſa,ſed & filij,quia ſimul cum matre alienarunt, & cum appareat verſum in extinctione æris alieni patris Summ.Gabriellio *nu.*12.
20 *& tribus ſeqq.* * non poteſt imputari in creditum dotale mulieris, vt fuit dictum in *Ciuitatis Vetulæ Dotis* 27.*Febr.*1643.*coram R.P.D.meo Cerro.*

Quo verò ad præſumptionem reſultantem ex adminiſtratione tutelæ Rota ſequendo doctrinam
21 *Neguſ.de pign* 5. *memb* 5.*par.nu.*36.† eam præſumptionem admittere non ſolet niſi probetur quod ad manus mulieris peruenerint tot bona, ex quibus potuerit ſatisfieri,*Seraph. dec.*1455. *numer.*1.*& ſeqq.* & fuit dictum in *dec.*275. *num.*4. *par.*4. *recent. deciſ.* 14. *nume* 8 *&* 9.*par.*5.& in *Romana Dotis* 6.*Aprilis* 1612.*coram bo: mem: Sacrato*,in *Viterbien. Reſtitutionis Dotis* 23. *Iunij* 1623. *coram bo: me: Patriarca*
22 *Manzanedo*,& alias paſſim; † nulla habita ratione, an mulier confecerit inuentarium, necne, quia
23 † ſpeciale eſt in dote, vt eius reſtitutio non retardetur exceptione adminiſtrationis bonorum viri, cum ſit illiquida, non docta de quantitate bonorum
24 ad mulieris manus præuentorum,&† *Eſcobar.*exemplo alleg.non loquitur de dote, ſed generaliter de tutore,qui doloſè omiſit ſcribere aliquid in inuentario.

Igitur admiſſa reſtitutione dotis pro rata ſcutorum 2150. reductorum ex venditione facta, vt ſupra illis de Inuictis, necnon ſcutorum 1356. in iocalibus in æſtimatis in Inſtrumento confeſſionis de recepto,Summ.Gabriell.nu.2.adhuc ſupereſt creditum dotale in ſcutis 846. de quibus ſaltem debuiſſet haberi ratio in ſententiam de partibus.

Non tamen DD. cenſuerunt ſuffragari hæredibus Nicoloſæ ceſſionem iurium,quam reportarunt à creditoribus viri, aut exceptionem melioramen-
25 torum. Quia † pro his Iudex mandauit præſtari cautionem de reficiendo,poſtquam fuiſſent liquidata,& quoad ceſſiones non probatur creditum ce-
26 dentium,† vt requiritur,*l.ſi nomen, C.hæred.vel act. vend.Rot.dec.*162.*num* 6.*&* 7.*poſt Pacific.de Salu.dec.* 114. *numero* 4.*par.*7.*recent.*

Et ita deciſum vtraque parte informante,&c.

R.P.D. PEVTINGERO.

Vrbeuetana Reſtitutionis Dotis.

Lunæ 14.Decembris 1643.

SVMMARIA.

1 *Executio facta in aliis bonis, quam debitoris, & exceſſiua eſt reuocanda.*
2 *Mandatum relaxatum contra bona hæreditaria viri non poteſt exequi contra bona poſſeſſa per vxorem, qua vſa fuit cautela Angeli inhibendo, & proteſtando.*
3 *Allegans executionis exceſſum, eamque factam eſſe in aliis bonis, quam debitoris tenetur id concludenter probare, cum præſumatur pro executione*
4 *Executori creditur atteſtanti, ſe executionem feciſſe ſuper bonis vti hæreditariis alicuius,ſeu ad debitorem ſpectantibus, vt tamquam deponenti de re eius officium concernente,& n.*5.
6 *Executori non creditur circa ſolemnitates ſubhaſtationis, & alia ſimilia ad eius officium non pertinentia.*
7 *Bona apud filium reperta præſumuntur patris. Ampl. vt num.*8.*&* 9.
10 *Executio exceſſiua reſpectu executionis, non ſententiæ, vel mandati ſubſtinetur pro rata debita ſuper bonis veri debitoris.*
11 *Inhibitio ab A.C.obtenta,lite pendente in Rota, eſt nulla,& attentata,ac ſperni poteſt.*
12 *Quilibet ad cauſam veniens comparere cogitur coram Iudice Executore.*
13 *Executiuè validè proceſſum dicitur contra tertium,qui in toto iudicio citatus fuit,& litem ſubſtinuit per tres ſententias, & paſſus fuit in cauſa procedi vſque ad citationem ad videndum deliberari,quamvis ex alio titulo poſſideret.*
14 *Ius proprium allegare differens præſumitur non habere.*
15 *Executio rei iudicatæ impediri non poteſt.*

DECISIO CLXVII.

CVm pro parte Ludouici, & aliorum de Teſtaſiccis peteretur ad vlteriora in ſubhaſtatione, & deliberatione bonorum in vim mandati relaxati in ſumma ſcutorum 1333. pro reſtitutione dotis,debitæ Lucretiæ de Teſtaſiccis, captorum, & alterius mandati ſcut. 8[illegible] b.50. pro expenſis procedi, Ponfreni, ad impediendum hunc ad vlteriora, proceſſum, duo potiſſimum obiecerunt. Primum quod licet mandatum eſſet relaxatum contra bona hæreditaria Com.Vguzoni, & Alberti, exequutio tamen facta fuerit ſuper bonis communiter ſpectantibus tam ad dd.Eguzonem, & Albertum, quàm ad Iacobam Meniconiam,Ludouicum, atque Carolum eius
1 filios, * adeoque tamquam facta ſuper aliis bonis, quam debitoris, & exceſſiua ſit reuocanda, vt per *Angel. in l.à D. Pio, §.ſi ſuper rebus, ff. de re ind. Roland.conſ.*5.*numer.* 15.*& ſeq.lib.*2. & dixit *Rota in Auximana fideicommiſſi* 30. *Martij* 1631.*coram Eminentiſſ. Card. Hieronymo Vroſpio, & in Beneuentana Salium* 17. *Decembris* 1634.*coram Reuerendiſſ.D. meo Dunozetto.* Secundum, quod Iacoba vſa
2 † cautela, *Angel. in d.l.à D. Pio, d.§.ſi ſuper rebus*, proteſtata ſit ac per A.C. inhibuerit, ne ſuper dd. prædiis ab ipſa poſſeſſis titulo donationis ſibi factę à Com. Vguzone viro de anno 1617.adeoque contra ipſam exequi poſſit,vt firmant *Seraph. deciſ.* 385. *Caual.dec.*48. *num.*2.*Gregor. dec.*12. *num.*2.*Buratt. dec.*617.*n.*3.

Verum neutrum obſtare Dominis viſum eſt, Quia primum ceſſat, ex quo Ponfreni nunquam probarunt, huiuſmodi bona Iure proprio ad ipſos ſpectare ſcilicet ad Iacobam, Ludouicum, & Carolum,
3 vt † allegantes exceſſum executionis factæ, & ſuper aliis bonis,quàm debitoris, illud concludenter probare teneantur, *Rol,d.conſ.*5.*in princ. lib.*2. *Lancellott.de attent. lit.pend. limit.* 53. *num.* 24. *& ſeqq. Rota deciſ.* 45.*num.*1. *de appell.in nou.* Ideoque interim præſumendum eſt pro validitate executio-
4 nis,& † credendum executori, qui teſtatur ſe ſuper bonis Vguzoni, & Alberti exequutionem vti eorum hæreditariis feciſſe: Ita tradit *Gloſ. in l.bona,verſ.*

na.verſ.reſtituantur, C.*de priuil,fiſc. Bald.ibid.num.*2.
Tiraq.de retract. lignag.§.8.*gloſ.*9.*num.*22. *Gratian.*
*diſcept forenſ.cap.*501. *num.*14. *&* 15.*Rota coram Bu-*
ratt. deciſ. 675. *numer.*3. vbi affert concordantes,
5 † cum deponat de re concernente eius officium
bona ſuper quibus facta exequutio ſpectare ad de-
bitorem, *Natta conſ.*654. *num.*5. *Gratian. loco ſupra*
6 *cit.*quod † ſecus eſſet, ſi exequutor ſolemnitates, &
alia ſimilia atteſtando ingrederetur, quæ ad eius
officium minimé pertinent, vt tradit *Surd. conſ.*49.
*num.*19.*Rot.coram Gregor. deciſ.*485. *numero* 9. *&* 10.
7 Imò hereditaria fuiſſe præſumuntur,cum † bona pa-
tris eſſe arguantur, quæ reperiuntur apud filios,*l.*2.
*& ibi Bald.*C.*de patr.poteſt. Menoch. conſ.*207.*nu.*
8 12.† præſertim in filiis induſtria carentibus, *num.*
9 15.*&* 16.† neque oſtendentibus Inuentarium bono-
rum paternorum, *Rum. conſ.* 29. *num.* 11. *lib.* 5 *&*
10 *Menoch.loco cit.nu.*22. quamuis, † dato etiam ex-
ceſſu in ſola exequutione, non verò in ipſe ſenten-
tia,vel mandato, iſta ſaltem ſubſtinetur pro rata de-
bita ſuper bonis veri debitoris, nec tota corrueret,
ſed eſſet reducenda. *Surd. conſ.* 39.*n.*26.*cum aliis per*
adden.ad Gregor. dec. 198.*ſub litter.A,in fine,*Rot.*re-*
*cent. deciſ.*8 *num.*8.*par.*6.

Secundum vero obiectum etiam euaneſcit, quia
11 † dum lis pendebat in Roto, quam Iacoba diu ſub-
ſtinuit non poterat obtinere inhibitionem ab A. C.
& obtenta,fuit nulla, atque attentata, ac rectè po-
12 tuit ſperni,cum † quilibet ad cauſam veniens coram
Iudice exequente comparere teneatur, *vt not. Do-*
ctores in d.l.à D.Pio, d.§. *ſi ſuper rebus,ff.de Iudic.*
13 Deinde,† cum ipſa Iacoba ſemper fuerit in toto
Iudicio citata pro ſuo Iure, & intereſſe, nihilo-
minus litem ſubſtinuerit cum dd. Carolo, & Ludo-
uico per tres ſententias rectè potuit contra illam
etiam ex alio titulo poſſidentem exequutiuè pro-
cedi,iuxta *doctr.Caſtr. in l.fil.famil.*48.*nu.*3. *ad med.*
verſ.ex quibus ff.de verb. oblig. ſapius à Rota ſequu-
tam,præſertim in Ciuitat.Caſtelli Spolij 7.*Maij* 1638.
& 10. *eiuſd.*1641.*coram R.P.D.meo Ghiſilerio, confir-*
mata coram D meo Veroſpio 18. *Maij præteriti, & in*
Romana Domus 26 *Nouembris hoc eodem anno coram*
*R.P.D.meo Bichio.*Debebat enim Iacoba, & filij
ſcientes cauſam agi, defenſionem aſſumere, nec
pati per aduerſarium ad ſubhaſtationem; & obla-
tiones, imò vſque ad citationem ad vidend. delib.
14 procedi. Vtique enim,† ſi Ius proprium in eiuſdem
bonis allegare potuiſſent tamdiù nequaquam ſiluiſ-
ſent, *Rot.dec.*196.*num.*3.*coram Buratto.*
15 Ideoque hodie * rei iudicatæ exequutionem
impedire Iacobam nullo modo poſſe Domini cen-
ſuerunt per doctrinam *Abb.in c.cum ſuper,num.*12.
*de ſent. & re iudic. Felin.in c.veniens,numer.*10.*de te-*
ſtibus. Sed eſſe ad vlteriora procedendum vtraque
parte, &c.

R.P.D. ROYAS.

Amerina Bonorum.

Veneris 26. Februarij 1644.

SVMMARIA.

1 *Loca Montium ex Conſtitutionibus Pontificiis poſſunt*
libere vendi,& hypothecari.
2 *Loca Montium cadunt ſub obligatione camerali, &*
poſſunt in executionem capi pro credito.
3 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ ex cauſa neceſſaria debiti*
contracti occaſione acquiſitionis per viam emptionis
non requirit ſolemnitates.
4 *Fructus & bona Eccleſiæ non poſſunt per Rectorem, &*
multo minus per Adminiſtratorem obligari vltra
triennium.Decl. vt ibid.
5 *Executio recta via fieri poteſt contra eum, qui ad pre-*
tium obligatus remanſit, & dicitur tunc alienatio
*neceſſaria,& n.*6. *Ampl.vt n.*7.*&* 15.
8 *Loca Montium dicuntur mobilia pretioſa.*
9 *Mobilia pretioſa ex Decreto Sacræ Congregationis Con-*
cilij non poſſunt diſtrahi, nec hypothecari, vel obli-
gari abſque ipſius licentia, niſi in caſibus à iure per-
*miſſis,& nu.*10.
11 *Bona Eccleſiaſtica validè obligantur pro pretio em-*
ptionis bonorum ſtabilium validæ, licitæ, & fauo-
rabilis.
12 *Loca Montium Collegij Sancti Norberti Vrbis non*
poſſunt ex Conſtitutione Summi Pontificis vendi,aut
diſtrahi ſine eius licentia.
13 *Decl.non procedere in caſu acquiſitionis, & quoad ge-*
neralem hypothecam.
14 *Conſtitutio de non alienando intelligitur de alienatio-*
ne voluntaria, non de à iure permiſſa pro executio-
ne contractus validi à iure approbati.

DECISIO CLXVIII.

EX nimia benignitate DD. conceſſa noua audien-
tia Ven. Collegio S.Norberti de Vrbe ſuper ſe-
cunda parte deciſionis in hac cauſa emanatæ ſub
die 18. Maij 1643. confirmatoriæ aliarum in qua fir-
matur, executionem faciendam per Paulum Par-
cum pro conſequutione ſui crediti ſcutorum 2000.
non eſſe arctandam ad bona per eum vendita tan-
tum, ſed eam etiam poſſe fieri ſuper fructibus bo-
norum Collegij, nec non locis montium, & ſic ſu-
per proprietate, cuius deciſionis fundamenta Do-
minis in præſenti diſputatione placuerunt.
1 Nec fuit, in dubium reuocatum † quin loca
montium ex Conſtitutionibus Summorum Ponti-
2 ficum poſſint libere vendi, ac hypothecari, † cum ea
cadant ſub obligatione camerali, ita taliter,vt, ſu-
per illis liberè exequutio fieri poſſit pro ſatisfactio-
ne creditorum, vt cenſuit Rota in Romana Loco-
rum Montium 18. Maij 1603. coram R.P.D.Meltio,
præſertim cum verſemur in alienatione neceſſaria
proueniente ex cauſa acquiſitionis ob perfectam
3 emptionem ad fauorem d.Collegij,† quo caſu nul-
la requiritur ſolemnitas extrauagantis Ambit. de
reb.Eccleſ. non alien. Redoan.eod.tit.rubr. de caſib. in
*quibus fit alienatio,alias q.*51.*c.*7 *per tot.*
4 Nec obſtat, quod † fructus, ac bona Eccleſiæ o-
bligari nequeant vltra triennium per proprium Re-
ctorem, multoque minus per Adminiſtratorem,
prout eſt Præſes Collegij S.Norberti,dictum enim
obiectum eodem modo remanſit ſublatum, dum
non verſamur in alienatione, ſed in mera acquiſi-
5 tione, de iure permiſſa, † inde exequutio recta
via poteſt fieri contra bona illius, qui ad pretium
6 non ſolutum remanſit obligatus, † eo enim caſu
dicitur alienatio neceſſaria. *l.à Diuo Pio.*§.*in vendi-*
tione.ff.de re iud.Rota in d. Romana Locorum Mon-
tium 18.*Maij* 1643. *coram D.meo Meltio*, cum pro
locis montium remaneant ſubrogata bona d. Pau-
7 li,d.Collegio vendita, † quibus frui valet, *l ſi vſus*
*fructus legatus,*35.*vel* 41.§.*vſufructus,ff.de vſufr.*
8 Minus obſtat, quod * loca montium dicantur

pretioſa mobilia,& quæ ex decreto Congregatio-
nis Sac. Concilij Tridentini ſub die 17. Septembris
9 1624.* nequeant à Regularibus diſtrahi, hypothe-
cari,ſeu obligari, abſque ipſius Concilij expreſſa
licentia in ſcriptis,gratis concedenda, quia ex le-
10 ctura d.decreti apparet † illud excipere caſus à iu-
re permiſſos, ibi, præterquam in caſibus à iure per-
miſſis.

At verò præſentem caſum eſſe à iure permiſſum,
11 eſt ſatis tritum, † dum emptio dd.bonorum ſtabi-
lium fuit valida, licita,& fauorabilis Collegio,pro-
vt per tres deciſiones, prima coram Eminentiſſi-
mo Cardinali Hieronymo Veroſpio,& duabus co-
ram me firmatum fuit, cum quibus hodie Domini
tranſierunt.

Nec fuerunt habita in conſideratione, quæ di-
12 cuntur † circa prohibitionem factam à SS. D. N.
ſub die 30. Ianuarij 1633. quod vniuerſa Loca Mon-
tium Collegij præfati S. Norberti vendi aut diſtra-
hi non poſſint, niſi cum licentia S. Sedis Apoſtolicæ
13 obtinenda in ſcriptis;Quia † talem prohibitionem
non tangere contractum acquiſitionum,nec genera-
lem hypothecam permiſſam à prædicta Sac. Con-
gregatione declarauit eadem Sacra Congregatio
ſuper præcedenti decreto.

Quo vero ad peculiarem prohibitionem de non
diſtrahendis nonnullis locis montium emanatam
inter ipſos Monacos,ad hoc vt Præſidentes pro tem-
14 pore ea diſtrahere non valeant, dictum fuit * eam
eſſe intelligendam de alienatione voluntaria, non
autem de alienatione à iure permiſſa pro exequutio-
ne d.contractus validi à iure approbati, vt latè de-
ductum fuit in d.deciſione hodie confirmata ſub d.
die 18. Maii 1641.

Vltimò non releuat, quod nonnulla ex dictis
locis montium ex fundatoris, & benefactorum
voluntatibus ſint vinculata,& deſtinata pro alimen-
tis, ac neceſſaria ſubſtentatione Collegii præfati,
nec in alium vſum poſſint conuerti, non præceden-
te licentia Papæ,quia, cum ſemper remaneat verum
dicere dictas rationes non locum habere,ſtante va-
liditate contractus emptionis à Rota declaratæ pro-
ptereà bene venit ſoluendum pretium bonorum &
15 res venditæ, † quorum fructus in alimenta prædi-
cta conuertuntur,iuxta *extrauag. Ambitioſæ,in princ.*
& ibi *Bart. Perett.in verb.& eorum miniſtri.nume.1.
verſ. prohibet Papa de reb.Eccl.non alien. Duran.dec.
256.nu.6.& ſeq.* poterunt ſubrogari pro locis Mon-
tium,ſuper quibus exequutio venit facienda, vt ſu-
pra ponderatum eſt,ac in aliis prædictis deciſionibus
in hac cauſa factis.

Et ita reſolutum vtraq;parte informante &c.

R.P.D. CHISILERIO.

Romana Palatij.

Veneris 22. Aprilis 1644.

SVMMARIA.

1 *Spolium prætendens ex perſona auctoris probare de-
bet illius poſſeſſionem.*

2 *Spolij primum extremum requirit probationes exa-
ctiſſimas, & indubitatas.*

3 *Ampl.vt iuſtificari debeat plenè clariſſimis, & eui-
dentiſſimis probationibus.*

4 *Poſſeſſio legitima, vti ex actu nullo [illegible] in iudicio
ſpolij ſit attendenda, acquiri non poteſt ex decreto
immiſſionis ad ratam medietatis pro concurrenti
quantitate crediti,non præcedente æſtimatione ſepa-
ratione,& adiudicatione.*

5 *Socius in re communi partem habet in parte quali-
bet.*

6 *Portio diſtinguitur à confine deſignato.*

7 *Adiudicatio rata bonorum pro concurrenti quantita-
te crediti requirit electionem peritorum, qui æ-
ſtiment, & ſeparent partem coæqualem credito,
& quod deinde ſequatur illius particularis adiu-
dicatio.*

8 *Mandatum non ſufficit de adiudicando, ſed conſtare
debet de effectuali adiudicatione.*

9 *Poſſeſſio capta cum mandato de adiudicando, adiudi-
catione non expectata, nec ſeruatis omnibus in eo
neceſſariis dicitur ſpoliatiua. Ampl.vt n.10.*

10 *Mandatum de adiudicando ex ſtylo Curiæ non rela-
xatur in ſtabilibus cum termino niſi ad primam,
ſed cum termino niſi infra menſem.*

11 *Poſſeßio incerta ratione loci, & quota non eſt conſide-
rabilis ad reintegrationis effectum.*

12 *Sententia adiudicationis executioni demandata pri-
uat poſſeſſione.*

13 *Poſſidens auctore Prætore non dicitur ſpoliare, nec
contra eum competit reintegratio. Decl. vt num.14
15 & 16.*

15 *Sententia, ſeu decretum habet præſumptionem iuſti-
tiæ,& validitatis.*

17 *Sententiæ iuſtificari debent ex proceſſibus. Lim. vt
num.18.& 19.*

19 *Sententiæ nullitatem, & iniuſtitiam allegans tenetur
probare per proceſſus exhibitionem.*

DECISIO CLXIX.

ROta coram me ſub die 29. Aprilis anni præteri-
ti cenſuit, Dominis de Cataneis hæredibus ex
teſtamento Liuiæ, & aliarum hæredum Nicolai Pa-
lauicini creditoris vna cum Daniele Spinola Petri
Franciſci Pallauicini Epiſcopi Aletien. non eſſe
concedendam reintegrationem ad poſſeſſionem
medietatis Palatij, de quo agitur, eo quia non pro-
barunt poſſeſſionem Nicolai Palauicini eorum au-
1 ctoris,† prout neceſſario requiritur ad obtinendum
in ſpolio, *iuxta gloſ. in l.1. in verb. filium eſſe circa
med. verſ. tu dic. C. quorum bonorum*, cum aliis alle-
gatis in *deciſione*.

Repropoſita cauſa ſuper eiſdem, Domini ſtete-
runt in deciſis, quia,quicquid ſit de ſufficientia man-
dati procuræ Theſei de Rubeis procuratoris conſti-
tuti à Nicolao Pallauicino,& Daniele Spinola,etiam
ſi ex deductis ab informantibus pro Cataneis poſſet
dici conſtare ſaltem de ratificatione poſſeſſionis
partis Palatii, de quo agitur,per Theſeum captæ
ab eodem Nicolao facta, Tum ex partitis eiuſdem
Nicolai manu deſcriptis in eius propriis libris,
Tum ex publicis inſtrumentis; alteros ſcilicet 30.
Maii 1577. quo eamdem partem Palatij aſſignauit
pro fundo dotali Iuliç de Nigris eius vxoris, eam-
que ſe illius nomine poſſidere conſtituit cum expreſ-
ſa mentione, & relatione ad inſtrumentum poſſeſ-
ſionis captæ per d. Theſeum; altero vero 28. Iu-
nii 1578. ex quo conſtat d. Nicolaum eiuſdem par-
tis Palatij penſionem exegiſſe; Nihilominus ex ſu-
pradictis Domini cenſuerunt non conſtare ſuffi-
cienter de primo extremo ad fauorem d. Nicolai,
ſcilicet de illius poſſeſſione de anno 1590. quo
tempo-

Digitized by Google

tempore prætenditur de facto ſpoliatus à Mar-
chioniſſa Montoria, quod quidem extremum præ-
2 cipuè de ſtylo Rotæ, * quæ in hoc requirit pro-
bationes exactiſſimas. & indubitatas, *Rot. coram Se-
raph. dec. 301. in princ. dec. 952. ſub n. 1. & 2. coram bo:
3 me. Buratto, & dec. 768. num. 7 par. 2. recent.* * plenè
iuſtificari debet clariſſimis, & euidentiſſimis pro-
bationibus, iuxta ſupra d. *gloſ. in l. 1. C. quor. bo-
norum.*

Siquidem conſiderabant Domini, Palatium, de
quo agitur, ſiue illius partem non fuiſſe delibera-
tam ſupradictis Nicolao, & Danieli tanquam in li-
citatione plus offerentibus, ſed illis immiſſionem
fuiſſe decretam, ibi, in portione, & parte medieta-
tis Palatij in executione capta, ſeu partium d. D.
Epiſcopo, & illius hæreditati competentium pro
concurrenti quantitate crediti infraſcriptorum DD.
inſtantium, & pariter fuiſſe executam iuxta eiuſdem
decreti, & mandati tenorem nulla præcedente æ-
4 ſtimatione, ſeparatione, atque adiudicatione,* ex
tali autem actu nullo non potuit acquiri poſſeſſio
legitima: quæ in iudicio attendi debeat, *iux. tex. in
in l. 3. §. incertam, ff. de acqu. poſſ. l. Manius. §. duo-
bus ff de legat. 3. Bero. conſ. 159. ſub num. 19. verſ. præ-
miſſa etiam. lib. 1.* in iſtis terminis probat *Surd. conſ.
225. ſub num 12. verſ. accedat,* & firmauit *Rot. coram
bo: me: Buratto deciſ. 952. ſub num. 4. & 5.* vbi aliæ
concordantes referuntur. Nam incerta penitus
fuiſſe conſtat pars d. Palatij, quæ ſpectaret ad præ-
dictos Pallauicinum, & Spinulam, Tum ratione
quotæ, nam illis non fuit conceſſa immiſſio in poſ-
ſeſſionem medietatis, vel alterius quotæ d. Palatij,
ſed tantum in portionem, & partem dict. medietatis
pro concurrenti quantitate illorum crediti. Tum
5 ratione loci, quia † ſtante communione eiuſdem Pa-
latij inter Epiſcopum Alerien. eorum debitorem, ac
alios eius fratres, quilibet eorum habebat partem
in qualibet parte, ita vt diſcerni non poſſet locus,
ac pars propria ſingulorum ante factam partium
ſeparationem, cum nec aliquis fuerit expreſſus
6 terminus, vel confinis, * à quo ea portio deſignari
poſſet, vt latè explicat *Rot. in Maceraten. Hæredi-
tatis 13. Iunij 1588. coram bo. me: Cardin. Pamphilio
7 quæ eſt deciſ. 161. par. 4. diuerſ.* † Stante autem tali
incertitudine, neceſſarium omnino erat cum non in-
teruenerint oblatores, & ipſi Nicolao aſſerto cre-
ditori facta fuerit talis adiudicatio, tàm ex verbis
decreti ſupra relatis, quam ex ipſius rei qualitate e-
ligere peritos, qui æſtimarent; & ſepararent partem
coæqualem credito Pallauicini, & Spniolæ eaque
ſubinde illis adiudicaretur, iuxta tradita per *Affl. dec.
358. ſub numero 5. & ſeqq. verſ. quarta ratio & ſequi-
tur Rot. coram Seraph. dec. 984. num. 2. vbi firmatur,*
quod ea verba in ſententia, & decreto Iudicis appo-
ſita pro concurrenti quantitate crediti, &c. impor-
tant, vt res non cenſeatur tota adiudicata inſolu-
tum pro credito, ſed tantum pro rata iuſtæ æſtima-
tionis. idem firmatur *coram bo: me: Buratto dec. 524.
ſub num. 6. & 7. dec. 725. par. 2. recent. & in Spoletana
Bonorum 1. Iulij 1615. coram Remboldo, quæ eſt deciſ.
226. poſt Statil. de ſalu. interd.*

Vlterius conſiderabant DD. non apparere niſi de
8 ſolo mandato de adiudicando. *. quod non ſufficit,
dum non conſtat de effectuali adjudicatione per
Curſorem facta, vt neceſſario requiritur eo quia
mandatum de adjudicando non inſeruit pro adju-
dicatione, niſi doceatur de effectuatione ſubſecuta,
Rota in Romana Sylva 28. Iunij 1618. coram Eminen-
9 *tiſſimo Cardin. Veroſpio,* in qua * ſpoliatiua declara-
ta fuit poſſeſſio capta vigore mandati de adiudican-
do non expectata adiudicatione, & non ſeruatis o-
mnibus, quæ in ipſa erant neceſſaria, ſequendo in
iſtis terminis reſolutionem *Rota coram Caualerio
dec. 171. poſt num. 4. verſ. ſimiliter non putabant, & co-*
10 *ram Buratt. dec. 124. numer. 11.* † Eoque magis, quia
fuit deuentum ad decretum ſupradicti mandati de
adiudicando; niſi ad primam diem, & tamen, cum
ageretur de re ſtabili, debebat fieri, niſi infra men-
ſem de ſtylo Curiæ, de quo teſtatur *Saluſt. Tiber. in
prax. A. C. lib. 1. cap. 43. nume. 2. & numero* 12. Vnde
quamuis ex ſupradictis inferri poſſet ad ratificatio-
nem poſſeſſionis adeptæ per Theſeum, attamen
non ex hoc ſequitur, acquiſitam fuiſſe Nicolao ali-
quam conſiderabilem poſſeſſionem pro obtinenda
reintegratione in hoc iudicio ſpolij; Quoniam ſat
eſt quòd ex mandato de adiudicando appareat, non
fuiſſe conceſſam niſi poſſeſſionem pro indiuiſo
cum liberando aliis tunc poſſeſſoribus, ac aliis cre-
11 ditoribus, * ſicque fuerit incerta ratione loci, &
quotæ, vt ea mediante non fuerit acquiſita aliqua
conſiderabilis poſſeſſio, quæ deſeruire valeat pro
reintegratione aſſequenda, *l. 3. §. incertam, vbi gl.
Bart.* & alij *ff. de acq. poſſ.* cum multis adductis
per *Surd. conſil. 168. numero 48. conſil. 125. numero
12. lib. 2. & conſ. 423. numero 38. lib. 3. Rot. d. dec. 151.
ſub numero 2. & ſeqq par. 4. diuerſ. & in puncto ad
excluſionem Spolij Pontan. de ſpol. lib. 2. capit. 14. nu-
mero 131.*

His omnibus accedit, quod ſupradicti Pallauici-
nus, & Spinola, quibus prætenditur, adiudicatam
fuiſſe partem Palatij, fuerunt ea priuati ad ſenten-
tiam Fuſcherij, qua eadem medietas Palatij cita-
to, & comparente eodem Theſeo fuit adiudicata o-
mnibus creditoribus Epiſcopi Alerien. in ea deſcri-
ptis pro concurrenti quantitate eorum crediti, non
autem ſolis Nicolao, & Danieli, quæ ſententia fuit
executioni demandata, cum illius vigore fuerint
expedita mandata, & facta locatio medietatis d.
Palatij, nec non exactæ penſiones per Auguſtinum
Iuſtinianum. Poſt d. ſententiam Fuſcherij ſuperue-
nit ſententia Rattæ, qui eamdem confirmauit, re-
dacta adiudicatione proprietatis eiuſdem Palatij ad
fructus, & penſiones illius. Propterea non eſt ha-
benda ratio poſſeſſionis captæ per d. Procuratorem,
ſtantibus prædictis ſententiis ſucceſſiuè probatis,
12 † quarum vigore prædicti Pallauicinus, & Spinola
fuiſſent ea priuati ſi quam legitimam acquiſiuiſ-
ſent *Ang. in l. clam. poſſidere, §. qui ad nundinas,
ſub num. 2. in fin. ff. de acqu. poſſ.* quem ibi ſequitur *A-
lex. ſub num. 2. in fi. verſ. dicit tamen, Imol. Roman.
Iaſ.* & alij adducti per *Rota dec. 802. num. 7. verſi.
poteſt enim Iudex, par. 1. diuerſ. & in Romana Vi-
neæ 7. Februarij 1620. coram bo: me: Reuerendiſſimo
Seleucien.*

Ad excluſionem petitæ. reintegrationis facit,
quod vſque de anno 1590. Marchioniſſa Hierony-
ma Montoria aſſecuta fuit poſſeſſionem huius Pa-
latij, quam in præſenti retinet, auctoritate Iudi-
cis, tàm ex perſona propria, quàm Annæ de Flores
matris, vt ex pluribus ſententiis, & mandatis etiam
13 Rotalibus ad earum fauorem emanatis, † quæ cum
poſſideat auctore Prætore, non dicitur ſupradictos
ſpoliaſſe, nec aduerſus illam competit intentatum
remedium reintegrationis, *l. iuſte poſſidet. ff. de acq.
poſſ. Ang. in l. qui vniuerſas, §. item cum Prætor. ff. eo-
dem, Bald. in l. fi. in primo artic. C. vnd. vi. Rot. in Ro-*

mana pratenſi Spolij 2. *Iunij* 1634. *coram Reuerendiſſimo Vrgellen. dec.* 454. *ac alibi* & licèt Catanci
prætendant, ſententias prædictas tamquam nulliter
ac iniuſtè prolatas, & non citatis eorum auctoribus illis non obeſſe, neque excludere deductum re-
14 medium pro eorum parte, hoc tamen, † vbi agitur,
vt in hoc caſu de ſpolio iudiciali debent plenè, ac
concludenter probare, nec ſufficiunt duo extrema
ſolita, ſed actor tertium quoque tenetur concludenter probare, ſcilicet, Iudicem nulliter, ac in-
15 iuſtè proceſſiſſe, nam aliàs * præſumitur pro iuſtitia, & validitate ſententiæ, atque decreti, vt latè
probat *Rot.dec.7.num.16.& ſeqq.& deciſ.454. num.
4.& ſeqq. coram Reuerendiſſimo Vrgellen. coram S.
M.Greg.XV. deciſ.485.num.3.& deciſ. 668.ſub num.*
16 1.*par.3.recent.* vbi quod * nullitas, vel iniuſtitia hoc
caſu debet eſſe adeò patens ut nullo pacto colorari
poſſent.

Demum non obſtat, quod pro parte Marchio-
17 niſſæ non fuerint exhibiti proceſſus, * ex quibus dd.
18 ſententiæ iuſtificentur. Quia, * cum illa poſſideat,
& conueniatur in hoc iudicio, ſententiæque & decreta prædicta iam à quinquaginta circiter annis emanauerint, & executionis complementum vſque
ad tempus huius litis motæ habuerint, inde reſultat
efficax præſumptio ſufficiens ad eius defenſionem,
vt propterea ad eam non ſpectet illas iuſtificare, ſed
19 Cataneis, † quorum eſt onus, nullitatem, atque
iniuſtitiam probare, eoſdémq; proceſſus tenentur exhibere, vt plenè fuit firmatum *coram Reuerendiſſimo Vrgellen. d.dec.7. num.16.21.&* 24.& comprobatur *deciſ.223. num.8.par. 7.recent.* vbi ad præſumendum omnia fuiſſe ritè, ac rectè facta conſideratur curſus 40.annorum.

Ex quibus vtraque parte informante iterum, fuit dictum, non conſtare de primo extremo, & ſic Cataneis non eſſe dandam reintegrationem, &c.

R.P.D. VEROSPIO.

Regimen. Manutentionis.

Lunæ 27.Iunij 1644.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſor anterior debet manuteneri.*

2 *Ampl. eo magis ſi ſit ex legitimo titulo dationis in ſolutum.*

3 *Datio in ſolutum, ſeu alienatio facta lite pendente non dicitur affecta vitio litigioſi, dum facta fuit ex cauſa neceſſaria anterioris crediti.*

4 *Iudex alium immittens priuat primum poſſeſſorem poſſeſſione ciuili, & naturali.*

5 *Lim. ſecus ſi nulliter, & iniuſtè proceſſerit.*

6 *Poſſeſſor, qui non habuit ſe pro ſpoliato, debet ratione poſſeſſionis ciuilis, quam animo retinuit, manuteneri contra nulliter, & iniuſtè naturalem occupantem.*

7 *Poſſeſſio apta poſt interpoſitam appellationem eſt attentata.*

8 *Clerico in iudicio aſſiſtentia, quamvis poſſeſſorio, permiſſa eſt appellatio.*

9 *Citationis omiſſio vitiat iudicium ſubhaſtationis, deliberationis, & immiſſionis, & impedit, ne non citatus ſua poſſeſſione priuetur.*

10 *Terminus ad reluendum eſt neceſſarius poſt decretum deliberationis.*

11 *Sententia Iudicis laici non poteſt exequi contra bona, quæ tranſierunt in Clericum.*

12 *Clericus non arctatur ex inſtantia capta coram Iudice laico, & contra laicum eius auctorem.*

DECISIO CLXX.

CÆſar Cannizzonus vti creditor Olimpiæ in ſumma ſcutor.900.iudicium aſſiſtentiæ intentauit contra illius bona poſſeſſa ab Anna eiuſdem nepote, ac hærede, in eoq; ſententiam fauorabilem reportauit à Iudice Vicariæ, quam contra Clericum Hieronymum de Capua vti poſſeſſorem eorumdem bonorum exequi curauit, impetrando à Vicario Capitulari Reginen. decretum de illa vendendo, ſeu deliberando Carolo de Capua, tanquàm vltimo, ac maiori oblatori, qui etiam ab eodem Vicario immiſſionem impetrauit.

Cum vero ab ea deliberatione, & ſubſequuta immiſſione appellaſſet Hieronymus coram A. C. me, & decretam manutentionis obtinuiſſet vti anterior poſſeſſor ex cauſa dationis in ſolutum ſibi facta ab Anno.... pro anteriori credito, quod eidem ſoluere tenebatur ex cauſa dotis Auiæ maternæ, commiſſa mihi cauſa appellationis cum facultate manutenēdi quem de iure, Dubitaui cui concedenda eſſet manutentio, & reſolutum fuit ad fauorem Hieronymi,
1 quia de ſua anteriori poſſeſſione docet, † in qua manuteneri debet, *text.in c.licet cauſam, de prob. Bart.
in l.vnic.num.8. verſ ſi vero vterque probauit*, C. *vti
poſſid. Menoch. de retin. remed.3. n.725. Aretin. in §.
2 retinendæ, num.9. Inſt. de interd.* † Dum maximè eadem poſſeſſio corroboratur in legitimo titulo dationis in ſolutum, vt notant communiter *DD. in l.1.
C. vti poſſid. idem Menoch. de retin. remed.3. num.733.
Boccat. de interd. vti poſſid. cap.2. num.99. Rot. coram
Greg. dec.412.num.2.* vbi latè *Add.num.5.& in Bononien. Profeſſionis 14. Menſis Martij 1622. coram bo.
me: Merlino, & in Vicentina Adminiſtrationis 16.
3 Decembris 1624. coram Remboldo.* † quæ datio in ſolutum, ſeu alienatio licet ſubſecuta fuerit lite pendente impugnari non poteſt tamquam affecta vitio
litigioſi, dum facta fuit ex cauſa neceſſaria anterioris ſcilicet crediti, quod ab eadem Anna conſequi debuerat Hieronymus, iuxta *in l.... ff. famil. herciſc.
Lancell. de attent.2.par.cap.4. limit.8.num.11. & 12.
Tiraq. de retract. lignag §.1.gl.10.num.16. Roderic. de
ann. redit. lib.2.q.15.num.81.* cum aliis adductis in *Romana Vinea 27. Iunij 1640. coram bo: me: Merlino.*

Non obſtat, quod Carolus aduerſarius immiſſionem impetrauerit in bonis controuerſis, quæ antea
eiuſdem auctoritate ſibi tamquam vltimo, & maio-
4 ri oblatori deliberari obtinuerat, † à quo propterea
Iudice tunc tam ciuili, quam naturali poſſeſſione
priuatus fuerit Hieronymus, iuxta tex. in *l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas. ff. de acqu. poſſ. & l. qui vniuerſas, §. item Prætor. ff. eod.* & notant vtrobique *DD.
Rot. dec.624.par.1.recen. & in Squillacen. Abbatia 21.
Maij 1625. coram bo: me: Merlino.*

5 Quia, † cum Iudex nulliter, & iniuſtè proceſſerit,
nec tranſtulit poſſeſſionem manutenibilem in perſonam Caroli, nec Hieronymum anteriori poſſeſſione priuauit, dum ſe non habuit pro ſpoliato, qui
6 ideo ratione ciuilis, † quam animo retinuit, debet contra Carolum occupantem naturalem manuteneri *Ang. de acqu. poſſ. q.18. art. 2. numero 97.&
101. Boccat. de interd. vti poſſid. cap.3. num.13. Hond.
conſ.*

Digitized by Google

*conſ.*20.*num.*19.*lib.*1. Rot.*coram Put. deciſ.* 409.*num.* 4.*lib.*3.*& coram Greg. dec.*46.*nu.*5.*&* 9.*& in dec.*106.
7 *n.*2.*&* 3.*& dec.*135.*n.*3. *par.*1.*recen.* † Dum maximè eadem poſſeſſio Caroli excuſari non valet à vitio attentatorum tamquam capta poſt interpoſitam appellationem à Hieronymo iuxta tex. in *c non ſolum, de appell.* cum aliis per *Lancell. de attent.par.* 2.*cap.*
8 12.ex præfato *n.*78. † cui tamquam Clerico de iure Canonico permiſſa erat appellatio in iudicio aſſiſtentiæ, licet poſſeſſorio, ex not. in *Clem.*1.*de ſequeſt. poſſ. & fruct. vbi Card. nu.*10.*& cap. cum ad ſedem. vbi gl. notat in verb. interdictum. circa fin. verſ. & nota de reſtit. ſpol. Couarru. pract. quæſt. cap.*23. *num.*4. *verſ. primo concludit, Afflict. dec.*269.*n.*2 *Rot. dec.*391. *num.*3. *par.*1.*recent.*

9 Nullitas d. proceſſus * viſa fuit concludi, tum ex omiſſa citatione Hieronymi poſſeſſoris tam in iudicio ſubhaſtationis, quam in ſubſequuta immiſſione, ſine qua nec conſiſtere potuit d. iudicium, nec Hieronymus in eo ſua poſſeſſione priuari, iux. tex. in *l. vlt. C. ſi per vim, vel alio mod. & in cap. licet Epiſcopus, de præb. lib.* 6. *Hond. eod. conſ.* 20. *num.* 19. *lib.*1. *Menoch conſ.*1073.*num.*13. *Rot. dec.* 802.*nu.*7.*par.*1. *& dec.* 179 *num.*5 *& dec.*187.*num.*3.*par.*4.*diuer.* & in his terminis iudicij deliberationis, ex tex. *in l. creditor, C. de diſtract. pign. notat. gl. in l. à Diuo Pio,* §.2.*in verb. videatur ff. de re iudic. Mangil. de ſubhaſt. q.*1-7.*num.* 10 *& q.*180.*num.*1. *Rot. coram Seraph. dec.*107.*num.*3.
10 *& coram Greg. dec.*416.*n.*1. Tum † ob non conceſſum terminum ad reuelendum poteſt decretum deliberationis neceſſarium, iuxta tradita per *Saluſt. Tiber. in prax. lib.*1.*cap.*43.*nu.*5.*Rot. coram Greg. dec.* 416.*n.* 2 *& in Vrbeuetana Domus* 15. *Decembris* 1544. *coram bo: mem. Cardin. Pamphilio poſt Mangil. eod. tract. de ſubhaſt. deciſ.* 51. *num.*5. Tum demum quia eadem ſententia lata coram Iudice laico in iudicio aſſiſtentiæ contra bona poſſeſſa ab Anna exequi non poterat contra Hieronymum, in quem eadem met
11 bona tranſiendi cum † ille tamquam Clericus, & poſſeſſor conueniri non potuiſſet ex ſententia Iudicis laici, iuxta *not. in c. cum non ab homine. & in c. qualiter de Iud. & in c. Sancta Mariæ. de conſtitut. & in auth. ſtatuimus. C. de Epiſcop. & Cleric. Abb. in c. quoniam frequenter,* §. *ſunt & alij, n.*28.*verſ. concl ude ergo, vt lit non conteſt. Socin. ſen. conſ.*91. *num.* 13. *&* 14.*lib.*3. *Dec. conſ.*700. *num.*7. *Purpur. conſ.* 16.
12 *num.*1. *Craſſ. de effect. cleric. eff.*1. *num.*926. * nec arctetur ex inſtantia cæpta contra laicum ſuum auctorem iuxta regulam traditam in *c. nullus Clericus;* 11. *quæſt.*1. *notant DD in cap. quia v. de iudic. vbi Butr. & Abb. n.*12. *Imol. num.*3. *Dec. num.*37. *Add ad Felin. num.*3. *verſ. & iſtam partem puto veriorem, Rota coram Seraph. dec.*957.*n.*9.*& in dec.*5.*n.*1.*de for. compet. in antiq.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CERRO.

Romana Subhaſtationis de Alexiis.

Lunæ 12. Decembris 1644.

SVMMARIA.

1 *Executiuè procedi non poteſt contra tertium poſſeſſorem, &* 3.

2 *Creditor anterior poſſidens bona communis debitoris impedire nequit, quominus creditor poſterior ad ſubhaſtationem deueniat ad effectum, vt ex pretio prius anteriori, & deinde poſteriori ſatisfiat.*

3 *Decl. procedere ſi detineat iure pignoris, & fateatur rem quoad proprietatem ſpectare ad debitorem, & alleget, prius fuiſſe ei hypothecam, ſecus ſi alleget, proprietatem non amplius ad debitorem, ſed ad ſe ipſum ſpectare, & n.*8.*&* 11.

4 *Datio in ſolutum non operatur in præiudicium tertij creditoris.*

5 *Lim. procedere in datione in ſolutum vniuerſali omnium bonorum, ſecus in facta de particularibus bonis.*

6 *Tertio ad effectum executionem impediendi ſatis eſt probare poſſeſſionem, & titulum allegare abſque alia iuſtificatione.*

7 *Titulus iuſtificandus eſt in petitorio, ſeu quando agitur de illius canonizatione, ſecus vbi agitur tantummodo ad impediendam viam executiuam.*

9 *Titulus quomodo probetur.*

10 *Productio probatur ex fide Notarij actuarij.*

11 *Bonorum aſſignatio facta mulieri pro ſua dote cenſetur in dubio cum tranſlatione dominij, & proprietatis, non tantum iure pignoris.*

12 *Subhaſtationi coram Iudice appellationis non eſt locus, actis non tranſportatis, nec mandatis executiuis relaxatis, & num.*16. *Ampl. vt n.*17.

13 *Clauſula in commiſſione, Firmo remanente Notario, & cum facultate cogendi partes ad ſtandum indicationi, ſeu ſimplici copiæ iurium abſque confectione extractus ſeu regeſtri, quid & quando operetur.*

14 *Reſcriptum recipit interpretationem à iure.*

15 *Clauſula, Seruato iuris ordine, dat formam præciſam & reſtringit facultatem ad limites iuris.*

16 *Subhaſtatio de iure fieri non poteſt, mandato executiuo non relaxato.*

18 *Subhaſtatio eſt nulla, irrita reſcripti forma non ſeruata.*

19 *Subhaſtatio bonorum captorum per ſaluianum in vim reſcripti, & licentia Sanctiſſimi fieri poteſt abſque alia relaxatione mandati executiui, & n.*20. *Decl. vt num.*21.

20 *Immiſſus in hypothecaria poteſt procedere ad ſubhaſtationem, ſecus ſi in ſaluiano, niſi cum licentia Principis.*

21 *Tertius poſſeſſor allegans, bona quæ olim ad communem debitorem ſpectabant, ad ſe modo pertinere titulo plenæ proprietatis, & dominij impedit, ne executiuè procedatur ad ſubhaſtationem, & deliberationem.*

DECISIO CLXXI.

ALexius de Alexiis plura contraxit debita fauore diuerſarum perſonarum, & ſignanter die 27. Octobris 1598. impoſuit cenſum ſcutor. 37. quam ſic impoſitum vendidit Ioanni Baptiſtæ ſeniori de ſancto Petro pretio ſcutor. 500. alium q; ſimilem cenſum ſcutor. 42. impoſuit 2. Iulij 1603. quem pretio aliorum ſcutorum 600. vendidit ſimiliter eidem Ioanni Baptiſtæ. Deinde ſub die vltima Ianuarij 1606. alium cenſum impoſuit ſcutor. 130. quem pretio ſcutorum bis mille vendidit Præpoſito, & Cappellanis Cappellæ B. M de Clementia ſitæ in Eccleſia Collegiata S. M. ad Tranſtiberim de Vrbe, & vlterius ſub die 3. Iunij anni 1621. alium cenſum impoſuit ſcutorum 52. quem pretio ſcutorum 800. vendidit Patri Eminentiſſimi D. Cardinalis Pancicoli.

Idem Alexius in teſtamento, ſub quo deceſſit,

 ſub plu-

ſub plura legata hæredem vniuerſalem inſtituit Iulium Vrſinum eius ex ſorore nepotem cum onere adeundi hæreditatem,& in ea ſe ingerendi ſine beneficio legis,& inuentarij, vt in teſtamento,quod datur in ſummario creditorum num.1.

Poſt eius obitum creditores mouerunt iudicium coram A. C. contra D.Iulium hæredem ſuper immiſſione in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum remedio vtilis ſaluiani, & ſub die 25. Septembris 1620. ſententiam fauorabilem reportarunt cum ſubſecuta bonorum poſſeſſione d. ſummario creditorum num.2.& 3.

Verum etiam Antonina Vrſina creditrix ſupradicti Alexij pro reſiduo dotis ſcutorum 3. mil. adiuit A.C.& præuia narratiua, quod erat creditrix ratione dotium,quodque fuerat immiſſa in poſſeſſionem bonorum Alexij vigore ſententiæ de Anno 1620.latæ ad fauorem creditorum, & vlterius, quod ipſa erat ceſſionaria aliquorum creditorum Ioannis Baptiſtæ,& Alexij de Alexiis,& quod Iulius Vrſinus d. Alexij hæres præſtiterat conſenſum, quod ipſa pro ſatisfactione ſuarum dotium bona præfata poſſideret, & haberet pleno naturali, & titulari dominio, ſub die 22. Nouembr.1622. obtinuit mandatum de immittendo in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum Alexij cum clauſula, Sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, cuius vigore omnia bona hæreditaria Alexij occupauit; Tenor autem mandati talis eſt. Noueritis &c. Cum D. Antonina Vrſina vidua de Anno 1620. obtinuerit vigore vtilis ſaluiani immitti in poſſeſſionem omnium bonorum foren. & vrbanorum ſpectan. ad d.hæreditatem de Alexiis citato d.Iulio Vrſino hęrede d.q. Alexij, & alijs creditoribus pro omni ſuo iure, & intereſſe &c.verum quia d.bona &c. ſunt adeo tenua, vt de eorum redditibus vix partem partis fructuum dotalium ſatisfactionem recipiat, & propterea ad ſubhaſtationem, deliberationem, adiudicationem, & eorumdem bonorum totaliter diſtractionem intentare vellet in maximum damnum, & præiudicium d.D.Iulij Vrſini hæredis, qui ad euitan. huiuſmodi damnum, & vlteriores, & ſuperfluas expenſas conſenſit, & ſuum perfectum conſenſum dedit, & pręſtitit, & iure medio d. D. Antonina pro ſatisfactione antedicti ſui crediti dotalis, dicta bona habeat,poſſideat, fruatur, & gaudeat pleno, naturali, & titulari dominio. Vnde ſuper hoc requiſiſti à d. Antonina, vt velimus de opportuno iuris remedio prouidere. Quocirca &c. mandamus &c. vt d. D. Antoninam, ſiue eius legitimum procuratorem in poſſeſſionem omnium, & ſingulorum bonorum Vrbanor. & Foren.&c.illorumq; penſionum,fructuum, iurium,& redituum,& emolumentorum pleno,plenario,& pleniſſimo,ac naturali, & vniuerſali dominio vigore *l.ſi.*&c.ac alterius cuiuſvis remedij poſſeſſorii ſibi magis de iure proficui, & competen. immittatis &c. quam ſic in poſſeſſionem eorumdem immiſſam, impoſitam, & collocatam manuteneatis, & pacificè, ac perpetuò conſeruetis, ſine tamen pręiudicio poſſidentium,& meliora iura habentium, ſi qui ſunt.

Continuante Antonina in quieta,& pacifica poſſeſſione dd.bonorum, creditores præfati adita Signatura Santiſſimi obtinuerunt cauſam præfatam, quia auocatione à quocumque alio Tribunali,committi A.C.qui ad vlteriora in cauſa, ſeu cauſis, & ſeruato iuris ordine procedit etiam ad ſubhaſtationem, & deliberationem bonorum hæreditariorum d.Alexij vbique locorum exiſten. iuxta ſtylum Curiæ, & pretium exinde redigen. deponeretur penes Montem Pietatis ad affectum conſignandi prioribus & potioribus creditoribus d.Alexii, & ſatisfaciendi eidem Antoninæ de ſuo credito, quatenus exiſtat creditrix &c. & ſucceſſiuè, in hærendo poſſeſſioni captæ de anno 1620. vigore mandati de immittendo ad eorum fauorem relaxati obtinuerunt à Iudice per A.C. deputato mandatum de manutenen.in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum Alexii, ſed interpoſita pro parte Antoninæ appellatione, cauſaq; alteri commiſſa de conſenſu partium, lata fuit ſententia fauorabilis ad fauorem Antoninæ, à qua interpoſita appellatione, cauſaque mihi commiſſa, cum ſpeciali reſcripto Sanctiſſimi, vt in cauſa procederem iuxta commiſſiones in actis præſentatas, dubitaui, An eſſet deueniendum ad ſubhaſtationem, & DD.cauſa ter propoſita,negatiuè reſponderunt;

1 Quia,* cum Antonina ſit tertia, & reperiatur in poſſeſſione horum bonorum ex alio titulo,non poteſt coram ipſa executiuè procedi, iuxta celebrem theoricam *Alex.in l.à Diuo Pio, §.ſi ſuper rebus, num.2.verſ. & bene facit, ff. de re iudic.* quam probauit *Bart. in l.ob maritorum, num.5. verſ. quæro nunquid pendente, C. ne vxor pro marit.* & ſæpius firmauit *Rota*, & ſignanter in *Sancti Seuerini Laudi 23. Ianuarij 1634. coram Reuerendiſſ.D.meo Decano*, & in *Anconitana Dotis 24. Aprilis 1643. coram me.*

2 Nec obſtat, quod* creditor anterior poſſidens bona communis debitoris impedire nequeat, quo minus alter creditor poſterior deueniat ad ſubhaſtationem, dummodo ſubhaſtatio fiat ad effectum, vt ex pretio in primis, & ante omnia ſatisfiat anteriori creditori poſſidenti,& poſtmodum de eo,quod ſupereſt poſteriori, ut probat tex.in *d.l.à Diuo Pio, §.quod ſi res fuerit pignorata, ff.de re iudic.* quem ad hunc effectum expendit *Neguſan. de pignor. par. 5. memb.3.num.30 Gratian. diſcept. for.cap.941. num. 3. cum ſeqq. & Rot. in Romana Palatij 11. Decembris 1630.coram Eminentiſſ. D.Card. Veroſpio, & in Romana Nullitatis Deliberationis 27. Aprilis 1644.coram R.P.D.meo Ghiſilerio.*

3 Concluſio enim * procedit quando tertius creditor non detinet iure pignoris, & fatetur rem,quoad proprietatem ſpectant ad debitorem, ſed allegat, prius ſibi fuiſſe hypothecatam, ſecus quando allegat, proprietatem non ſpectare amplius ad debitorem,ſed rem eſſe ſuam titulo plenæ proprietatis, & dominii, tunc enim non intrat diſpoſitio *d.§.ſed creditor ſic poſſides impedit executionem ab alio faciendam*,vt optimè diſtinguendo inter unum caſum, & alterum declarat *Alex. in d.l.à Diuo Pio. §.ſed & illud,nu.4.verſ.ſecunda limitatio, ff. de re iudic.*& eo relato *Rot.coram bo:me: Buratto dec.574. num.7. & dec.617.num.4.*

Hoc autem caſu Antonina non allegat ſe poſſidere bona Alexii iure pignoris temporaliter ad effectum ſibi ſatisfaciendi de ſuo credito,ſed pleno iure proprietatis, & dominij mediante datione inſolutum ſibi facta de conſenſu d.Iulij hęredis Alexii, vt apertè habetur in d.mandato de immittendo vigore huius conſenſus obtento de Anno 1622. ideoq; contra ipſam non poteſt ad ſubhaſtationem procedi ex iuribus ſupra allegatis. Deciſiones autem in Romana Palatij, & in Romana Nullitatis Deliberationis loquuntur in primo caſu, quo ſcilicet creditor anterior poſſidebat tantummodo iure pigno-

Digitized by Google

pignoris, non autem pleno iure proprietatis, & dominii, ideoq; nullatenus applicantur.

Neque DD. voluerunt attendere exceptiones, quæ adducebantur contra dationem inſolutum, &
4 & præſertim, quod * ea non ſuffragetur, nec operetur in præiudicium tertij, creditoris, quia præter
5 quod * concluſio non procedit, niſi quando datio eſt vniuerſalis omnium bonorum non autem quando eſt facta de particularibus bonis, ex adductis latiſſimè per *Reuerendiſſ. D. Vrgellen. dec. 36.* pon-
6 deratum fuit, quod, † ad effectum impediendi executionem, tertius non habet opus iuſtificare titulum, ſed ſatis eſt probare poſſeſſionem, & titulum allegare, vt bene monuit *Bart. in d. l. à Diuo Pio. § ſi ſuper rebus, num. 4.* cęteriq; ſcribentes communiter *Caſtr. conſ. 143. ſub num. 3. verſ. & quæſitum, lib. 1.*
7 *Rot. coram S. M. Greg. dec. 22. num. 3. cum ſeqq.* † Iuſtificatio enim tituli ſpectat ad petitorium, ſeu quando agitur de illius canonizatione, ſecus autem vbi agitur tantummodo ad impediendam viam executiuam; Ad hunc enim effectum poſſeſſor non cogitur docere de titulo ſuæ poſſeſſionis, *l. cogi, C.*
8 *de pet. hæred. Greg. vbi ſup. num. 4.* * Contraria verò procedunt, quando tertius allegaret, ſe tantummodo iure pignoris poſſidere rem communis debitoris, ſecus autem, vt dictum eſt, quando allegat, ſe poſſidere pleno iure proprietatis, & dominij.

9 Et in omnem caſum † poteſt ſatis conſtare de titulo ex enunciatiua conſenſus hæredis in mandato de immittendo conceſſo ab A. C. in executionem eiuſdem conſenſus, & ex productione iurium enunciatorum in d. mandato, & in quibus Iudex
10 ſe fundauit, * de quorum productione conſtat ex fide Notarij actuarij. ex ea enim apparet, à procuratore Antoninæ fuiſſe repetitum inſtrumentum ceſſionis iurium creditorum, nec non copiam ſententiæ vna cum mandato relaxato, Inſtrumentum conſenſus Iulij, nec non omnia alia iura in actis producta, cum quibus petiit, & obtinuit mandatum de immittendo in poſſeſſionem bonorum. Quomuis enim de præſenti non reperiatur hic conſenſus, ideoq; non poſſit ex eius lectura dignoſci, an cantet
11 in pignus, vel in dationem inſolutum. † quia tamen præcedit cauſa habilis ad transferendum dominium, ſimplex illa aſſignatio bonorum facta mulieri pro ſua dote cenſetur facta cum translatione dominij, & proprietatis, non autem tantummodo iure pignoris, vt notat *Bart. in l. ſi conſtante, num. 99. verſ. imò dico. ff ſol. matrim.* & tradunt communiter DD. in *l. dotis fructus, §. fin ff. de iur. dot. Rot. coram bo: me: Buratto d. dec. 574. num. 4. & d. dec. 627. n. 1.*

Eoque minus dixerunt DD. deueniri poſſe ad ſubhaſtationem cum adhuc acta non ſint transpor-
12 tata, nec mandata executiua relaxata, * ſine quibus certum eſt ad ſubhaſtationem deueniri non poſſe; nihil enim refert, quod cauſa reperiatur com-
13 miſſa * cum clauſula, Firmo remanente Notario, & cum facultate cogendi partes ad ſtandum Iudicationi, inſtrumentorum, & iurium quorumcumq; ſeu ſimplici copiæ abſque alia confectione extractus, ſeu regeſtri, quia d. clauſula fuit appoſita in commiſſione directa A. C. ad tollendam dubitationem, An cauſa ita eſſet effecta commiſſaria, vt ſpectaret ad Notarium Archiuij. Hodie autem ſumus in gradu appellationis, & commiſſio mihi directa cum inſertione aliarum commiſſionum reperitur in actis Notarij Rotalis, apud quem fuerunt à creditoribus producta inſtrumenta cenſuum. Vnde d. clauſula non ſuffragatur, & Notarius huius cauſæ eſt Rotalis, apud quem acta non ſunt tranſportata.

Ideo nihil releuat, quod Sanctiſſimus reſcripſerit cum facultate ſubhaſtandi, & deliberandi o-
14 mnia, & ſingula bona quia, cum † reſcriptum recipiat interpretationem à iure, *l reſcripta, C. de precib. Imper. Mantic. dec. 213. nu. 3.* & quod plus eſt in eius ventre adſit clauſula, (Seruato iuris ordine,)
15 † quæ dat formam præciſam, & reſtringit facul-
16 tatem ad limites iuris, ſi † iure communi deueniri non poteſt ad ſubhaſtationem, & deliberationem, niſi prius tranſportatis actis, & obtentis man-
17 datis executiuis, vt in *d. l. à diuo Pio.* Vtique * nec minus ad eam deueniri poterit vigore reſcripti, quod ſeruari voluit formam, & ordinem à iure com-
18 muni præſcriptum; † alias enim hac forma non ſeruata ſubhaſtatio erit nulla, & irrita, *c. cum dilecta, §. dictum inſuper,* ibiq, *Felin. num. 6. vſque ad 14. de reſcript. Abb. in c. cum cauſam, n. 10. de re iudic. Reuerendiſſ. Vrgell. dec. 205. n. 3.*

19 Nec quicquam refert, quod, † obtento reſcripto, & licentia à Sanctiſſimo immiſſus in ſaluiano deuenire poſſit ad ſubhaſtationem, etiam abſque alia relaxatione mandati executiui, vt probat aliis relatis *Mangil. de ſubhaſt. q. 126. num. 14.* & pluries firmauit *Rot. coram Card. Seraph. dec. 1100. numer. 2.* vbi ponderata diſtinctione, An ſententiam, & mandatum de immittendo ſit in hypothecaria, vel in
20 ſimplici ſaluiano, & firmato, quod † in primo tamen caſu creditor immiſſus procedere poſſit ad ſubhaſtationem, non autem in ſecundo concludi tamen, quod, ſi impetretur à Principe licentia, etiam in ſecundo caſu immiſſum in ſaluiano procedere poſſe ad ſubhaſtationem, etiam alio mandato non obtento, quod idem dixit *Rot. in recent. deciſ. 161. nume. 14. & 15. par. 6. & in Ariminen. Bonorum 4. Martij 1622. coram bo: me: Coccino, & in Romana Domus coram Card. Sacrato impreſſ. per Modern. Peruſ. poſt tract. de manuten. dec. 296. n. 1. & 2.*

21 Fuit enim reſponſum, † deciſiones allegatas, earumq; dicta procedere, quando petens ſubhaſtationem poſſidet, vel agitur cum tertio, qui poſſideat tamen iure pignoris ad effectum ſibi ſatisfaciendi ex fructibus, ſecus quando tertius, qui reperitur in poſſeſſione allegat bona, quæ olim ad communem debitorem ſpectabant, ad ſe modo pertinere titulo plenæ proprietatis, & dominij, tunc enim non poteſt executiuè procedi ad ſubhaſtationem, & deliberationem ex iuribus ſupra allegatis, nec deciſiones loquuntur in his terminis.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ROYAS.

Amerina Bonorum.

Veneris 2. Iunij 1645.

SVMMARIA.

1 *Obligatio generalis bonorum Eccleſiaſticorum occaſione emptionis eſt valida abſque aſſenſu Apoſtolico.*

2 *Eccleſia acquirendo poteſt ſub hypotheca generali obligare ſua bona, vti non comprehenſa in prohibitione alienandi bona Eccleſiaſtica, ſecus in hypotheca ſpeciali.*

3 *Hypotheca generalis per ſe ipſam nihil ſapit alienationis,*

tionis, cum per eam non transferatur ius aliquod in re.

4 *Genus ſub ſe non continet, niſi, quæ ſunt eiuſdem naturæ.*

5 *Alienationis prohibitio contenta in extrauag. Ambitioſæ, non comprehendit hypothecam generalem, vti diuerſæ naturæ ab alienatione, & n.11.*

6 *Hypotheca generalis non eſt ad alienationem directè, & principaliter ordinata, ſed vt magis creditori ſit cautum.*

7 *Alienatio per hypothecam generalem non poteſt niſi in conſequentiam ſequi.*

8 *Alienationis effectus eſt hypotheca generali donec in eſſe non producatur, non poteſt, attenta eius primæua natura, de ea cenſeri, quod de alienatione, ſecus effectu alienationis in eſſe producto, & numer. 14. & ſequ.*

9 *Alienatione prohibita, non poteſt omne illud prohibitum dici, per quod ad illam poteſt deueniri non quidem directe, & principaliter, ſed ſecundario, & in conſequentiam.*

10 *Actum non qualificant ea, quæ veniunt in conſequentiam.*

12 *Hypotheca generalis bonorum Eccleſiæ valida eſt abſque Beneplacito Apoſtolico.*

13 *Decl. vt tamen per eam non poßit deueniri ad ſubhaſtationem bonorum Eccleſiæ Beneplacito Apoſtolico non impetrato, & quare, Sub decl. vt num. 28. & ſequ.*

15 *Hypotheca generalis dum producit in eſſe effectum prohibitum, eſt & illa reputanda prohibita, prout alienatio, vti cauſa efficiens actus producti, non ex ſui natura, quæ poteſt ſtare & plures alios effectus producere, quam iſtum prohibitum, & n.18.*

17 *Bona Eccleſiaſtica ſi poſſent vigore hypothecæ generalis diſtrahi, daretur caſus alienationis eorumdem abſque Beneplacito Apoſtolico, & contra diſpoſitionem Extrauag. Ambitioſæ, & via fraudibus aperiretur.*

18 *Conſtitutio Paulina inuenta eſt ad fraudes euitandas.*

19 *Hypothecæ generalis validitas fruſtratoria videtur, dum per eam ad ſubhaſtationem bonorum Eccleſiæ deueniri non poteſt.*

20 *Decl. vt ſit vtilis ad mouendum Summum Pontificem ad aſſentiendum diſtractioni, & ad agendum ſaluiano.*

21 *Emptionis contractus habet præſumptionem vtilitatis.*

22 *Alienari vt poſſint bona Eccleſiaſtica requiritur copulatiuè vtilitas, & ſolemnitas, nec ſola vtilitatis præſumptio ſufficit abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, & num. 23.*

24 *Emptionis contractus poteſt non eſſe vtilis, ſed læſiuus tam reſpectu venditoris, quam emptoris, & n.25.*

26 *Statutum Vrbis requirens ſolemnitates in alienatione, permutatione, & omnibus contractibus minorum locum habet etiam in emptione.*

27 *Bonorum Eccleſiaſticorum in diſtractione, quæ fit per Iudicem, non requiritur Aſſenſus Apoſtolicus, vti ex cauſa neceſſaria.*

29 *Decl. non procedere niſi, quando Iudex venit ad rem vigore obligationis contractæ cum ſolemnitatibus, & quare, & nu.30 & 31.*

32 *Bonorum Eccleſiaſticorum ad ſubhaſtationem iudicialem nullo caſu deueniri poteſt occaſione obligationis initæ abſq; Beneplacito Apoſtolico, niſi in caſu ſoluendi debita contracta ab aliquo auctore Eccleſiæ, qui eidem plura bona reliquerit, & quare, & num.33.*

34 *Qualitas neceſſaria, vel voluntaria cauſæ ſubhaſtationis bonorum Eccleſiaſticorum metimur ab origine obligationis, an ſcilicet ea fuerit ex facto hominis, vel legis.*

35 *Æs alienum contrahere ſi permiſſum fuerit ex cauſa neceſſaria, permiſſio non comprahendit neceſſitatem, in qua quis ſponte ſeſe conijcit.*

36 *Eccleſia, quæ adiuit hæreditatem lucroſam, ſed ære alieno grauatam an dicatur ſeſe ſpontè in neceſſitatem conieciſſe.*

37 *Loca Montium Communitatum poſſunt libere alienari, & obligari, niſi aliter quoad particularia loca diſponatur, vel conueniatur, & n.38.*

DECISIO CLXXII.

DE ordine Sanctiſſimi reuiſis deciſionibus in hac cauſa huiuſque emanatis, illiſq; ad Trutinam per binam propoſitionem redactis DD. receſſerunt à deciſis, quatenus in eis reſolutum fuerat bona Monaſterij poſſe ſubhaſtari pro eius debito contracto ſub obligatione generali occaſione *pretij* bonorum à Præſide eiuſdem Monaſterij abſque licentia Sedis Apoſtolicæ emptorum.

Nam, licet Domini adhuc tenuerint veram conclusionem firmatam in aliis deciſionibus, nempe
1 quod * obligatio generalis contracta occaſione
emptionis ſit valida abſque aſſenſu Apoſtolico,
prout in puncto firmat *Pater de Lezana in ſumm.*
quæſt. Regul. verb. alienare, nu.5. poſt med. verſ. an au-
tem poſſint Regulares. tom.3. motus eadem ratione, de
qua in prædictis deciſionibus coram me, nempè
2 quod, * cum Eccleſia acquirit, poteſt ſub hypothe-
ca generali obligare ſua bona, & talis hypotheca
generalis non eſt comprehenſa ſub prohibitione
alienandi bona Eccleſiaſtica, vt tradunt *DD. omnes*
in c. nulli, de reb. Eccl. alienand. vel non. qui licet lo-
quantur in terminis *d. cap. nulli*, in quo cum fuerit
ſolum prohibita hypotheca ſpecialis, non inde
poterit dici prohibita generalis, tamen quia ſub-
dunt d. prohibitionem non eſſe extendendam, ex
3 eo, quod * hypotheca generalis per ipſam nihil ſa-
pit alienationis, cum per eam non transferatur ius
aliquod in re, *§. item ſeruiana, Inſt. de action. l. rem.*
§. propriè, ff. de pignor. act. vtique eadem ratio vide-
tur militare in terminis extrauagantis Ambitioſæ
Pauli II. de reb. Eccl. non alien. licèt prohibeat hy-
4 pothecam ſimpliciter ſub forma generalis, * quod
cum non contineat ſub ſe niſi, quæ ſunt eiuſdem
naturæ ad tradita pur *Bald. in l. 1. nu. 4. C. commod.*
patet, quod non poteſt compræhendere hypothe-
5 cam generalem † tamquam diuerſæ naturæ ab a-
lienatione, quæ fuit ſola ratio prædictæ Conſtitu-
6 tionis Paulinæ, quia † ad eam non eſt directè, &
principaliter ordinata hypotheca generalis; ſed vt
7 magis creditori cautum ſit, adeò vt cum † non niſi
in conſequentiam poßit per eam ſequi alienatio,
8 inde ſequatur, quod, † quouſque non producatur in
eſſe dictus effectus, nunquam poterit dici, attenta
primæua ſua natura, quod poßit de ea cenſeri,
9 quod de alienatione, † qua prohibita non poteſt
dici prohibitum omne id, per quod ad illam poteſt
deueniri, non quidem directe, & principaliter, ſed
10 ſecundario, & in conſequentiam, cum † ea, quæ in
conſequentiam, & ſecundario veniant, non quali-
ficent actum *l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet. Ruin.*
conſ. 98. num. 21. vol. 2. Rol. conſ. 15. num. 26. & conſ.
48. num. 18. & 19. vol. 4. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap.
24. nu.

Digitized by Google

11 24. *num.11.* & ideò * etiam in terminis d.extrauagantis eandem ſententiam tuentur *Redoan. de reb. Eccl. non alien.q.2.cap.6.per tot.* aliique plures relati per *Barboſ. in collect.ad d.c. nulli, numer.5.Ferdinan.à Caſtro Palao oper. moral tract.12. diſput. 15 ſ. 2.num.2.tom 2. Molin. de iuſt.& iur.tract.2.diſput.466 in princ.Bonaccin.diſput.3. de contract.ſeud q 8 par.4. num.31.in fi.* immò, & in terminis decreti Sacræ Congregationis Concilij data fuit eiuſdem Sacræ Congregationis declaratio illud non comprehendere obligationem generalem.

Attamen placuit DD. declaratio adducta ex *Beroo in d.c.nulli, num.15. verſic. animaduertendum tamen eſt,de reb.Eccl.alien. vel non. & Redoan. de reb. Eccl.non alien.q.2. cap.6. num.13. & num.16.verſ. vbi*
12 *etiam,*quod licet ex prædictis † valida ſit hypotheca generalis abſque aſſenſu Sedis Apoſtolicæ contra-
13 cta nihilominus * nequeat abſque illo per eam deueniri ad ſubhaſtationem bonorum Eccleſiæ, cum tunc deueniatur ad caſum, à quo ſine bene-
14 placito Apoſtolico non poteſt incipi,& * ceſſat ratio ſupra allegata, quod ſcilicet hypotheca generalis in ſua primæua origine nil ſapiat alienationis,
15 quia,* cum producat in eſſe effectum prohibitum, debet & ipſa reputari prohibita tanquam cauſa efficiens d.actus prohibiti, non autem ex ſui natura,
16 * quæ poteſt ſtare, & plures alios effectus produ-
17 cere, quam iſtum prohibitum, nam alias, * ſi admitteretur, quod vigore hypothecæ generalis poſſet deueniri ad diſtractionem bonorum Eccleſiæ, daretur caſus alienationis eorumdem abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, & contra diſpoſitionem d.extrauagantis, & aperiretur via pluribus fraudibus,
18 † ad quas euitandas fuiſſe inuentam d.Conſtitutionem Paulinam, dixerunt *Rebuff.conſ.109.numer.18.& conſ.111.nu.9.& ſeq.* cum aliis per *Quarant.in ſumm. Bullar.verb.alienatio rerum Eccleſ.nu.34.verſ.ad cuius opinionis corroborationem.*

Nec viſum fuit obſtare,quod cùm per d.hypothecam generalem nequeat deueniri ad alienationem fruſtratoria ſit d.validitas tanquàm inutilis: quia,
19 prætermiſſo quod † data vtilitate poteſt præbere occaſionem Summo Pontifici aſſentiendi diſtractioni per eam faciendæ, vtilitas eſt euidens, cum valeat creditor eius vigore agere vtili ſaluiano ad bona hypothecata ad effectum ſibi ſatisfaciendi ex
20 fructibus,& † in hoc erit præferendus creditoribus Chirographariis.

Multoq;minus fuit,quod hoc caſu d. hypotheca generalis fuerit promiſſa occaſione contractus
21 emptionis, qui, † cum habeat præſumptionem vtilitatis pro ſe, non videtur patiendum, quod Eccleſia poſſit retinere bona aliena, & nequeant pro
22 eorum pretio diſtrahi propria. cum enim † in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum copulatiuè requiratur, & vtilitas, & ſolemnitas,*c. tua nuper de his,quæ fiunt à Præl.can. ſine exceptione 12.q.2.cap.1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Rot. dec.119. num. 12.& 201.num.3.par.1.recent.Canaler. dec.288.num.1. Duran. dec.250.num.1.& per tot.& dec. 397. numer.1.* &
23 alibi paſſim,* parum refert,quod contractus poſſit eſſe vtilis, niſi etiam concurrat licentia Sedis Apoſtolicæ iuxtà magiſtralem *dec. coram fel. record. Card Hieronymi Pamphily in Veneta Pretij* Bonorum 13. *Nouembris* 1602. quam referunt, & ſequuntur *Ricc.in prax. for. Eccleſiaſt.verb.alienatio rerum Eccleſ.reſol.59.num.3. verſ.verum limitatur,par. 1. Barboſ.de offic.& poteſt. Epiſc. par. 3. alleg.95. numer.43.*

ſibique imputet venditor, ſi vendiderit rem Eccleſiæ habita fide de pretio, cum ſciat, bona eiuſdem non poſſe alienari abſque licentia Sedis Apoſtolicæ,
24 admiſſa etiam vtilitate, † quæ nihilominus poteſt abeſſe à contractu emptionis ſtante periculo læ-
25 ſionis, † quæ poteſt interuenire tàm reſpectu venditoris, quàm emptoris ex notatis *ad l. 2. de*
26 *reſc.vend.* ita quod † Statutum Vrbis cap. 151. requirens ſolemnitates non in ſola alienatione, & permutatione bonorum minoris, prout de illis Eccleſiæ,ſed etiam in omnibus contractibus, in quibus minor poteſt lædi, habet locum etiam in emptione,ad plenes tradita per *Fenzon. ibid. numer.38.* per plures ſequentes.

27 Nec pariter obſtare dictum fuit, quod † non requiratur aſſenſus Apoſtolicus in diſtractione bonorum Eccleſiæ,quæ fit per Iudicem tamquam neceſ-
28 ſaria,† ideoq; declaratio Beroi, ac Redoani ſupracitata ſit intelligenda in terminis diſtractionis faciendæ ex voluntate Adminiſtratorum Eccleſiæ pro ſoluendo ære alieno contracto vigore hypothecæ generalis,non autem in terminis diſtractionis neceſſariæ quæ ſit per Iudicem ad eumdem effectum ſoluendi æs alienum contractum ſub hypotheca generali.

29 Nam DD.exiſtimarunt, † d. concluſionem quod in diſtractione iudiciali non requiratur nouus aſſenſus, non procedere niſi quando Iudex venit ad eam uigore obligationis contractæ cum ſolemni-
30 tatibus,ex eo quod † in tantum valet Iudex deuenire ad alienationem in quantum ſolemnitas interpoſita in natiuitate obligationis, cum porrigat ſuum effectum ad tempus alienationis, dicitur interpoſita ſuper eadem alienatione, quemadmodum luculenter explicat in puncto Eccleſiæ *Bald. in l.ſi pupillor.§.ſi pupillus,ff.de reb.eor. qui ſub tut. & cur. ſunt.*& faciunt tradita per *Mol.de primogen.Hiſp.lib. 1.c.5.n.3.verſ.nec obſtat. & Capic. Latr. dec. 56 num.5. & 6.* nec contrarium elicitur ex DD. per informan-
31 tes pro Paulo Parca allegatis, † cum omnes vel loquantur cum ſuppoſito,quod debitum, cuius vigore deuenitur ad iudicialem diſtractionem, fuerit ritè, & ſolemniter contractum, vel loquantur generaliter, ita vt etiam ipſi ſint intelligendi cum eodem ſuppoſito.

32 Et quidem † nullo vnquam caſu reperitur, poſſe deueniri ad diſtractionem iudicialem occaſione obligationis initę abſque beneplacito Sedis Apoſtolicæ, niſi in caſu ſoluendi debita contracta ab aliquo Auctore Eccleſiæ, qui eidem reliquerat plura ſua bona,ad trad.per *Bordon.reſol.Regul.37. num.63.* in quibus terminis loquitur deciſio pro Parca allegata in Romana Locorum Montium 18 Maij 1643. coram D. meo Meltio, cum tali caſu æs alienum fuerit ab initio ritè, & rectè contractum, ex quo Auctor Eccleſiæ non tenebatur vllas adimplere
33 ſolemnitates, † ſicque dicatur prouenire ex neceſſaria cauſa Auctoris,& non ex propria voluntate Eccleſiæ, vt bene animaduertit *Fontanell.deciſ.*
34 278.*num.6.& 7.*† qualitatem enim voluntarij, vel neceſſarij metimur ab origine obligationis, an ſcilicet origo proueniat ex facto hominis,vel legis latè *Tiraq.de retract. lignag.§.1.gl.14.numero 13.Menoch.præſump.110. & ſeqq. lib.4.* & alios congerit in terminis alienationis *D.Ferdinan. Arias de Meſa variar.reſol.lib.3.cap 26.num.4. & 5.* Vndè etiam,
35 † licet permiſſum dicatur æs alienum contrahere ex cauſa neceſſaria,certè talis permiſſio non comprehen-

præhendit neceſſitatem, in qua quis ſponte ſeſe conijcit, *Seraph. dec.*654. *num.* 4. prout in caſu noſtro fecit Præſes Collegij emendo bona ex ſua voluntate facta obligatione de ſoluendo pretium, &
36 * prout non dicitur facere Eccleſia, quæ adiuit hæreditatem licèt lucroſam, tamen ære alieno grauatam.

Neque vllius momenti fuerunt, quæ deducebantur
37 tur * circa facultatem liberè diſponendi contentam in erectione Montis Communitatis, de cuius locorum diſtractione eſt quæſtio, nam quicquid ſit circa intelligentiam d. facultatis reſpectu Eccleſiæ, ceſſabat omnis difficultas, cum in litteris patentibus locorum d. Collegij legatur appoſita prohibitio expreſſa de illis non alienandis ſine licentia Papæ in ſcriptis, quæ peculiaris prohibitio certè tollit generalem permiſſionem in erectione Mon-
38 tium exiſtentem, † quæ non derogat pactis faciendis in contrarium, vt in fortioribus terminis Regens *Galgotta controuer. iur.*48.*n.*24.

Et ita reſolutum vtraque parte acerrime informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Domorum.

Lunæ 25. Iunij 1646.

SVMMARIA.

1 *Lis mota dicitur à die reproductionis monitorij contra aduerſarium exequuti.*
2 *Fructus debentur à die motæ litis etiam in iudicio ſpolij, ſi illud non ſit violentum, nec attentatum, & fructus veniant acceſſoriè ad rem petitam, ſecus ſi principaliter, & quare, & n* 5.
3 *Fructus, qui in condemnatione veniunt acceſſoriè, debentur officio Iudicis mercenario, actioni deſeruienti, ratione moræ, & malæ fidei.*
4 *Fides mala inducitur conteſtatione litis, & etiam ante, & n.*5.*&* 8.
6 *Spolium quando non dicatur violentum, nec attentatum.*
7 *Fidei malæ effectus ob litis conteſtationem, & ad fructuum acquiſitionem ceſſare videtur ex negligentia actoris in proſequendo litem, & quare, & num.* 8.*& ſeq. & num.*11. *& ſeqq. Ampl. vt n.*13.*&* 16. *Contrarium n.*18.*& ſeq.*
10 *Inſtantia de iure Canonico eſt perpetua.*
11 *Præſcriptio ſemel interrupta non reintegratur per negligentiam actoris in proſequendo litem, & quare.*
15 *Lis ſecunda non retrotrahitur ad tempus primæ, & quare.*
17 *Inſtantia ſemel perempta non reſurgit ob reſtitutionem gratioſam ſed noua producitur, & n.*28. Decl. vt *nu.*29 *&* 30.
18 *Inſtantia perempta non ceſſat mala fides, & onus reſtituendi fructus à die litis motæ, & quare.*
19 *Facta pro infectis haberi non poſſunt.*
20 *Fides mala de iure Canonico non purgatur ſolo temporis curſu.*
21 *Rota deciſio in Ciuitatis Caſtelli Supplementi legitimæ* 22. *Iunii* 1640. *coram Merlino declaratur.*
22 *Reſtitutione in integrum ex iuſtis cauſis obtenta aduerſus non proſequutionem litis, veniunt nihilominus fructus à die primi iudicij, & quare, & n.*23. *& ſeq. & nu.*30. *&* 31.
24 *Reſtitutione in integrum ex iuſtis cauſis reuiuiſcit prima lis, & omnia in priſtinum reponuntur, & num.*25.
26 *Ampl. etiam ſi reſtitutio commiſſa ſit prout de iure.*
27 *Reſtitutionis in integrum de natura eſt, vt res eum fructibus reſtituatur.*
31 *Inſtantia perempta pereunt acta cauſæ quæ tendunt ad litis ordinationem, non perit ius partis.*
32 *Fides mala ſemel contracta durat in omnibus inſtantiis, & quare, & n.*33.
34 *Litis conteſtationis effectus porrigitur ad omnes vlteriores inſtantias in eadem cauſa.*
35 *Cauſa dicitur eadem etiam in gradu reſtitutionis in integrum.*

DECISIO CLXXIII.

A Quo tempore debeantur fructus domorum dubitaui hodie, & reſponſum fuit à die 18. Maij 1622. qua Fertus monitorium ſuper reintegratione contra aduerſarios executum reproduxit, nam
1 † ex tunc dicitur lis mota, *clem. ſi. vt lit. pend. Canc. var. reſol. tom.*3. *cap.*16. *nume.*110. *Guid. Pap. dec.*337.
2 *num.*6. & † fructus debentur à die motæ litis, etiam in iudicio ſpolij, quando ſpolium non eſt violentum, aut attentatum, & fructus veniunt acceſſoriè ad rem petitam, *Natt. conſ.*14. *num.*14. *& ſeqq. Ciriac. controu.*500. *num.*10. *Gratian. diſcept.*206. *numer.*14. *Theſaur. dec.*19. *num.*8. *Coccin. dec.*439. *numer.*1. *Caualer. dec.* 586. *num.*4. *Buratt. dec.*714. *num.* 9. *&* 10. *Rot. dec.*740. *numer.*3. vbi quod *Rota* perpetuo amplexa eſt hanc opinionem *par.*4. *tom.*3. *rec. dec.*187. *num.*17. *par.*7. & fuit dictum in *Mediolanen. Fructuum* 26. *Maij* 1589. *coram bo: me: Platto impreſſ. apud Marcheſ. de comm. par.*2. *fol.*206. *num.*1. *& in Elnen. Hæreditatis* 8. *Nouembris* 1619. *coram bo: me: Pirouano.*
3 Ratio eſt, quia, † vbi condemnatio fructuum venit acceſſoriè, illi debentur officio Iudicis mercenario deſeruiente actioni intentatæ ratione mo-
4 ræ malæ fidei,* quæ per conteſtationem litis inducta fuit, *Grat. diſcept.*206. *num.*14. *Cancer. dict. cap.*16. *ſub num.*111. *verſ. mihi. Rot. dec.* 281. *nume.*1. *&* 2.
5 *par.*7. *rec.* licet * ſecus ſit, quando fructus petuntur principaliter, & independenter, quia tunc veniunt ratione dominij, & attenditur etiam mala fides ante litem motam contracta, vt diſtinguendo benè declarat *Rot. in d. Mediolanen. Fructuum coram Platto num.*1. *&* 2. *& d. deciſ.*281. *num.*4. *& ſeqq. dec.*3. *num.*6. *& ſeqq. par.*7. *rec. & in Mediolan. Penſionis* 31. *Ianuarij* 1646. *coram me.*

Nos autem verſamur in ſpolio non violento, nec
6 attentato, † cum proueniat ex decreto. Iudicis neque fuerit commiſſum cum vi expulſiua, & præſentia Iudicis, & Satellitum, iuxtà theoricam, quam tradit *Bald. in l. ſi quis in tantam, num.*2. *&* 3. *C. vnd. vi. Bolognett. in l. iuſte poſſidet, num.*89. *in fi. ff. de acq. poſſ. Rot. dec.*718. *nu.*1. *par.*1. *diuerſ. dec.*740. *nu.*6. *par.*4. *tom.*3. *rec. & in Romana Silue, ſeu Crediti Dotalis* 21. *Iunij* 1630. *coram Eminentiſſimo D. Card. Hieronymo Veroſpio*, cum aliis allegatis per *Add. ad Buratt. dec.*731. *n.*9.

Sed, quoniam lis vt ſupra mota de anno 1622. ſiluit per nouem, & amplius annos vſque ad annum 1639. quo cauſa fuit commiſſa in Rota, videtur di-
7 cendum, quod † ſaltem ex die, quo actor negligens fuit in proſequendo litem, ceſſauerit effectus malæ
8 fidei, † per conteſtationem litis inductæ, ad effe-

ctum

Digitized by Google

ctum vt reus conuentus fuerit ſuos fructus dein de
perceptos, & conſumptos vſque ad commiſſionem
9 cauſæ in Rota quia * iuſtè, & probabiliter exiſtimare
potuit, actorem neglexiſſe tanto tempore litem pro-
ſequi, eo quod de iuribus ſuis diffideret, vt in pun-
cto *Facchin.* recedendo à contraria opinione, quam
firmauerat *lib.1.controu.cap.*60.tradit *contr.lib.12. cap.*
73.per tot. vbi reſpondet omnibus contrariis, *& in*
10 *verſ.itaque,*loquitur in terminis iuris Canonici,*quo
inſtantia eſt perpetua,& diſtinguit inter præſcriptio-
11 nem, & fructuum acquiſitionem. * Illa ſiquidem ſe-
mel interrupta non reintegratur per negligentiam
actoris in proſequendo litem, non propter conti-
nuationem malæ fidei,ſed quia interruptio ſemel fa-
cta per litis conteſtationem in maius tempus actio-
nem perpetuauit, iuxta *tex.in l.1.C. præſcript. long.*
temp.& notat *Salyc.ibid.gloſ.1.in fi.d.l.3.C.fruct. & lit.*
12 *expen.*A †fructuum acquiſitio, cui ſolum reſiſtebat
mala fides à lite mota reſultans per triennalem a-
ctoris negligentiam in proſequendo, tamquam re-
moto obſtaculo malæ fidei,&, litis,reuiuiſcit, vt ori-
ginaliter voluit *gloſ.1.in fi. d.l.3.C.fruct. & lit. expen.*
quam ſingulariter notandam dicit *Salyc. ibid.num.6.*
verſ.quæro.Bald.in c.grauis,num.13.de reſtit. ſpol.& ſe-
quuntur longa ſerie congeſti per *Tiraq. de retract.*
13 *lignag.§.15.gl.2.nu.17.&* 18. vbi ampliat, * quamuis
actor ceſſauerit per triennium à lite, poſtquam in-
tentionem ſuam probauerat. *Peregr. de fideicom. art.*
49 num.239.Nicol.Vall.tract.de reb.dub.tit.perempta in-
ſtantia,ſub num.6.verſ.quamuis, inter tract. diuerſ.tom.
18.fol.338.Theſ.dec.18.num.12.& Facchin.loc. ſupra alleg.
& ſequuta eſt *Rota in Ciuitatis Caſtelli ſupplementi*
Legitima 22. Iunij 1640. *coram bo:me:Merlino*, §. *nec*
14 *lis*, vbi quod*poſſeſſor non dicitur malæ fidei,niſi in
15 tempore ſecundæ litis, nec ad tempus primæ litis*
retrotrahitur ſecunda, quia ſecunda ſolum eſt pro-
ſequibilis, vt benè docet *Bald. in d.l.2. ſub nu.6. verſ.*
pono quod,C. fruct.& lit.expen.
16 Et * hæc procedere,quamuis prioris litis inſtantia
reſtaurata fuerit per reſtitutionem in integrum à
Principe gratioſè conceſſam, voluiſſe *Rouit. in pragm.*
cauſ.non reſtituen. num. 17. refert *Capic. Latro dec.65.*
*num.19.*ac tradit *Tiraq.de retract.lignag. d.§.5. gl. 2.nu.*
17 19. fortè quia † per huiuſmodi reſtitutionem non
reſurgit inſtantia ſemel perempta, ſed noua produci-
tur,*Vinc.de Anna ſingul.120. Franc. Ant. Coſta conſ.93.*
num. 36. Paſcal. de patr. poteſt.par.2. cap.8. numer. 18.
*Carol.de Graſſ.de effect.cleric.effect.1.num.*1241. alijque
allegati a *Modern.Hiſpan.tract.de iudic. & for. compet.*
lib.1.diſput.2.num.311.in fi.
Cæterum quidquid ſit de opinione Facchinei;
18 cum * contrariam, quod nempè etiam perempta in-
ſtantia non ceſſet mala fides, & per conſequens poſ-
ſeſſor fructus à die motæ litis perceptos reſtituere
teneatur,ſecutus fuerit *Bart.in d.l. 2.col.2.num. 4. C.*
fruct.& lit.expen.Menoch.de recuper. remed. 15.ſub nu.
597.verſ.quod verum. Ant.Fab.in Cod.*lib.3.tit.8.diffin.*
19 2.ea ratione quia, cum †citatio, & litis conteſtatio
20 ſint facti,non poſſunt haberi pro infectis, & † mala
fides de Iure Canonico non purgatur ſolo temporis
curſu. *Anton. Capic. dec.11.numer.4. Ric. in collect.dec.*
2049. *Capic. Latro dec.65. num.21.& 23.nu.4.Ricc.in*
collect.dec.2049.Capic.Latro dec.65. num.21. & 23. vbi
21 quod hanc opinionem approbauit Sacrum Conci-
lium, & * ad deciſionem Rotæ in d. Ciuitatis Ca-
ſtelli Supplementi Legitimæ coram bo:me:Merlino
reſponderi poteſt, quod loquitur in caſu longè di-
uerſo,quia ibi in prima lite emanauerat ſententia fa-
uorabilis poſſeſſori,& poſt quindecim annos noua
lis ex integro introducta fuerat.
22 Sanè † contra poſſeſſorem reſpondendum omni-
nò eſt,quando,vt in caſu noſtro,actor,qui litem pro-
ſequi neglexerat, obtinuit deinde ex iuſtis cauſis
reſtitutionem in integrum, vt in puncto *Seraph.dec.*
23 1145.*num.2.& ſeqq.*vbi quod * tunc veniunt fructus
à die primi iudicij, ex ſententia *Abb.in cap.ad noſtram,*
num.4.de reb.Eccleſ.non alien.Ruin.conſ.26. num.13.&
34.lib.3.Odd.de reſtit.in integr. q.45.ſub numer.20. verſ.
24 *contrariam,& num.21.*quia nimirum †per huiuſmodi
reſtitutionem reuiuiſcit prima lis, *Capic. Latro dec.*
68. ſub num. 28. Seraph. deciſ.945.num.3. Rot. dec. 135.
25 *num.6.par.4. tom.2. recent.* * & omnia in priſtinum
ſtatum reponuntur, *l.quod ſi maior*, §. *reſtitutio, ff.*
minor gloſſ.in c.auditis.verb.reliquam.de reſtit. in integr.
26 *Valenzuel.conſ.44.n.34.Seſſ.dec.97. num.*10. † Etiam ſi
reſtitutio commiſſa ſit prout de iure, *Rot. in Placen-*
tina Parochialis de Mal Partida 1. Iulij 1602. *coram bo:*
me:Litta, impreſſ.apud Marcheſ.de comm.par.3. fol.24.
27 *ſub nu.2.*& * eſt de natura reſtitutionis in integrum,
vt res cum fructibus perceptis reſtituatur, vt in ter-
minis reſtitutionis conceſſæ maiori eſt *tex. in l.nec-*
non 28. §. fin.ff. ex quib.cauſ.maior. reſtit. & pluribus
comprobat *Odd.d. q.45. num.13. Cancer.var.reſol.tom.*
2.cap.1.num.287.
28 Nec vrget, quod † commiſſio reſtitutionis in in-
29 tegrum iudicat nouam inſtantiam, quia licet * hoc
ſit momenti ad effectum competentiæ Iudicis, de
quo loquitur *Vinc. de Anna*, & alij allegati in obie-
30 cto, * ſecus eſt ad effectum acquiſitionis, ac reſpe-
ctiuè reſtitutionis fructuum perceptorum, & ratio
31 diuerſitatis eſt,quia †perempta inſtantia pereunt acta
cauſæ;quæ tendunt ad litis ordinationem, ſed non
perit ius partis, *Io:Franc.à Pont. conſ.142. num.1.lib.2.*
*Ant.Franc.*Coſta *conſ.93.num.34.* & ſufficit, quod lis
ſemel mota aliquo tempore mediante reſtitutione
32 in integrum continuetur,quia * in omnibus inſtan-
tiis durat mala fides ſemel contracta, cum * cauſa ſit
33 eadem, licèt inſtantia ſit diuerſa,& † effectus proxi-
34 mæ conteſtationis litis porrigatur ad omnes vlterio-
res inſtantias in eadem cauſa, *Gaill.obſeru.76.num.6.*
lib.1. Cancer. var.reſol.tom.3.cap.16. numer. 61.62. &
ſeqq.Rot.dec.1,num.1.& ibi Add.num.4. de lit. conteſt.
35 *in nou.Thomat.dec.10 ſub num.15.* Et quod † cauſa in
gradu reſtitutionis in integrum ſit eadem, ait *Caſſad.*
deciſ.2.ſub nu.2.verſ.& non dicitur, de procurat.
Et ita deciſum vtraque parte informante,&c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana, ſeu Tiburtina Dotis, ſeu Pecuniaria.

Mercurij 4. Iulij 1646.

SVMMARIA

1 *Statuto de duabus conformibus locus eſſe non poteſt, ſi ſententiæ non ſint validæ,nec iuſtæ.*

2 *Curator hæreditati vti iacenti nulliter datur, & citatur, dum hæreditas non eſt iacens, ſed adeſt certus hæres.*

3 *Hærede primo inſtituto repudiante fit locus ſubſtituto.*

4 *Hæreditatis repudiatio in animo conſiſtens ſciri ab altero non poteſt.*

5 *Mandatum ad declarandum hæreditatis additionem, vel repudiationem requiritur ſpeciale, nec ſufficit generale.*

6 *Hæredibus conuentis præfigendus eſt terminus ad adeundum hæreditatem, & ſunt ij citandi ſub propriis nominibus.*

7 *Mandatum corruit relaxatum pro maiori ſumma.*

8 *Valor quomodo ſit probandus.*

9 *Vidua non poteſt dotem repetere ſecundum ius commune ante curſum anni luctus, & ex Statuto Vrbis ante lapſum terminum ſex menſium, & num.*10.

11 *Mandato collabente, corruit & executio ſubhaſtatio. & deliberatio.*

12 *Deliberatio non tenet facta non præſente pecunia, & minori oblatori.*

13 *Oblator prior in iudicium debitoris pænitere non poteſt.*

14 *Deliberatio oblatori nouo elapſo menſe facto primo fieri non poteſt abſque noua citatione, & decreto.*

15 *Læſio enormis in deliberatione non eſt ferenda.*

16 *Sententiæ primæ nulitas, & iniuſtitia influit in ſecundam.*

DECISIO CLXXIV.

NEgatiuè Domini reſponderunt, videlicet non
conſtare de duabus conformibus, quæ veniant
1 exequendæ. Quia, † cum ſententiæ, de quarum
exequutione agitur, non ſint validæ, nec iuſtæ, non
poteſt in iis eſſe locus Statuto de duabus conformi-
bus, quod autem ſint inualidæ, & iniuſtæ patet ex eo,
quia mandatum A.C. per Martiam de Totis contra
bona hæreditaria impetratum pro reſtitutione loco-
rum Montis Nouennalis, locorum duorum Montis
Sixti ſecundæ erectionis iuxta valorem currentem
tempore reſtitutionis, nec non pro ſcutis 585. b.10.
ſaluo iure pro reſiduo Dotis, & quarti dotalis eſt
2 nullum cum omnibus inde ſecutis, quia † Curator
hæreditatis iacentis non fuit deputatus legitimè, cum
hæreditas Alexandri Beliſſarij non iaceret, dum ade-
rat certus hæres, Maria ſoror videlicet ſubſtituta
Martiæ vxori Alexandri, quæ hæreditatem repudia-
3 uit. Vndè ſatis certum erat, quod † ſoror intrabat
hæres certa, *Dec. conſil.* 509. *in princ. Craſſ. de ſucceſſ. §. hæreditas. q.* 3. *num.* 3. Neque tollitur hæc veritas per
Citationem Cameralem in partibus factam Mariæ,
quia per hanc non fuit certiorata de repudiatione
4 hæreditatis Alexandri ab vxore facta, † quæ in animo
conſiſtit, *l. pro hærede, ff. de acq. hæred. Greg. dec.* 460.
in princ. Et minus facit citatio Procuratoris Mariæ,
quia ille Procurator non habebat mandatum à Ma-
5 ria, † nec erat mandatum ad declarandum aditionem
hæreditatis, vel repudiationem, ſed generale tantum
ad lites.

6 Accedit alia nullitas, dum † non fuit præfixus
terminus hæredibus ad adeundam hæreditatem, nec
fuerunt citati filij nominatim, vt opus erat, cum
eorum propriis nominibus, & ex defectu mandati
procuræ tàm ipſius Martiæ actricis, quàm reorum.

7 Corruit quoque mandatum † tamquam relaxa-
tum pro ſumma maiori, quam erat debitum, nec
Periti fuerunt electi ad æſtimanda bona propria viri
Martiæ, nec fuit probatus valor locorum Montium
8 tempore reſtitutionis, † qui per teſtes deponentes,
talem fuiſſe eorum communem valorem, & tanti
emi, & vendi potuiſſe, probari conſueuit.

9 Nullum denique redditur mandatum, * dum Mar-
tia non expectauit annum luctus pro reſtitutione
ſuarum dotium, *l. vnic. §. cum autem, C. de rei vxor.*
10 *ex action.* † vel ſaltem ſex menſes iuxta Statutum Vrbis,
vt in *lib.* 1. *Statut. cap.* 133. Alexander enim obierat de
menſe Martij 1644. & Martia inchoauit iudicium de
menſe Maij eiuſdem anni.

11 Collabente * igitur mandato, corruit quoque
executio eius vigore facta, prout ſubhaſtatio, & de-
12 liberatio, * quæ neque ſuſtineri poteſt vti facta non
præſente pecunia minori oblatori, quod fieri non
debet, *Buratt. dec.* 703. *numer.* 6. adeſt enim in actis
oblatio ſcutorum 1800. monetæ, vndè nulliter fuit
13 deliberatio facta pro ſcutis 1000. † Nec enim in præ-
iudicium debitoris prior oblator poſt oblationem
pœnitere poteſt, *Rot. dec.* 113. *num.* 13 *p.* 7. *recent.* fuit iti-
dem facta deliberatio elapſo iam menſe maiori obla-
14 tori, † quod ſine noua citatione ad videndum delibe-
rari, & Iudicis decreto fieri non potuit, *Buratt. dec.*
786. *num.* 1. *& dec.* 891. *num.* 4. cum enormi læſione,
dum pro ſcutis mille fuerunt deliberatæ ſortes pro
ſcutis 2818. vltra fructus pendentes aſcendentes ad
15 ſummam ſcutorum 600. * quod ferendum non eſt,
Buratt. dec. 627. *nu.* 9.

Et ſtante nullitate, & iniuſtitia mandati A. C.
adeſt etiam iniuſtitia, nullitas ſententiæ illius confir-
matoriæ, cum * nullitas, & iniuſtitia primæ ſenten-
tiæ influat in ſecundam, ad tradita per *Innoc.* &
alios in *c.* 1. *de confirmat. vtil. vel inutil.* meritoque Do-
mini reſponderunt, non conſtare de duabus confor-
mibus, vtraque parte informante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Vercellen. Prioratus.

Mercur. 28. Nouembris 1646.

SVMMARIA.

1 *Executio, & ſubhaſtatio facta poſt inhibitionem eſt attentata, & reuocanda.*

2 *Inhibitio ſiue iuſta ſiue iniuſta eſt ſeruanda, & omnia deinde geſta reddit attentata.*

3 *Ampl. licet inhibitio ſolum parti, & non Iudici fuerit præſentata.*

4 *Attentatum vti ſonans in delictum requirit plenas probationes.*

5 *Notario Actuario creditur quoad acta iudicialia.*

6 *Poſſeſſio, quæ dedit cauſam liti, non eſt conſiderabilis ad effectum continuationis.*

7 *Inhibitio ſpecialis operatur, vt attentata ſint ea, quæ alias non fuiſſent.*

8 *Attentata ſi probentur, ſunt in primis, & ante omnia reuocanda.*

9 *Attentans lædit eodem tempore, ius Iudicem, & partem.*

DECISIO CLXXV.

PEndente in petitorio lite in Rota coram me ſuper vnione beneficij, de quo agitur inter Capitulum Eccleſiæ de Bugella Vercellen. Diœceſ. & Ambroſium Clericum Ianuenſem à fel. rec. Papa Vrbano VIII. de eodem beneficio, vti vacante per *obitum* Alberti Burontij vltimi poſſeſſoris prouiſum, & in eius plenariam poſſeſſionem immiſſum, Felix interim Ferrarius præfata Eccleſiæ Theſaurarius, & Canonicus, non facta mentione vnionis, neque poſſeſſionis ab Ambroſio captæ, neque litis inter hos pendentis, ſibi idem beneficium etiam ab eodem Pontifice tanquam per obitum Alberti prioris poſſeſſoris rurſus conferri obtinuit; Et per viam ſecretam Cancellariæ Apoſtolicæ litteris eius

expedi-

expeditis poſſeſſionem conſecutus, mox à Franciſco Piono, beneficij Arrendatario nonnulla bona mobilia abſtulit, illaq; non obſtante inhibitione, ſibi præſentata, ſubhaſtari fecit, prout etiam ab aliis affictuariis granum, bladas, & pecunias extorſit.

Diſputatio igitur dubio, an conſtet de attentatis, quæ veniant reuocanda, Domini affirmatiuè re- 1 ſponderunt. In primis* quo ad captionem pignorum, eorumque ſubhaſtationem contra Franciſcum Pionum factam 14. Septẽbris 1646. vt apparet ex Summ. num. 6. Quia præceſſerat ſpecialis inhibitio ipſi Fe- 2 lici perſonaliter præſentata. Summ. num. 3. † quæ ſiue iuſta, ſiue iniuſta erat ſeruanda, omniaque deinde geſta attentata reddit; *Buratt. deciſ. 909. nu. 1. Rot. deciſ. 513 nu. 9. in fine. par. 1. recent. & in Vladu lauien. Villæ* 3. 3 *Iulij 1645. poſt princip. coram D. M. Otthobono.* * Quamuis inhibitio ſolum parti, & non Iudici fuerit præſentata. *Ant. Auguſt. dec. 323. incip. Thomas lib. 3. Rot. in Romana Saluiani interd. 14. Decembris 1598. coram clar. mem. Cardin. Hieron. Panſil. Sanctiſſ. Domini Noſtri Patruo, impreſſ. apud Marcheſan. de Commiſſion. par. 2. fol. 35. n. 5. & fuit dictum in Lucana Canonic.* 30. *Aprilis præteriti coram me.*

Deinde quo ad Collectionem fructuum Anni currentis 1646. quam teſtes Capituli ad perpetuam rei memoriam examinati, iuncta confeſſione Fœlicis probant, Summ. num. 4. & 7. quamuis per ſe non probarent, cum † attentatum vti ſonans in delictum 4 requirat plenas probationes, *Rot. deciſ. 411. n. 1. par. 1. recent. & coram Buratt. deciſ. 4. n. 4. & deciſ. 644. nu. 4.* Sed accedit confeſſio Fœlicis, dum requiſitus, vt ab actibus poſſeſſoriis deſiſteret, & inhibitioni Rotali pareret, reſpondit, ſe inhibitionem non negare; ſed de poſſeſſione colligendi fructus, in qua eſt, non debere deſiſtere, vt apparet ex actibus iudicialibus datis Summ. num. 8. ab actuario Notario ſubſcriptis, * cui 5 creditur. *cap. quoniam contra. vbi gloſſ. verb. duos. & Butrius n. 35. verſ. oppono, de probat. Buratt. deciſ. 606. n. 12. Rot. inter recent. deciſ. 699. num. 3. par. 1. & in* Neapolit. *penſion. 2. Martij 1643. verſ. nec venit, coram R. P. D. meo Royas.*

Nec Fœlicem excuſat prætextus continuationis poſſeſſionis, quia de antecedenti pacifica poſſeſſio- 6 ne non docet, & † illa, quæ dedit cauſam liti non eſt habenda in conſideratione, vt per *Modern. de manut. obſeruat. 17. nu. 52. Lancell. de atten. par. 2. cap. 4. limit. 1. n. 111. & ſeq. Gionagn. conſ. 28. nu. 38. & conſ. 40. numer. 7. lib. 2. Rot. dec. 4. num. 2 coram Greg. XV. & fuit etiam dictum in Colonien. Præcedentiæ 14. Maij præteriti verſ. neque iuuantur coram me.*

Deinde, quia per ſpecialem inhibitionem cauſa fuerat commiſſa ſuper perceptione fructuum, vt patet ex commiſſione data Summ. n. 3. cuius vigore etiã emanauit inhibitio, vnde Fœlix fructus percipere non potuit, quamuis prius poſſederit; nam † ſpecia- 7 lis inhibitio efficit, vt attentata ſint ea, quæ alias non fuiſſent, *Mandoſ. de inhibit. quæſt. 75. num. 8. Lancell. de attent. poſt inhibit. ampl. 2. per tot. Rot. in Toletana Parochialis 24. Ianuarij 1604. coram Card. Sacrato, impreſſ. apud Marcheſ. de Commiſſ. tom. 1. fol. 390. num. 3. & in Cæſarauguſtana diſtribut. 17. Februar. 1645. verſ. non obſtat, coram D. meo Cerro.*

Vnde reſultat, hæc attentata eſſe reuocanda: Nam, 8 † vbi de iis conſtat, in primis, & ante omnia veniunt 9 reuocanda, cum † attentans eodem tempore lædat ius, iudicem, & partem, *Franc. in cap. bonæ. num. 14. & 34. de appell. Natt. conſ. 568. nu. 4. Rot. deciſ. 235. num. 1. par. 1. recent.* & fuit dictum in *Volaterrana Beneficij* 17.

Aprilis 1645. poſt princip. coram Reuerendiſſ. Præſide Valliſoletano.

Et ita fuit reſolutum.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Apothecarum.

Mercurij 23. Ianuar. 1647.

SVMMARIA.

1 *Ratificatio poſſeſſionis operatur idem, quod mandatum ad eam capiendam.*

2 *Ratificare dicitur, qui diſponit, aut commodum percipit rei in contradictum deductæ.*

3 *Scientia poſſeſſionis captæ alicuius nomine præſumitur ex illius cohabitatione, & ſanguinis coniunctione.*

4 *Ratificatio in fauorabilibus ex ſola ſcientia præſumitur.*

5 *Iudicis laici mandatum relaxatum contra plures litis conſortes, quorum vnus ſit Clericus, eſt nullum quoad omnes.*

6 *Subhaſtatio contra plures, intra quos ſit clericus, facienda eſt in foro Eccleſiaſtico, & aliter facta eſt reuocanda.*

7 *Aſſociatio data à Iudice laico contra Clericum, vti nulla ex defectu iuriſdictionis inſanabili, ad manutentionem non ſuffragatur.*

8 *Ratificanti poſſeſſionem eius nomine captam debetur manutentio.*

DECISIO CLXXVI.

FRanciſco Arcerræ de Capitonibus Domini dixerunt, eſſe dandum mandatum de manutenendo quò ad Apothecas ipſi, & fratri ſuo Laurentio ſub die 18. Maij 1639. & 11. Septemb. 1641. in ſolutum datas à fratribus de Luppis; Quia quantum ad primam, de poſſeſſione eius nomine per Laurentium capta, conſtat, & datur ratificatio expreſſæ facta à matre tutrice, & pro tempore curatrice Franciſci, & aliorum filiorum, quæ Laurentium procuratorem conſtituit ad exigendum, & quietandum, aliaquè faciendum, ac inter cætera ratificans in primis, & ante omnia inſtrumentum Locationis vnius apo- 1 thecæ, † quæ ratificatio operatur, vt ratificanti acquiratur poſſeſſio, non ſecus ac ſi eum capi mandaſſet, *dec. 21. num. 1. de Procur. in non & coram S. M. Greg. XV. dec. 50. numer. 4.* & plures relati à *Modern. Peruſ. de Manuten. obſeruat. 55. num. 135. & ſeqq. & in Cæſenaten. Cenſuum 3. Iunij 1644. verſ. ſi quidem, coram D. meo Corrado.* Et quo ad alias apothecas eiſdem fratribus, & Laurentio pro omnibus ſtipulanti in ſolutum pro fructibus cenſus T. 150. & extinctione ſortis principalis T. 1500. datas ſufficiens ratificatio Franciſci reſultat ex apoca matrimoniali Iuſtinæ communis ſororis, in qua tam Fœlix mater, quam Franciſcus, & Laurentius in computum dotis per eos promiſſæ, & non ſolutę, ac fructuum dotalium aſſignarunt Io: Baptiſtæ Zuccarino penſiones dictarum apothecarum, de qua diſpoſitione reſultat ratificatio poſſeſſionis, eius nomine captæ à Laurentio, quia 2 * ratificare dicitur, qui diſponit, aut percipit commodum rei in contractum deductę *l. ſed Iulianus. §. fin. ff ad S. C. Macedon.* cum alijs in dicta *Cæſenaten. 3. Iunij 1644. verſ. ex quibus, coram D. meo Corrado,*

& in eadem cauſa 11. *Iunij* 1645.*verſ.Tum quia,coram eodem*, vbi plures concordantes allegantur: eo magis,quia Franciſcus, & Laurentius erant fratres germani cohabitantes,* adeoq; Franciſcus,tam ratione
3 cohabitationis, quam ſanguinis coniunctionis poſſeſſionis ſcientiam à fratre captæ habuiſſe præſumi-
4 tur,†quæ cum ſit ipſi Franciſco fauorabilis, ex ſola ſcientia præſumitur ratificata, *Surd. dec.* 111. *num.*13. *Rot.dec.*262.*num.*6.*par.*1. *rec.dec.*308.*num.*2. *poſt Modern.Peruſ. de Manutent. & in d. Caſenaten.* 11. *Iunij* 1645..*verſ.quia cum ageretur. & verſ. quia præter quod, coram D. meo Corrado.*

Nec obſtat, quod à Iudice Capitolino ad eaſdem apothecas fuerit Angelo à Porta data aſſociatio, &
5 per eumdem capta poſſeſſio; quia, * cum ille Iudex reſpectu Franciſci Clerici, de cuius clericatu, & beneficio conſtat Summ.num.8.iuriſdictione careat, mandatum tam reſpectu eiuſdem, quam conſortis Laurentij fratris corruit, vt latè firmauit *Rot.dec.* 957.*coram Seraphino.* Vbi, cum procederetur contra
6 plures fratres, quorum aliqui erant Clerici † ſubhaſtatio nulliter facta per Iudices laicos fuit reuocata,eò quia Iudicium erat in foro eccleſiaſtico agitandum: & fuit *deciſio in Romana Bonorum* 19. *Ianuarij*
7 1643. *coram R. P. D. meo Ghiſilerio.* Vnde † ſtante huiuſmodi nullitate inſanabili iuriſdictionis illius Iudicis,aſſociatio Angelo data ad manutentionem ei ſuffragari nequit, *Rot.in Peruſ. Bonorum Iulij* 1644. *verſ.aut ſe fundat,coram D.meo Cerro, & in Beneuentana Canonicatus* 14. *Maij* 1646. *verſ. tum per ſenten-*
8 *tiam,coram D.meo Bichio.* Sed. † ſtante ratificatione ſupradicta poſſeſſionis per Laurentium acceptæ, etiam nomine Franciſci fratris, ipſi debetur manutentio,quam ei dandam eſſe Domini reſoluerunt.

R. P. D. VEROSPIO.

Meliten. Hæreditatis.

Lunæ 6. Februarij 1640.

SVMMARIA.

1 *Mandatum procura an dicatur expirare per rem iudicatam, & an requiratur nouum pro illius executione, & quid in reſtitutione in integrum.& n.ſeqq.*
3 *Reſtitutio in integrum quando dicatur eſſe, appendix, & de incidentibus primi iudicij.*
4 *Mandatum præſumitur ex impenſa, & quare.*
5 *Executio ſi ſuſtineri non poſſit ex defectu mandati procura, poteſt ex proprio intereſſe illius, qui interuenit.*
6 *Contradictarum proceſſus ceſſat, conſtito de Procuratore in actis,& illi locus eſt, Procuratoris abſentia probata, & num.*7. *Ampl.vt num.*8.
9 *Nullitas,cui fuit renunciatum, poteſt à Tertio allegari. Ampl.vt num.*10.
11 *Executio non poteſt fieri contra poſſeſſorem non citatum, nec condemnatum.*
12 *Poſſeſſor timens executionem cum mandato contra alium relaxato poteſt contra creditorem ex cautela Angeli proteſtari, ne exequatur, & in caſu executionis reuocationem illico, & ſine proceſſu obtinere.*
13 *Executio quando non poſſit fieri contra Tertium, in quem lite pendente, facta fuit alienatio.*
14 *Executio in actione reali fieri poteſt contra eum, in quem facta fuit alienatio poſt litem motam,ſine nouo proceſſu. Ampl.ut num.*15.
15 *Executio vt recta via fieri poſſit contra tertium,in quem lite pendente facta eſt alienatio, an requiratur eius ſcientia,& nu.*19.*vbi,quod hæc ſcientia probatur coniecturis, & indicijs.*
16 *Executio in actione perſonali permiſſa eſt contra tertium, in quem in fraudem facta eſt alienatio ad eam iam cœptam, vel imminentem retardandam. Lim. vt num.*17.
18 *Alienatio vt dicatur facta in fraudem, ſufficit, vt facta ſit poſt litem motam.*
20 *Alienatio facta lite pendente ex cauſa, & debito antecedente dicitur neceſſaria, non in fraude. Lim. vt num.*21.
21 *Cenſus eſt perpetuus, nec poteſt quis cogi ad illius ſortis reſtitutionem.*
22 *Fructus fundi cenſiti cenſetur ſufficientes pro ſolutione fructuum cenſus.*
23 *Æs alienum præfertur legatis.*

DECISIO CLXXVII.

CVm lata fuiſſet ſententia contra Monaſterium, & Moniales Pœnitentes Ciuitatis Melitæ, quæ poſtea tranſitum fecit in rem iudicatam: Propoſui hodie dubium, An eſſet exequendum mandatum,& litteræ decretæ in excutionem eiuſdem ſententiæ contra Ioannem, & alios in quos alienata fuerunt à Monaſterio aliqua bona, pendente hac lite: Cum vero ad impediendam executionem plura opponerentur pro parte Ioannis, & aliorum poſſeſſorum tam contra validitatem proceſſus facti pro executione d. ſententiæ,quam contra ipſam executionem, quæ negabatur poſſe fieri contra eoſdem poſſeſſores, viſum fuit Dominis examinare ſingulas illorum exceptiones à quibus pendere poterat deciſio huius dubij.

Et prima exceptio reſpiciebat validitatem proceſſus, quia dicebatur in eo deficere mandatum Dominici, qui comparebat nomine familiæ de Chiantar, cuius fauore lata fuerat eadem ſententia. Cui exceptioni ſatisfactum fuit, quia non negabatur abſolutè illius mandatum, quod neque negari poterat, cum reperiretur in actis cauſæ, ſed dicebatur,
1 †expiraſſe poſt rem iudicatam, & inde inferebatur, quod nouo mandato opus fuiſſet in illius perſona, adducendo tex.in *l.*1.*ff. de re iudic. & in l. terminato, C.de fruct.& lit.expenſ.* & dicebatur tenuiſſe *Bart.* in *l.ſi procurator,num.*2.*ff.de ſolut.* † quæ iura, & autho-
2 ritates intelligendæ erant in caſu,quo ageretur actione iudicati coram alio Iudice,non autem dum illius executio petebatur coram eodem Iudice, qui ſententiam tulit; Nam primo caſu exiſtimari debebat lis tamquam perempta & extincta; In ſecundo vero videbantur remanere veſtigia prioris iudicij,pro quibus etiam cenſebatur datum mandatum, & ita declarauit *Rota coram Puteo dec.*366. *num.*4. *lib.*1. limitando regulam ſuperius poſitam, quam adduxit in eadem *deciſ. Mohed. dec.*3 *vt lit.pend. num.*1. & notant *Doct.in l.qui proprio,*46 *§.item quæſitum, ff.de procurat.*
3 vbi* eodem modo diſtinguunt in caſu,quo petatur reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam, quia ſolum opus erit nouo mandato, ſi reſtitutio petatur, principaliter,atq; in genere, non autē, ſi petatur nominatim aduerſus talem ſententiam, quæ dicatur habere effectum rei iudicatæ,& tradit ibi *Bart.poſt gloſſ. in verb.item,Bald.num* 9. *Caſtrenſ.num.*6.& mouentur eadem ratione, quod ſecundo hoc caſu reſtitutio dicatur eſſe appendix, & de incidentibus primi iudicij,

& idem

Digitized by Google

& idem tradit *Iaſ.in l.inuitum, C.de procur.num.4.in 4. limit.Curt.iun in l.diligenter,nu.1.ff. mandat.* & tenuit
4 *Rota apud Caſſad. dec.2.nu.3 de procurat.* Præterea † poterat nouum mandatum præſumi in perſona Dominici,qui petebat d.executionem ex pluribus impenſis,quas oſtendebatur illum feciſſe pro ea obtinenda, cum omnes eæ impenſæ præſumi deberent factæ cum ſcientia, & mandato familiæ, cuius intererat,illos fieri,arg.text. in *l. cum de indebito, ff. de probat.* & *in c. cum ſuper hoc, de renunciat.* & tenuit *Rota coram Put.dec.*348 *num.5.lib.1.Caſſad. dec.3. nu.4. de procurat. Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt. 33.*
5 *nu.3.* Et † poterat eadem executio ſuſtineri ex proprio iure,& intereſſe, quod habebat idem Dominicus in hac cauſa, qui ille erat ex eadem familia, & tanquam talis ſemper eamdem cauſam defendit, & ita etiam nominatus fuit in ſententia Rotali; vnde rectè petere potuit executionem eiuſdem ſententiæ ratione proprij intereſſe, pro quo non habebet opus mandato aliarum perſonarum,quæ tamquam ſingulæ non habebant maius ius in cauſa, quam ipſi competeret.

Alia exceptio oppoſita fuit contra validitatem proceſſus, quod deeſſet in illo citatio contra Procuratorem Monaſterij. quamuis eiuſdem mandatum extaret in actis, & inde etiam dicebatur quod
6 † non potuiſſet procedi contra Monaſterium per contradictas,ſicuti factum fuit, dum aderat perſona, quæ citari poterat, illaque erat nota partibus propter certitudinem quæ oriebatur ex eiſdem actis, vt not.in *c.vlt. de elect. lib.6.* & tenuit *Rota apud Mohed. dec.vlt. de iudic. & apud Ægid dec.15.* Sed etiam hæc nullitas tollebatur, quia ille Procurator apparebat reuocatus propter aliud mandatum, quod à Monaſterio poſtea datum fuit Equiti Viruillæ. qui deinde
7 ſemper comparuit in cauſa, & ita, † probata abſentia Equitis, rectè actum fuit contra Monaſterium per audientiam contradictarum,neque ex hoc capite poteſt impugnari proceſſus tamquam inualidus, quia, etiam quod duraſſet mandatum primi Procuratoris, potuiſſet,illo abſente,citari Monaſterium, vt voluit Rota apud *Caſſad.deciſ.6.num.2.vt lit.pend.& in deciſ.*
8 *5. de iudic.in nou.* vbi, quod * ſuſtinetur talis citatio, quamuis procurator abeſſet non longè ab Vrbe animi,aut honeſtæ oblectationis cauſa; idemque tradit *Vant. in tit. de nullit. ex defect.citat.numer.115.Veſtr.in prax. lib.1.cap.5. num.4.* Et non poterat obſtare hæc nullitas,quia Monaſterium paruerat ſententiæ,dimittendo partem bonorum, ad quorum reſtitutionem
9 in ea condemnabatur,& ita,† cum Monaſterium videretur renunciaſſe tali nullitati, non poterat illa adduci à tertiis poſſeſſoribus, in quos alienata fuit reliqua pars eorumdem bonorum, ſuper quibus petitur executio, arg tex.in *l.loci corpus. §.competit. ff.ſi ſeruit. vendic.& in l.ſi prior.§. ſi ſimpliciter, ff. qui pot. in pign. hab.gloſſ.in l.ita tamen.ff.ſi ager vectigal.Bart.in l.1 nu.*
10 *2.ff.eod.tit.& tenuit Rota coram Greg.dec.582 num.6.* † quod præcipuè dicendum erat, dum ipſi habent cauſam à Monaſterio, cuius fauore potuiſſet ſententia eſſe nulla.
11 Alia exceptio reſpiciebat executionem, & † negabatur,illam potuiſſe fieri contra poſſeſſores dictorum bonorum, dum contra eos actum non fuit in primo iudicio, neque illi condemnati fuerunt in ſententia, quæ hodie dicitur habere vim rei iudicatæ,arg.text.in *l 1.C.res int.alios act.*& notant ibi *Doct. & in l. ſæpe, ff.de re iudic. & in l. à Diuo Pio, § ſi ſuper rebus ff.eod.tit. vbi Bart.nu.6.& 7.Alex.n.8. Iaſ. num.9.*

Bald.in l.ob maritorum, C. ne vxor.pro marit. numer.1.
12 & ita notant Doctores, * poſſe hoc caſu poſſeſſorem. qui timet moleſtias ſuper bonis à ſe poſſeſſis, poteſtari creditori, vt non procedat ad executionem ſuper talibus bonis, & quatenus executio facta ſit, obtinere à Iudice,vt illa pro Imperio reuocetur illico, & ſine alio proceſſu, eodem modo,quo facta fuit, vt voluit in ſpecie *Bald. in d.l. ob maritorum, in princ. Iaſ.in d.l à Diuo Pio,§ ſi ſuper rebus,nu.9.ff.de re iudic. Imol.n.15.*& fuit cautela excogitata primo Angelo in *d. §.ſi ſuper rebus, num. 1.* & eam ſecuta fuit *Rota in Anconitana...... coram R. P. D. meo Dunozetto.* Et adducebatur in caſu huius deciſionis etiam iuſtitia cauſæ, propter quam deuentum fuerat ad alie-
13 nationem eorumdem bonorum, † quod etiam conſiderant Doctores ad effectum,vt agi non poſſit contra tertium poſſeſſorem, in quem fuerunt translata bona pendente lite, & voluit in ſpecie *Caſtrenſ.in d.§.ſi ſuper rebus,num.8.in fin.* Nam aliqua ex iis bonis vendita fuerunt, vt ex eorum pretio ſoluerentur legata,quæ reliquerat Teſtatrix, quædam, vt ſolueretur æs alienum, quod repertum fuit in illius hæreditate,quæ cauſæ,tamquam neceſſariæ,efficiebant, vt alienatio dici deberet facta in caſu permiſſo ex diſpoſitione iuris,arg.text.in *l.filiuſfamilias,§. Diui, ff.de leg.1.& in l.peto §.peculium ff.de leg.2.* & probat *text. in l.vlt.C.de litig.*vbi enumerantur plures cauſæ, quæ non comprehenduntur ſub generali prohibitione legis, & in ſpecie cauſa legati.& tradit *Rip. in d. l. filiuſfam §.Diui ff de leg. 1.Bart.in l.ſi quis miſſum, § Iudex ff.de damn infect n.4.in fin.*& tenuit *Rota in Montis Faliſci Bonorum 11. Maij 1598. coram Cardin. Pamphilio.*

Verum hæc exceptio viſa fuit tolli vnica reſponſione, quia ſententia, quam obtinuerat familia de Chiantar,& cuius executio hodie petitur, tamquam habentis vim rei iudicatæ,lata fuerat in actione mere reali, nimirum actione petitionis hæreditatis,in qua cum actum fuiſſet de dominio eiuſdem hæreditatis, effecta fuerunt illius bona litigioſa, vnde non potuerunt poſtea alienari, aut transferri in nouos poſſeſ-
14 ſores, † contra quos rectè hodie agi poteſt ſine nouo proceſſu ex vi, & actione deſcendente ex eadem ſententia vt notatur,in *l. 1.& in l. vlt ff.de litig. & in auth. litigioſa. C eod.tit.tradit Speculat in tit.de appellat. § 11. in princ.in verſ.ſi vero non agitur. & num.17.Bart. in l. 3 n.23.C.de pignor. Alex in d.§. ſi ſuper rebus, numer.11. Anchar.in c.quia 9 de iudic num.6.*& ibi etiam *Aretin.*
15 *num.13.Butr.num.11.*adeo vt † neque hoc caſu requiratur ſcientia ex parte illius, in quem fuerunt bona alienata,cum agatur de reuocanda alienatione rei litigioſæ,cuius vitium tranſit ipſo iure in ſucceſſorem, vt probat *text.in l.cenſemus, C.de litigioſ.* & notat ibi *gloſ Bart. ſuper eadem lege n.1. & in l.1.§.vlt ff.eod tit. nu.3 & in l.3.nu.33.C.de pignor.*& late declarat *Couarr. pract.quæſt.cap.15. num 7.* reiecta contraria opinione *Ang.in auth.litigioſa, C de litigioſ.* qui cenſuit, ſemper requiri ſcientiam emptoris, nulla habita ratione, vtrum actum fuerit actione reali, in qua contrahitur vitium litigioſi, ſiue potius actione perſonali, in qua res nunquam litigioſa efficitur, & eamdem opinionem contrariam opinioni Angeli ſecutus fuit *Menoch. in conſil 319.numer.4 relato Couarruuia, Ceuall. commun. opinion. cap 820.numero 33. Gail. pract. obſeruat. cap.118. numer. 2. Rot. in Romana Vinea 15. Decembr. 1632. coram Reuerendiſſim. Vgellen. deciſ. 364. inter alias impreſſ. ſub numero 28.*

Digitized by Google

16 Præterea † etiam in actione perſonali cenſetur permiſſa executio in bonis poſſeſſis à tertio, ſi illa probetur facta in fraudem, vt notant Doctores in d. §. *ſi ſuper rebus, ff. de re iudic.* & tradit ibi *Caſtr. nu.* 8. vbi ſecutus fuit *Bald. in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marit. Iaſ. num.* 10. *Cuman. nu.* 5. & tradit idem *Bald. in l. Executorem, num.* 27. *C. de execut. rei iudic Rip. in l.* 1. *§. ſi hæres, nu.* 21. *ff. ad Senat. Conſult. Trebell. Couar. pract.*
17 *quæſt. cap.* 15. *numer.* 7. Et, † licet ad hunc effectum non poſſit ſatis eſſe quæcumque fraus, niſi etiam probetur, quod illa commiſſa fuerit ad retardandam executionem iam cœptam, ſiue ad impediendam eam, quæ imminebat, Vnde *Bald. in d. l. ob maritorum*, tenuit, non ſufficere eam fraudem, quæ reſpiciat ſolum intereſſe creditoris, cuius damno perierit, quod alienatum fuit ex bonis debitoris, auctoritate *text. in l. Chirographis, §. vlt. ff. de adminiſtr. tutor.* & referendo Baldum, dixit *Rip. in d. §. ſi hæres, eod. nume.* 21. *Curt. ſen. conſ.* 72. *num.* 9. & tenuit *Rota in Albanen. Pecuniaria* 10. *Martij* 1593. *coram Mantic. inter impreſſ. dec.* 218. *nu.* 11. *& in Romana Legitima* 5. *Decembris* 1614. *coram bo: mem: Vbaldo inter recent. dec.* 609. *num.* 2. *par.* 2. Tamen non deerat hoc genus fraudis cum omnes alienatio-
18 nes factæ fuiſſent à Monaſterio poſt litem motam, † quod ſatis eſſe putauit Caſtrenſis, vt poſſit agi actione perſonali contra tertium, in d. § *ſi ſuper rebus, nu.* 8. *Iaſ. num.* 10. *Rip. in d. §. ſi hæres, num.* 21. *Capic. dec.* 128. *num.* 11. & tenuit *Rota in Veneta Donationis* 18. *Aprilis* 1612. *coram bo: me: Buratto, inter impreſſ. dec.* 166. *num.* 3. & apud *Ægid. dec.* 709. *Creſcent. dec.* 16. *nu.* 1. *& dec.* 20. *num.* 2. *de ſent. & re iudic.* Sicut ex qualitate eius litis probatur ſcientia emptorum, † quæ etiam require-
19 batur ad præſumendam fraudem, quia illa erat vulgata, ac publica in Inſula Melitæ, vnde non erat veriſimile, quod ipſi emptores non habuiſſent illius notitiam, & hæc veriſimilitudo ſatis erat, cum ad probationem talis ſcientię potuiſſent ſufficere etiam coniecturæ, & indicia, vt voluit *Rip. in d. §. ſi hæres, num.* 22. *Giurb. deciſ. Sicil.* 62. *num.* 12. *&* 14. *Put. dec.* 348. *lib.* 3. & generaliter regulam firmat *Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu.* 13. *ff. de verb. oblig. Dec. in l. eius, qui in Prouincia, § quid ſi ſtipulatus, num.* 9. *ff. de reb. cred.*

Neque poterat aliquid prodeſſe cauſa, ob quam dicebatur deuentum fuiſſe ad alienationem eorum bonorum, quia, licet † ea prohibitio inducta à lege,
20 ne bona alienentur pendente lite, non compræhendat cauſam, quæ neceſſaria ſit, qualis communiter exiſtimari ſolet ea, quæ habeat originem ex contractu, aut debito antecedenti, vt conſtat ex traditis in *l. vlt. C. de litigioſ. & probat. text. in l. alienationes, ff. famil. erciſc. & in l. Diuus, ff. de pet. hæred.* tamen non ſubſiſtebat aliqua earum cauſarum, quæ adducebantur pro ſubſtinendis dictis alienationibus. Quia prima cauſa ſolutionis legatorum erat contraria voluntati Teſtatricis, quæ mandauit in teſtamento, vt eadem legata ſoluerentur ex fructibus ſuæ hæreditatis, alia vero cauſa æris alieni non ſubſiſtebat, dum ex pretio bonorum venditorum redemptus fuit annuus cenſus ſcutorum ſeptingentorum, cuius non poterat dici debitrix hæreditas ex qualitate eius con-
21 tractus, † qui tanquam ſui natura perpetuus, efficiebat, vt ipſa hæreditas nunquam potuiſſet, cogi ad reſtitutionem ſortis eiuſdem cenſus, vt pluribus probat *Nauarr. in comment. de vſur. num.* 97. *gl.* 16. *& num.* 122. *in* 33. *quæſt.* & idem dici poterat de fructibus eiuſdem cenſus, qui etiam ſoluti fuerunt ex pretio eorum bonorum, quia vel illi ſoluendi erant ex redditibus
22 fundi cenſuati, † qui ex iuris præſumptione exiſtimari debebant ſufficientes ad eam ſolutionem, *arg. text. in l.* 2. *C. de pignor.* & notat ibi 8. *Salyc. poſt gloſ. in verb. redigere, Couarr. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 1. & cenſuit *Rot. in dec.* 702. *n.* 1. *par.* 1. *diuerſ. & in Beneuentana Saluiani prima Februarij* 1616. *coram bo: mem: Buratto*, vel, quando ijdem redditus non potuiſſent ſatis eſſe pro hoc debito, debuiſſent ſolui ex redditibus aliorum bonorum hæreditatis ſecundum voluntatem ipſius Teſtatricis, quia, dum illa ex redditibus eorum bonorum mandauit ſolui legata, & vetuit pro eorum ſolutione alienari proprietatem bonorum ſuæ hæreditatis, multo magis cenſendum erat, fuiſſe eius voluntatis, vt non liceret alienari proprietatem eorumdem bonorum pro ſolutione debitorum, &
23 æris alieni, † cui prius ſatisfaciendum erat, quam legatis, *arg. text. in l. ſi vniuerſa, C. de legat. & in l.* 1. *§. ſi ij, qui quadringenta, ff ad S.C. Trebell.* & tradit ibi *gloſſ. in verb. ex hæreditate, & in l. ratione, §. quod vulgo, in verb. nimirum, ff. ad leg. falcid.*

Et ita, &c.

CARDIN. PANZIROLO.

Bononien. Fideicommiſſi de Pancaldis.

Lunæ 11. Martij 1641.

SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſi exiſtentia, illiuſque purificatione ad fauorem petentis, bonorum identitate, & poſſeſſione fideicommittentis de tempore obitus, & Rei conuenti de præſenti probatis, locus eſt immiſſioni, vel ex ſaluiano, vel ex remedio l. ſi.*

2 *Poſſeſſio fideicommittentis probatur teſtibus de ea deponentibus.*

3 *Identitas probatur ex duabus demonſtrationibus, & eo magis in antiquis.*

4 *Identitas in antiquis probatur indiciis, coniecturis, & præſumptionibus.*

5 *Executionis actu contra aliquem vti poſſeſſorem probatur illius poſſeſſio.*

DECISIO CLXXVIII.

Reſolutum fuit D. Thomaſiæ eſſe dandam immiſſionem in bonis per ipſam petitis, quia viſa fuerunt optimè probata omnia requiſita neceſſaria in hoc iudicio, exiſtentia ſcilicet fideicommiſſi, purificatio ad fauorem d. Thomaſiæ, identitas bonorum, poſſeſſio per Bertum fideicommittentem de tempore ſui obitus, & de præſenti per DD. de Pal-
1 marij, † ex quibus iuxta ſtylum huius Sacri Tribunalis immiſſio debetur, vel ex vtili ſaluiano interdicto, vel ex remedio *l. ſi C. de edict. Diu. Adr. tol. Seraph. dec.* 828. *num.* 1. *Rot. in rec. dec.* 131. *nu.* 1. *par.* 1. *& dec.* 306. *num.* 1. *par.* 6. *& in Bononien. de Naſcentoriis* 27. *Februarij, &* 13. *Iunij* 1640. *coram R.P.D. meo Ghiſilerio. & in Auximana Fideicommiſſi* 13. *Ianuarij* 1640. *coram R.P.D. meo Dunozet*, & alibi paſſim.

De exiſtentia, & purificatione fideicommiſſi ad fauorem D. Thomaſiæ clare conſtare viſum fuit ex deciſione in hac eadem cauſa emanata coram me ſub die 16. Februarij anni præteriti.

Et, quod Bertus dicta bona poſſederit, dantur
2 teſtes Summ. num. 5. † qui probant perceptionem fructuum, locationes, & alios actus poſſeſſionis vſque ad mortem iuxta terminos *l. Titia. ff. de ſolut. Caſ. de Graſſ.*

Digitized by Google

Graſſ. deciſ. 10. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. poſt. Pacific. de ſalu. interd. dec. 35. n. 4. & in rec. dec. 360. n. 7. 8. & 9. p. 5.

Qui quidem teſtes, dum aſſerunt d. Petiam terræ eſſe pratiuam, poſitam in Communi Padulæ, & confinare iuxta D. Paulum de Roſis, diſcurſum Roſoli, & illos de Gambarinis, plenè iuſtificant identitatem,
3 † quæ ex duabus tantum demonſtrationibus ſufficienter iuſtificari ſolet, iuxta theoricam *Bart. in l. demonſtratio falſa ff. de cond. & dem. Rot. dec. 203. num. 10. & dec. 236 nu. 2. par. 6. rec.* præſertim quia verſamur in antiquis vltra centum annos, prout ex iuribus in Summ. num. 3. & 4. ex quibus apparet, Iacobum de Pancaldis de Anno 1503. & deinde Bettum de Anno 1509. poſſediſſe bona pratiua in dicto loco *della Pa-*
4 *dula,* † quo caſu identitas ſatis probatur per indicia, coniecturas, & præſumptiones *c. cum cauſam de probat. Rim. iun conſ. 254. num. 11. cum ſeqq. lib. 2. Rot. dec. 360. nu. 7. par. 5. & dec. 164. num. 37. par. 6. recent.* & in ſupra citata *Bononien. de Naſcentorijs 27. Februarij* 1640. *coram R. P. D. meo Ghiſilerio.*

Tandem, quod præfata bona modo poſſideantur per DD. de Palmerijs apparet ex mandato relaxato Summ. n. 1. & relatione Executoris Summ. num. 6. cum † ex actu executionis mandati contra aliquem
5 vti poſſeſſorem probetur illius poſſeſſio, *Menoch. de adipiſc. remed. 4 num 921. & ſeq. Gregor. dec. 105 num. 1. & dec. 402 nu. 2. Rot. poſt Modern. de manut. dec. 319. n. 5.*

Et ita, D. Thomaſia tantũ informante, deciſum, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Firmana Prædij.

Lunæ 14. Maij 1640.

SVMMARIA.

1 *Poſſidenti debetur manutentio.*
2 *Inſtrumentum adeptionis poſſeſſionis, alio in ea non exiſtente, probat poſſeſſionem.*
3 *Inſtantia petita manutentionis à defuncto continuatur in hæredem.*
4 *Heredi quando debeatur manutentio ex poſſeſſione defuncti.*
5 *Manutentio debetur anteriori poſſeſſori.*
6 *Poſſeſſio in vim deliberationis dicitur iuſta, & manutenibilis. Lim. vt nu. 7.*
8 *Simulatio regulariter non præſumitur, ſed eſt probanda ab allegante. Lim. vt nu. 9.*
10 *Simulatio, data cauſa ſimulandi, probatur etiam coniecturis, & n. 22.*
11 *Probatio præſumptiua, & per veriſimiles coniecturas ſufficit in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
12 *Simulatio probatur ex præcedenti tractatu, & eo magis ex illius effectu ſecuto, & nu. 16.*
13 *Epiſtola probat contra ſcribentem.*
14 *Simulatio arguitur ex inſolitis, & ex nimia adhibita cautela, & diligentia. & n. 34.*
15 *Simulatio facilius procedit inter coniunctos.*
17 *Simulata præſumitur alienatio, ſi res remaneat in Caſtro alienantis.*
18 *Simulatio præſumitur ex receſſu acquiſitione non per viam venditionis, ſed declarationis.*
19 *Deliberatio quando præſumatur ſimulata, & num. 25. & 39.*
20 *Simulatio præcedentis actus probatur ex ſubſecuta recognitione bonæ fidei.*
21 *Simulatio arguitur ex negligentia, & taciturnitate.*
23 *Probatio nulla maior eſt, quam proprij oris confeſſio, & num. 29.*
24 *Simulationis exceptio an in poſſeſſorio admittatur.*
25 *Pecuniæ ſi ſint adhibitæ ſolum, per moſtra, arguitur actus ſimulatus.*
26 *Teſtis vnicus iunctis adminiculis, & coniecturis probat. Ampl. vt ibid. & nu. 28.*
27 *Probationes leuiores ſufficiunt in materia difficilis probationis.*
30 *Simulatio probatur ex propria confeſſione.*
31 *Simulatio facilius admittitur, quam ſcripturarum ſuperfluitas.*
32 *Simulatio præcedentis actus arguitur ex ſecreta ordinata retentione ſcripturarum ad actus declarationem pertinentium.*
33 *Actus acceſſorij regulantur, & inficiuntur à principali.*
35 *Simulatio ceſſat ceſſante cauſa ſimulandi.*
36 *Emens nomine proprio, & de proprijs pecunijs ſibi verè quærit.*
37 *Pecunijs proprijs poteſt quis alteri acquirere.*
38 *Simulationis tres ſunt ſpecies, & quæ.*
40 *Poſſeſſorio remedio renunciatum dicitur per verba, de quibus hic.*
41 *Renuncianti non datur manutentio.*
42 *Ceſſio ſub conditionibus de præſenti, quas certum eſt deficere, eſt nulla.*
43 *Verba,* Sia buono, &c. *reſpiciunt tempus præſens, non futurum.*
44 *Puri & purificati eſt idem iudicium.*
45 *Pactum reſolutiuum non operatur, niſi quis eo, re integra, vtatur.*
46 *Conſenſus excluditur ab actu ex expreſſione falſæ cauſæ.*
47 *Cauſæ falſitas in termino relato videtur ineſſe termino referenti.*
48 *Confeſſio ſemper clamat contra confitentem.*
49 *Confeſſionis geminatio maiorem animi deliberationem demonſtrat.*

DECISIO CLXXIX.

DIe 20. Iunij 1639. fuit reſolutum, dandum eſſe mandatum de manutenendo DD. Mattheucijs in poſſeſſione Prædij Valleſciani. Idemque die 30. Ianuarij præteriti confirmatum. Placuit tamen, D. Antonium ſuper iiſdem iterum audire. Propoſitaque hodie cauſa Domini ſteterunt in deciſis.
1 Notiſſimi enim iuris eſt, † poſſidenti manutentionem deberi, ad *tex. in §. retinendæ, Inſt. de interd. l. 1. §. interdictum ff. vti poſſid.* Mattheuccios autem poſſidere, conſtat ex inſtrumento adeptæ poſſeſſionis ſub die 3. Octobris 1638. dato ſumm. primæ illorum po-
2 ſitionis num. 13. † quod, alio non exiſtente in poſſeſſione, poſſeſſionem probat, *l. prædia, & ibi Bart. ff. de acq. poſſeſſ. l. idcirco, & ibi Bald. C. de fid. inſtrument. Rot. dec. 106. num. 4. p. 1. rec. Ludouiſ. dec. 40. nu. 1. & dec. 46. n. 2. Put. dec. 160. n. 8. lib. 1.*

Immò, & ipſos iuuari poſſe poſſeſſionem etiam Hortenſiæ, quia, cum illa viuens iudicialiter pro
3 manutentione inſtetiſſet, vt ſumm. num. 11. † huiuſmodi inſtantia in hæredes Mattheuccios continuari
4 dicitur, *l. liberas abſens. ff. de iudic.* Adeoque † ipſi illam proſequentes manutentionem, quæ viuenti Hortenſiæ competeret, conſequi merito debent. *Menoch. de retin. remed. 3. num. 62. Buratt. dec. 312. num. 17. & fuit dictum in Pacen Præmmentiarum 16. Nouembris 1618. coram Remboldo, & in Aſten. Penſionis 9. Nouembris 1633. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Digitized by Google

Reſpondebat Antonius, Mattheuccijs neque in-
ſtrumentalem poſſeſſionem, neque poſſeſſionem
Hortenſiæ, quæ Catherinæ hæres exſtiterat, ſuffra-
gari poſſe, quandoquidem nec ipſa Catherina mo-
5 riens hoc Prædium poſſederat, immò * ſibi deberi
manutentionem, de cuius anteriori poſſeſſione con-
ſtabat, *Rot. dec. 667. num. 1. par. 2. recent.* & quidem titu-
lata, quia publicum inſtrumentum exhibebat captæ
poſſeſſionis de anno 1623. auctore Prætore in vim
6 deliberationis ſibi factæ de dicto Prædio, † quæ pro-
pterea dicitur iuſta, & manutenibilis, ad *text. in l.
iuſte poſſidet. ff. de acq. poſſeſſ. Rot. dec.* 122. *nu.* 1. *p.* 6. *rec.*

Huic fundamento dupliciter fuit reſponſum. Pri-
7 mò, † acquiſitionem in vim deliberationis fuiſſe ſi-
mulatam. Secundò, Antonium facto proprio à poſ-
ſeſſione cecidiſſe, dum 4. Ianuarij 1625. Prædium ad
Catherinam pleno iure ſpectare declarauit.

8 Et quod attinet ad caput ſimulationis, quamuis †
illa regulariter non præſumatur, niſi probetur, *l.
dolum ff. de dol. Roland. conſ.* 6. *num.* 28. *lib.* 3. & eam al-
leganti incumbat onus probandi, *l. quoties, §. qui dolo.
ff. de probat l. cum propria. C. ſi quis alt. vel ſib. Buratt. dec.*
9 141. *numer.* 4. Verumque etiam ſit, non præſumi, * niſi
appareat de cauſa ſimulandi, *l. ſi mulierem. ff. rer. amot.
l. ſed ſi matri. §. fin. ff. qui, & à quib. c. fin. de renunciat. in
6. Anchar. conſ.* 227. *numer.* 7. *Ludouiſ. dec.* 401. *num.* 15.
Nihilominus receptiſſima eſt etiam illa concluſio,
10 quod, † data cauſa ſimulandi, ſimulatio probetur
etiam coniecturis, *Honded. conſ.* 41. *num.* 28. *lib.* 2. *Rot.
deciſ.* 69. *num.* 2. *par.* 2. *diuerſ. dec.* 188. *num.* 9. & 307. *nu.*
11. *par.* 1. & 344. *num.* 2. *par* 4. *recent.* & *poſt Zacch. de
oblig. camer. dec.* 150. *num.* 12. Et ratio eſt, quia genera-
11 liter † in his, quæ ſunt difficilis probationis, ſufficit
præſumptiua probatio, & veriſimiles coniecturæ ad-
mittuntur, *Iaſ. in l. cum ea, quæ nu.* 4. & 5. *C. de tranſact.
arg. l. non omnes §. à Barbaris. ff. de re milit. c. veniens.* 2.
*de teſtib. dixit Bald. in auth. quas actiones. C. de Sacroſ.
Eccleſ. Angel. conſ.* 218. *Alex. conſ.* 64. *lib.* 1. & 24. *lib.* 2.

Cauſa autem ſimulandi, vt alias dictum fuit, in
præſenti caſu erat, vt Catherina Mattheucciorum
moleſtias euitaret, nam, cum ab illis ſuper d. Prædio
vexaretur, hoc cæpit ab Antonio conſilium, vt occa-
ſione cenſus debiti Olgiati Prædium ſubhaſtati, il-
ludque, ſiue ipſi Antonio, ſiue alteri perſonę confi-
denti deliberari faceret, & declarationes in forma
reportaret, quod liquidè patet ex epiſtola ipſius An-
tonij de anno 1619. conſcripta, conſultus enim à Ca-
therina, quid agere deberet, vt dictas moleſtias eui-
taret, ita reſcribit, *Vengo alli rimedij, & alla difeſa da
me conoſciuta fin' hora, ricuperato, che ſia il cenſo delli
Martelli, mouere la Città, che faccia vendere Valleſciano,
farci poi offerire à nome mio, ò dà altro confidente, il qual
faccia l'eſtintione, reportando la ceſſione delle ragioni*
tranſlatiuè, & non extinctiuè; *dico à mio nome, acciò
V. S. s'aſſicuri di non eſſer trappolata, potendoſi credere,
che in queſte parti habbia fatto acquiſto da poter far' vna
tal compra, & ella ſenza ſoſpetto di confidenza, ò di ſi-
mulatione potrebbe goderlo, come prima con le ſue dechia-
rationi, & cautele in forma.* De hoc eodem conſilio, &
cauſa ſimulandi deponunt duo teſtes dati in veteri
ſumm. num. 4.

Coniecturæ autem ad probandam ſimulationem
numerari poſſunt infra ſcriptæ. Et Primò, præce-
dentes tractatus, de quibus deponunt teſtes ſupra
12 citati, & * ex præcedenti tractatu ſimulationem pro-
bari, tradit *Bald. in l. multum intereſt, num.* 3. *C. ſi quis
alter. vel ſib.*

Secundò, Antonij Epiſtolæ, & potiſſimum pro-
ximè relata, ex qua & cauſa ſimulandi, & conſilium,
& tractatus præcedens optimè probatur, & clara re-
ſultat confeſſio, dum ait, ibi, *farci offerire à mio nome,*
& ibi, *ſenza ſoſpetto di confidenza, ò ſimulatione potrebbe*
13 *goderla,* & * epiſtolam iam tranſmiſſam contra ſcri-
bentem probare, tradit *Bart. in l. nuda ratio, num.* 10.
ff. de donat. Maſcard. de probat. concl. 264. *num.* 16. *Rot.
in Romana Bonorum de Auguſtinis* 14. *Martij* 1625. *co-
ram Buccabella, text. eſt in l. Publia, §. fin. ff. depoſ.*

Tertiò, conſenſus ſpontaneus ſubhaſtationi per
Catherinam præſtitus, de quo veteri ſumm. n. 6.

Quartò, conſtitutio Procuratoris facta à Ciui-
tate Firmi, quæ pro deliberatione inſtabat in perſo-
14 nam illius, qui Catherinæ Procurator erat, † quæ
duo tamquam inſolita ſimulationem arguunt, *l. ſi
quid ſub conditione, ff. de condit. inſtit. Menoch. lib.* 3.
præſumpt. 122. *num.* 116.

Quintò, arcta coniunctio inter Catherinam
15 Materteram, & Antonium nepotem, * inter quas
perſonas facilius huiuſmodi confidentiales negocia-
tiones conciliantur, *l. data. C. de donat. Bart. in l. ſi poſt
contractum. num.* 3. *ff. eod. Dec. conſ.* 587. *numero* 6. *Rota
in Cervien. Bonorum* 3. *Iulij* 1589. *coram Pamphilio.*

16 Sextò, † effectus ipſe ſubſecutus iuxtà præce-
dentem tractatum, *Bald. in alleg. l. multum intereſt, C.
ſi quis alter. vel ſib.*

17 Septimò, * quod Prædium permanſerit in Cataſtro
ſub nomine Catherinæ, *Menoch. lib.* 3. *præſump.* 122. *nu.*
125. *l. ſicut. §. ſuperuacuum,* & ibi *Bart. ff. quib. mod. pign.
vel hypot. ſolu. Roland. conſ.* 40. *n.* 36.

18 Octauò, * receſſus ab ipſa acquiſitione non per
viam venditionis, ſed per viam declarationis, *Caſtr.
conſ.* 74. *n.* 2. *lib.* 2.

19 Nonò, * modicitas temporis inter ſubhaſtationem,
& apocam interlapſi, *Caſtr. alleg. conſ.* 74. *lib.* 2.

Decimò, apoca, quæ potius confeſſionem conti-
net, ibi, *hauendo comprato alla tromba per ſcudi* 2000.
*il Poter di Valleſciano per richieſta fattami dalla Signo-
ra Catharina, e per liberarla dalle continue ſpeſe &c.
appreſſo poi, & all'incontro hauendomi ſua Signoria rim-
borſciato delli ſcudi* 3500. *&c. per tanto dichiaro, che
detta Poſſeſſione appartiene, & è di detta ſignora Cathe-
rina*, quæ in ſubſtantia continet recognitionem
20 bonæ fidei, * quæ ſimulationem præcedentis actus
demonſtrat, *Rot. dec.* 806. *num.* 5, *p.* 1. *diuerſ. Bald. in d. l.
multum intereſt. vbi ſuprà.*

Vndecimò, quia Antonius ex dicto Prædio nihil
vnquàm probatur percepiſſe, nec vnquam aliquid
21 petiit, niſi poſt decennium, * quæ negligentia, &
taciturnitas ſimulationem innuit, *l. ſi quis forte §.* 1.
ff. de pen. Menoch. lib. 5. *præſumpt.* 3 *n.* 105. *Buratt. dec.* 361.
nu. 12.

22 Ex quibus ſane * probata pleniſſimè dici poteſt
ſimulatio à priori, & à poſteriori, ſecundum nota-
bilem doctrinam *Bald. in d. l. multum intereſt,* & ibi
Salyc. & Caſtr. n. 3. *ſi quis alter. vel ſib. Rot. d. dec.* 806. *par.*
1. *diuerſ.* Immò & luce meridiana clarius reſultat ex d.
23 Epiſtola, & apoca, quia * nulla maior probatio, quam
proprij oris confeſſio, *l. cum te C. de tranſact.* & intrat
24 concluſio, quod, * licet in iudicio poſſeſſorio exceptio
ſimulationis non admittitur, ſecus tamen eſt, vbi de
ſimulatione clarè conſtat, prout in pręſenti caſu.
Reuerendiſſ. D. meus Decanus dec. 222. *num.* 4. & 5. &
deciſ. 152. *num.* 6. *apud Poſt. de manuten.*

Quæ ſanè coniecturæ ſubſequentes actus alios pa-
riter inficiunt, Hinc, dum in inſtrumento die 4. Ia-
nuarij 1625. celebrato dicitur, Catherinam Antonio
cedere cenſum ſcutorum 3500. tum pro reimburſa-
tione

Digitized by Google

tione ſcutorum 1450. eragat. pro reſidua extinctione
cenſus debiti Olgiato; tum quia ab eodem Antonio
ſcuta 2000. in contentis recepit, ſimulata conuinci-
tur huiuſmodi enunciatio ſupradictis rationibus, &
25 * hanc in ſpecie ſimulationem probat teſtis Summ.
num.18.aſſerens, pecunias adhibitas fuiſſe ſolum, vt
dicitur, per moſtra, *Bart. in l.ſingularia, ff ſi cert.pet.*
26 *Gramat.conſ.*119. †qui licet ſit vnicus, iunctis tamen
tot adminiculis, & coniecturis, probat, *Rot.dec.87.
nu.3.par.6.recent. Bald.conſ.36.lib.2. Ludouiſ.dec.544.
num.*19.quod maximè procedit in hac materia diffi-
27 cilis probationis, † in qua leuiores probationes ad-
mittuntur ex iuribus ſupra allegatis.

28 Eiuſqua pictum * confirmat atteſtatio illius, qui
pecunias accommodauit, *dec.323 poſt conſil. Farinac.
lib.*2.qui teſtis cum deponat metu cenſurarum pro
exoneratione ſuæ conſcientiæ de facto proprio, &
veriſimili probat, *Felin.in c.licet,de teſtib. Rot.dec.*122.
num.7.p.1.rec.

Hoc ipſum indubitabile reddit clara ipſius Anto-
29 nij confeſſio, †qua nulla maior probatio, *l.cum te.C.
de tranſact.* dum eadem die 4. Ianuarij 1625. fatetur,
mediante ceſſione cenſus, ſe eſſe reimburſatum de
ſcutis 2. mill. pro Prædio erogatis, quod dum ait,
conſequens eſt, vt enunciata enumeratio in præce-
denti inſtrumento ſimulata cenſenda ſit, & ſic intrat
30 concluſio, quod † probata remaneat ſimulatio pro-
pria oris confeſſione, *Bal.conſ.298.num.3.299.num.1.
lib.4. Decian. conſ.62. numer.66.lib.3. Magon. dec.9.
num.*12.

His accedit ponderatio, quod aliàs apocæ niſi
eſſent factæ ad detegendam ſuo tempore hanc ſimu-
31 lationem remanerent ſuperfluæ, † quo caſu, ne id
dicatur, facilius admittitur ſimulatio, vt de ſimili
tradit *Roland.conſ.47.nu.15. lib.*4.

32 Et ipſa † apocarum retentio ſecretius facta cum
prohibitione, ne alteri, quam Catherinæ hæredibus
conſignarentur, ſimulationem præcedentis actus in-
ducit, *Tiraq.de retract.conuent.nu.*13.

Demum parum fuiſſet, confidentialem ſubhaſta-
tionem peragere, ſi poſtea ex alio inſtrumento ocu-
lis omnium expoſito ſimulatio detecta fuiſſet. Hinc,
vt melius factum tegeretur, capitur conſilium, vt
Antonius Procuratricem conſtituat Catherinam, ea-
que nomine ipſius Prædium locet. Secutaque eſt de-
mum exactio cenſus in vim d.inſtrumenti per acta
33 Vigoriti. † Qui actus tamquam acceſſorij ad ſimula-
tam ſubhaſtationem, quę ex dictis firmata ſufficien-
ter remanet, ab ea regulantur, *l.cum principalis, ff. de
reg.iur.* & tamquam ab infecta radice inficiuntur, &
34 intrat concluſio, quod * clarior reſultat ſimulatio,
quo plures actus ad eam palliandam congeruntur, vt
in ſimili de nimia cautela, & diligentia dixit *Natt.
conſ.198 numer.15. Salicet.in l.emptione, Cod.plus valer.*
quod agit *Bald. conſ.488. lib.1. Iaſ.conſ.170. numer.9.
lib.*2.

Neque verò Dominis ſubſiſtere viſum fuit, quod
aiebat Antonius, nempe in præſenti caſu ceſſaſſe cau-
ſam ſimulandi, cum ante ipſam ſubhaſtatione Mat-
theuccios per ſententiam à poſſeſſione Valleſciani
35 reiectos fuiſſe, conſtaret, * qua cauſa ceſſante, ſimu-
latio ceſſare debeat, *Bart.conſ.65. Addent. ad Ludouiſ.
dec.157.num.27.*

Quia timorem moleſtiarum continuaſſe docet
ipſa per Catherinam contra Mattheuccios obtenta
inhibitio, data Summ. Antonij num.1. prout etiam
epiſtola Antonij 5. Decembris 1619. in qua hortatur
Hortentiam, vt litis renunciationem ſuper Valleſ-
ciano à Mattheuccijs liberè acceptet, ex quibus clarè
conſtat, timorem moleſtiarum minimè ceſſaſſe.

Replicabat Antonius, nullo modo poſſe dici ſimu-
latam acquiſitionem, quia facta fuit de proprijs pe-
36 cunijs, & ſub nomine ipſius Antonij † qui autem de
ſuis pecunijs, & ſub nomine ſuo emit, ſibi verè quæ-
rit, *Alberic.in l.multum intereſt, C. ſi quis alt.vel ſib.* &
hoc idem innuere dicebat, apocam, dum continet, à
die 4. Ianuarij 1625. cedi Prædium, ſupponit igitur,
in præteritum fuiſſe Antonij, & ex his rationibus
vnus ex Dominis hoc ſimulatæ acquiſitionis funda-
mentum reijciebat aſſerens, ſicuti veritas, & falſitas
implicant, ita iſta duo ſtare ſimul non poſſe, quod
Antonius ſibi acquiſierit, & ſimulatè acquiſierit.

Pro reſponſione afferebatur concluſio, quod
37 †quis poſſit de pecunijs ſuis alteri quærere. *l. manci-
pia.vbi Bald. & alij C. ſi quis alter.vel ſib. Ludouiſ. dec.
157.num.5. & in Veneta Cenſus* 24. *Februarij* 1612. *coram
Pamphilio*; Vnde, licet Antonius in emptione, &
proprijs vſus fuerit pecunijs, & nomine, quia tamen
nomen ſimulatè fuit appoſitum ex ſupradictis, vide-
batur poſſe dici ſimulata acquiſitio, apoca verò non
poterat naturam præcedentis actus immutare.

38 Demum pro totius difficultatis eliminatione † tres
pono ſimulationis ſpecies. Prima eſt, quando vnus
contractus celebrari ſimulatur, ſed re vera alius agi-
tur, ad *tex.in l.empti fides. C. de contrah.empt.* Secunda,
quando fit contractus, ſed vt modico tempore duret,
l.4.§.ſi ab ignoto.ff.de manumiſſ. Tertia, quando fingi-
tur fieri contractus, ſed re vera nihil agitur, *l.nuda.ff.
de contrahen.empt.l.imaginaria.ff.de reg. iur.l. ſimulatæ
nuptiæ. ff. de rit. nupt.*

Hanc doctrinam tradidit magiſtraliter *Bart. in
conſ.65.lib.*1.eamque approbauit *Rot.in nou.dec.1. nu.
4.de donat. Iaſ.conſ.*170.*n.22.lib.*2.

Vndè, licet in ſubhaſtatione Prædij pecuniæ ipſius
Antonij interuenerint, & ſic prætendatur, illud
39 Antonio quæſitum, † quia tamen dicta acquiſitio
modico erat tempore duratura, & Catherinæ con-
templatione facta, negari non debet, quin imagina-
ria, & ſimulata cenſenda ſit ſecunda ſaltem ſimula-
tionis ſpecie ſupra relata, *alleg.l.4.§. ſi ab ignoto.ff. de
manumiſſ. Bart. d.conſ.65.num.2. Rot.d. dec.1. num.4.
de donat.in nou.*

Et ex his firmum remanere videtur ſimulationis
fundamentum.

Secundò moti fuerunt Domini ex apoca 4 Ianua-
rij 1625. ab Antonio confecta, quæ expreſsè declarat
hoc Prædium ad Catherinam ſpectare, ibi, *appreſſo
poi. & all'incontro hauendomi Sua Signoria rimborſato
delli ſcudi 3450. con hauermi ceduto ſotto li 4. Gennaro
preſente cenſo delli Signori Martelli di Velletri per li atti
del Vegorito &c. Per tanto dichiara, che la detta Poſſeſ-
ſione di Vallaſciano appartiene, & è di detta ſignora Ca-
theria, non più mia, ſi come à Sua Signoria da hoggi per
ſempre la cedo, concedo, e traſferiſco in ogni meglior mo-
do, e con tutte, e ſingole ragioni, che ci hò ſopra, e mi poſ-
ſono competere per qualſiuoglia titolo.*

40 Per † quæ verba ipſum etiam poſſeſſorium reme-
dium ſublatum fuiſſe ex petitorio ex ore proprio
ipſius Antonij demonſtratur, *Abb. in c.cum conſulta-
tionibus num.9.de iure patron.per c.cum dilectus.de cauſ.
poſſeſſ. & propriet.* &, cum expreſſam contineant om-
nium iurium renunciationem, intrat concluſio, quod
41 * renuncianti non datur manutentio, *Rot. dec. 4.
de renunciat. in antiq. Poſſ. de manut. obſeru. 57.
num.*8.

Antonius, hanc apocam non eſſe attendendam,
aiebat,

42 aiebat, quia nulla; † nullitatem ex eo deducebat
quia continebat conditiones de præſenti, quas defi-
cere, certum erat, *l. ad præſens. ff. ſi cert. pet. l. conditio in
præteritum. l. ſi ita ſtipulatus. 120. ff. de verb. obligat.* ibi
*e queſta ceſſione fò in quanto detto cenſo ceduto mi ſia
bono, & eſsigibile, e ſopra di eſſo non mi ſi muoua lite, ne
mi ſi opponga impedimento alcuno, &c. nel qual caſo di
lite, moleſtia, impedimento non intendo hauer fatta tal*
43 *ceſſione*; † Verbum autem, *Sia buono, &c.* reſpicere
tempus præſens non, futurum, *iuxta tex. in l. verbum,
erit. 123. ff. de verb. ſignific. l. ſi à colono. 89. ff. de verb. oblig.*
&, cenſum eſſe inexigibilem, conſtabat vt potè
fundo in Iandos tranſlato.

Ad hæc fuit reſponſum de bonitate, & veritate
cenſus nunquam fuiſſe dubitatum, exigibilitatem
verò, licet ea reguletur à verbo, ſit præſentis tempo-
ris, quatenus tamen dicit potentiam reducendam ad
actum, reſpicere futurum tempus. Demum non
conſtabat, ex tranſlatione fundi in Iandos cenſum fa-
ctum eſſe inexigibilem, immò & ipſi Iandi cenſum
agnouerunt, & fructus ſoluerunt, vt patet Summ.
vlt. Mattheucciorum nu. 1. Immò, exigibilem eſſe
etiam in ſortè, ipſe demonſtrauit euentus, cum d.
ſumm. num. 2. conſtet, Antonium eam recepiſſe: Vn-
de, vt alias dicebatur, non poteſt de inexigibilitate
conqueri, qui cum conditio exigibilitatis appoſita
fuerit purificata, idem eſt ac ſi apocæ ab initio puræ
44 fuiſſent, cum * puri, & purificati ſit idem iudicium,
*Dec. conſ. 235. num. 7. & 629. num. 4. Soccin. iun. conſ. 69.
num. 4. lib. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 2. numer. 26.*
Quoad conditiones litis, & impedimentorum.
fuit alias re-ſponſum, ſatis eſſe, Antonium non
45 fuiſſe, vſum pacto reſolutiuo, * quod non operatur,
niſi quis eo, re integra, vtatur, *Rot. dec. 412. n. 2. par.
4. rec.*

Prout ceſſat aſſerta etiam nullitas ex defectu con-
ſenſus, † quem expreſſio falſæ cauſæ excludit, *Bald. in*
46 *l. fi. C. de falſ. cauſ.* falſam verò cauſam in apoca fuiſſe
expreſſam, probari aſſerebatur ex inſtrumento per
acta Vigoriti die eodem celebrato, ad quem ſe re-
ferebat apoca, quod inſtrumentum venditionem
cenſus pro pretio recepto in contanti, non ceſſio-
nem pro reimburſatione Antonij continebat, &
* falſitas cauſæ in termino relato videtur ineſſe
47 termino referenti, *Bald. in l. ſi quis fundum 37. ff. de
contrah. emptor. Bart. in l. demonſtratio. 17. numero 10.
ff. de condit. & demonſtrat. Rot. deciſ 9. numer. 3. par. 3.
recent.*

Quia, vt alias fuit reſponſum, venditio, ſeu pretij
receptio enunciata per acta Vigoriti fuit ſimulata,
vt ſupra ex pluribus firmatum eſt; & tollit omnem
difficultatem clara ipſius Antonij eodem die facta
48 confeſſio, qua dicit, ſe reimburſatum, * quæ ſem-
per contra eum clamat, *Surd. conſil. 60. num. 1. Gabr. de
confeſſ. concl. 4. l. cum te. C. de tranſact. l. cum præcum. C.*
49 *de liber. cauſ. Caualer. dec. 22. n. 3.* * quæ cum ſit gemi-
nata in duabus apocis trino teſte munitis, maiorem
animi deliberationem demonſtrat, *l. Baliſta. ff. ad
Trebell.*

Ex quibus cum de bono iure, & poſſeſſione DD.
de Mattheucciis conſtare ſufficienter, ſit viſum,
Domini, vtraque parte informante, ſteterunt in
deciſis, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien Prædij.

Lunæ 11. Maij 1640.

SVMMARIA.

1 *Fructus in omni iudicio debentur à die motæ litis, à quo
incipit mala fides vſque ad poſſeſſionis relaxationem,
& maxime hypothecario. & num. 3. & 6.*
2 *Fructus poſſeſſor à die motæ litis conſeruare tenetur, ad
effectum in caſu ſuccumbentiæ reſtituendi.*
4 *Lis ad effectum conſecutionis fructuum incipere dicitur
à citatione. Ampl. vt ibid.*
5 *Aſſociationis in iudicio non requiritur litis conteſtatio,
ſed illius vim habet quilibet actus reſpiciens merita
cauſæ.*
7 *Poſſeſſio rei de ſua natura fructiferæ infert ad fructus
perceptionem, ſecus in non fructifera de ſui natura.*
8 *Fructus ſtabilia reddere præſumuntur ad rationem
quinque pro centenario, & num. 10. & plures, vel mi-
nores dicenti incumbit onus probandi, vt n. 11.*
9 *Fructuum rei ſtabilis valor ſpatio 20. annorum æquare
præſumitur rei valorem.*
10 *Emptor, non ſoluto pretio, tenetur ad fructus recompen-
ſatiuos ad rationem quinque pro centenario.*
12 *Res tanti vendita fuit, ergo tanti valet, non eſt bona
conſequentia.*
13 *Decl. procedere in venditione per viam ſubhaſtationis,
ſecus in venditione de conſenſu partium, & num. 17.*
14 *Pretium tantum in ſubhaſtatione repertum fuit pro tali
re, ergo plus non valet, vel res eſt ſubhaſtata, ergo
iuſto pretio, non eſt bona conſequentia.*
15 *Pretium iuſtum ex ſubhaſtatione non probatur, & quæ-
re, & num. 16.*
17 *Pretium inter partes conuentum præſumitur iuſtum.*

DECISIO CLXXX.

CVm Comes Franciſcus de Pepulis neceſſarius de-
fenſor Comitis Hieronymi Ranuccij renuncia-
uerit, & relaxauerit poſſeſſionem *Prædij*, in Com-
muni Argilis exiſtentis, eidem Comiti Ranuccio, qui
dictam renunciationem acceptauit, ſine tamen præ-
iudicio fructuum, & expenſarum, prout in inſtru-
mento renunciationis, fuit dubitatum, An dicti fru-
ctus debeantur, & ad quam ſummam, & fuit re-
ſolutum, illos deberi à die motæ litis, & ad ratio-
nem quinque pro centenario.

1 Certum eſt enim, * in omni iudicio fructus de-
beri à die motæ litis, quia tunc incipit mala fides, *l. 3.
ff. de interdict. Alex. in l., Neſennius. §. fundum, num. 4.
ff. de re iudic. Rot. dec. 343. numer. 7. par. 1. recent.* & * ab
2 illa die citra obligatur poſſeſſor conſeruare fructus
ad effectum illos reſtituendi in caſum ſuccumben-
tiæ, vt ex pluribus late firmatum fuit in Bononien.
Bonorum 28. Februarij 1639. coram R. P. D. meo *Ve-
3 roſpio*, & † in terminis iudicij hypothecarij, quod de-
beantur fructus à die motæ litis, eſt *text. in l. ſi fundus
§. in vendicatione, verſ. interdum etiam, ff. de pignor.* per
quem tex. ſic reſpondit *Rot. dec. 211. nu. 2. inter impreſſ.
apud Statil. de ſalu.* † litem enim ad hunc effectum in-
4 cipere à die citationis ſatis patet ex traditis per *Gui-
dopap. dec. 337. nu. 6. & 7. & dec. 488 vbi Add. ſub littera.
A.* maxime verò in iudicio ſummario aſſociationis
5 per Comitem Rauuccium moto, in quo litis con-
teſtatio

teſtatio non requiritur, & quilibet actus reſpiciens
merita cauſæ habet vim conteſtationis, *Rot. in Ro-*
mana Pecuniaria 10. *Iunij* 1624. *coram R. P. D. meo*
Merlino, verſ. ſecundus caſus. Cum autem in hac
cauſa lis mota fuerit die 29. menſis Nouembris anni
1634. & Prædium fuerit relaxatum ſub die 12. Martij
6 1639.* fructus debentur ſpatio quatuor annorum, &
nonnullorum menſium, vt in iſtis terminis fuit
reſolutum coram Reuerendiſſ. *Vrgellen. dec.* 327. *num.*
4 *& in d. Bononien. Bonorum coram R. P. D. meo Veroſpio.*
Neque poteſt dubitari de perceptione fructuum,
7 quia * ex dimiſſione poſſeſſionis rei de ſui natura
fructiferæ facta à Comite Franciſco intrat præſum-
ptio perceptionis. *Neguſ. de pignor. in 2. membr. 3. par.*
num. 19. *verſ. ſed in hoc poſſet dubitari, S. M. Greg. XV. dec.*
59. *num.* 2. *bo. mem. Card. Caualer. dec.* 586. *num.* 1. Secus
autem, ſi ageretur de non fructuoſa ſui natura, *Bart.*
& alij in l. in illa ſtipulatione ff. de verb. oblig. & ita de-
clarat *Neguſantius* vbi ſupra.

Dictos autem fructus deberi ad rationem quin-
que pro centenario, exiſtimarunt Domini inhæ-
8 rentes præſumptioni iuris, quod † ſtabilia reddat ad
rationem quinque pro centenario, iuxta *gl. fin. vbi*
Fulgoſ. & Caſtr. in auth. perpetua. C. de Sacroſ. Eccleſ.
Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum, ff. de leg. 1.
Neuiz. conſ. 74. *num.* 5. *Roman. conſ.* 369. *Corn. conſ.* 265.
lib. 1. & hanc opinionem paſſim ſecuta fuit Rota, vt
in *Romana Dotis* 7. *Nouembris* 1629. *coram bo. mem.*
Card. Virili, vbi multæ deciſiones allegantur, in *Fir-*
mana Saluiani 24. *Maij* 1632. *coram R. P. D. meo Piroua-*
no & in d. Bononien. Bonorum 28. *Februarij* 1639. *coram*
R. P. D. meo Veroſpio. Quia * in dubio fructus per Iu-
9 dicem æſtimari debent in ſumma, quæ in 20. annis
10 æqualis ſit valore rei, & propterea † emptor bono-
rum ſtabilium, non ſoluto pretio, pro rata pretij
non ſoluti tenetur ad rationem quinque pro cente-
nario, quia tantundem bona ſolent fructare, *Dec. in*
c. cum venerabilis, n. 14. *de except. Cagnol. in l. curabit,*
num 39. *C. de act. empt. Couarr. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 4. *ſub*
num. 5. *verſ. ſeptimo eadem inſpecta radice*; † & dicenti
11 plures, vel minores fructus fuiſſe perceptos, incumbit
onus probandi, *Bald. in l. ſi fundum, num.* 5. *verſ. &*
ideo debet Bart. C. de rei vendicat. Et propterea, cum
ex inſtrumento venditionis Prædij Argilis ſub die
22. Decemb. 1625. conſtet, valorem illius aſcendere
ad lib. 15400. Ideo ad d. rationem quinque pro cen-
tenario fructus percepti ſpatio 4. annorum, non com-
putatis tamen nonnullis menſibus, aſcendunt ad
ſummam libr. 3080.

Non obſtat, quod, cum probatio valoris deſu-
matur ex venditione facta à Franciſco de Faba Co-
miti Ranuccio, illa non probet valorem in præiudi-
cium Comitis Pepuli, cum † non ſit bona conſe-
12 quentia, res tanti vendita fuit, ergo tanti valet, vt
dicunt *Bart. Bald. Salicet. Caſtr. & alij in l. ſi quos, C. de*
reſcind. vend. Surd. conſ. 39. *num.* 3. *Mangil. de ſubhaſtat.*
q. 56. *num.* 7. cum aliis relatis per *Vinc. de Franc. dec.*
13 54. *num.* 5. *&* 10. Quia † omnes ſupradicti loquuntur
in diuerſis terminis, & longe extra caſum noſtrum,
ex quo procedunt in terminis ſubhaſtationis, & fir-
14 mant, quod * non valet conſequentia, in ſubhaſta-
tione repertum fuit tantum pro tali re, ergo plus
non valet, vel, res eſt ſubhaſtata, ergo iuſto pretio
vendita, & iuxta dicta ſupradictorum *Alex. conſ.* 117.
15 *num.* 8. *vol.* 7. dicit, * iuſtum pretium non probari ex
16 ſubhaſtatione, & maxima cum ratione, quia ſolent
dicitationes eſſe animoſæ, quo ? oriri ſolet quandoque
ob inuidiam emptorum, quandoque quia res fuit
antiquorum, & quandoque propter vicinitatem,
prout poſt Angelum prædicta cumulat *Imol. in l. ra-*
tione, §. vendere, ff. ad leg. falcid. Ideoque non applican-
tur huic caſui, in quo non agitur in terminis ſubha-
ſtationis, ſed in terminis venditionis ſecutæ de con-
17 ſenſu partium, † quo caſu intrat præſumptio pro
iuſtitia pretij conuenti, &, dum Comes Pepulus pro
aufugiendo vlteriores expenſas, & incommoda li-
tium, renunciauit ad fauorem Comitis Ranuccij
poſſeſſionem Prædij, conſenſitque eidem Comiti Ra-
nuccio dari quodcunque mandatum immiſſiuum, &
expulſiuum reſpectiuè, & aliud quoduis deſuper ne-
ceſſarium, & opportunum, nulla facta proteſtatione,
certum eſt, ipſum agnouiſſe, nullam ſibi defenſionem
competere, propter quam tueri poſſet propria iura, &
ſe eximere ex aliquo capite à propria obligatione,
alias illam allegaſſet, & proteſtatus fuiſſet, prout fecit
Comes Ranuccius, dum in actu acceptationis, ceſſio-
nis, & renunciationis poſſeſſionis Prædij declarauit,
& proteſtatus fuit, per acceptationem non intende-
re præiudicium aliquod, nec minimum afferre iu-
ribus ſibi competentibus, tam contra Comitem Pe-
pulum, quam contra alias quaſuis perſonas, & bona
ſibi obligatas, & obligata pro habendis, & conſe-
quendis affictibus, ſeu fructibus perceptis, nec non
omnibus expenſis, & damnis, & intereſſe paſſis, & ci-
tra præiudicium litis pendentiæ in Vrbe, ac illius
proſequutionis pro habendis, & conſequendis fru-
ctibus, expenſis, damnis, & intereſſe prædictis, & non
aliter.

Et ex his, informante tantum Comite Ranuc-
cio, fuit reſolutum vt ſupra &c.

R. P. D. ROYAS.

Romana Domorum.

Veneris 1. Iunij 1640.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio anterior in manutentione eſt præferenda. Ampl. vt num.* 17.

2 *Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, & turbatiua, & non eſt manutenibilis, & num.* 11.

3 *Poſſeſſio capta pro parte ad capientem tantum ſpectante reſeruat alias ad alios ſpectantes. Ampl. vt nu.* 4.

5 *Enunciatio facta in ſubhaſtatione, & deliberatione non præiudicat non interuenientibus.*

6 *Reſiduum referri poteſt tam ad totum, quam ad partem ſecundum ſubiectam materiam.*

7 *Impugnare quis non poteſt, quod alias approbauit.*

8 *Relatum ineſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

9 *Monialis capax eſt annui redditus, & poſſeſſionis de Superiorum licentia.*

10 *Incapacitatis exceptio requirens altiorem indaginem non impedit manutentionem.*

11 *Exceptio iuris tertij in ſummariiſſimo iudicio non admittitur.*

12 *Poſſeſſio poſterior, clandeſtina, & rapta poſt inhibitionem, & ſic attentata non eſt conſiderabilis, ſed reuocanda.*

13 *Ampl. etiam ex ſolo Iudicis officio.*

14 *Fideicommiſſum non inducitur ex deciſione Rotali illud firmante, ſed requiritur ſententia in iudicatum tranſacta.*

15 *Dominij defectus exceptio manutentionem non impedit, ſed*

ſed ad petitorium reijcitur.
16 *Manutentionis in iudicio attenditur nudum factum, nec requiritur titulus.*
18 *Titulus non eſt in manutentione inſpiciendus, niſi quando probationes ſunt pares.*
19 *Claſula conſtituti transfertur in ceßionarium dominium, & poſſeßio.*
20 *Manutentio non datur ſine poſſeßione.*

DECISIO CLXXXI.

RESoluerunt hodie Domini, dandam eſſe manu-
tentionem in poſſeſſione medietatis Domus
magnæ, nec non alterius Domunculæ, exiſtentium in
via Græcorum, Magdalenæ, & Agneti ſororibus de
Turrinettis, quia de earum poſſeſſione conſtat ex
inſtrumento venditionis horum Domorum ab eiſdē
facta ad fauorem illorum de Vadis de anno 1611.
cum reſeruatione dominij, & clauſula conſtituti vſq;
ad integram pretij ſatisfactionem, cuius vigore ac-
ceperunt poſſeſſionem de anno 1628. auctore Præto-
re in vim mandati de aſſociando, ex quo de pretio
1 nunquam fuerunt ſatisfactæ, † quæ poſſeſſio tanquā
anterior poſſeſſione Cruſarij capta de anno 1634. eſt
manutenibilis, *Bart. in l. ſi duo, numer. 4. ff. vti poßid. Menoch. de retin. remed. 3. num. 723. Rot. dec. 802. num. 1. par. 1. diuerſ. Gregor. XV. dec. 4. num. 2. cum ſeqq. & dec. 549. num. 1. & 4. Caualer. dec. 267. num. 5. cum vulg.*

Nec obſtat poſſeſſio capta per Cruſarium de anno
2 1634. Quia † illa vti poſterior præſumitur clande-
ſtina, & turbatiua, ideo non venit manutenenda, *c. licet cauſam, de probat. Rot. dec. 600. num. 1. & 652. num. 1. in fin. par. 1. recent. Caualer. deciſ. 522. num. 1. Duran. dec. 330. numer. 3. & dec. 268. num. 3. & 4. penes Ludouic. Poſtium de manuten.*

Vltra quod prædicta poſſeſſio capta de anno 1634.
fuit ſolum capta pro parte ſpectante ad Eliſabettam,
& Ioannam ſorores de Turrinettis cum dictione ta-
3 xatiua, Tantum, † quæ alias partes ſpectantes ad
Magdalenam, & Agnetem clare reſeruat, *Maluaſ. conſ. 42. num. 4. 8. Franc. Ant. Coſt. conſ. 19. numer. 34. Bardell. conſ. 77. nu. 7. Ciriac. controu.* 103. *num.* 89. *lib.* 1.
4 *Rot. dec. 272. nu. 2. par. 3. recent.* † ſtante præſertim clau-
ſula, Et non alias &c. quæ prædictam poſſeſſionem
reſtringit, excludendo alias partes, *Menoch. conſ. 364. num. 27. lib. 4. Socin. iun. conſ. 85. num. 28. vol. 1. Bardellon. conſ. 61. numer. 37. l. ſi Ciriac. d. controu.* 103. *numer. 87. lib.* 1.

Minus obſtat, quod aſſociatio conceſſa dd. mulie-
ribus, donec de pretio eſſent ſatisfactæ, expirauerit
per eiuſdem pretij integralem ſatisfactionem. Pri-
mo, quia ad huiuſmodi ſolutionem probandam da-
ta fuit ſolum ſubhaſtatio, & deliberatio quorum-
dam bonorum debitoris pro reſiduo d. pretij facta
5 ad inſtantiam Ioannæ, & Eliſabettæ, quarum confeſ-
ſiones, & exactiones non probant ſolutionem totius,
nec nocent Magdalenæ, & Agneti, quæ hodie agunt,
ex quo ibi non interuenerunt, *l. ſi vnus, ff. de pact. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gl. 6. num. 9. Afflict. dec. 245. num. 11. Rot. dec. 178. nu. 4. par. 1. recent. & dec. 455. nu. 11. coram Greg. XV.*

6 Secundo, quia † illud, quod dicitur, in ſubhaſta-
tione, & deliberatione pro reſiduo pretij, & reſpe-
ctu partis, quam non fuerant conſecutæ per præ-
cedentem aſſociationem, & ſic ex ſuppoſita aſſo-
ciatione, &, ea firma manente, dictum fui pro
reſiduo.

7 Nec obſtat exceptio identitatis, quia, * cum
Cruſarius prætendat hanc eamdem Domum ex re-
nunciatione, & concordia facta cum alijs ſororibus
de Turrinettis pro portionibus ad eas tantum ſpe-
ctantibus, & de anno 1634. poſſeſſionem acceperit
quoad earum portiones dumtaxat, in præſenti fruſtra
identitatem Domus impugnat, dum ipſemet poſ-
ſeſſionem accepit, reſeruando iſtis ſororibus ſuas
portiones. Identitas demum conuincitur ex inſtru-
mento venditionis de Anno 1611. & poſſeſſionis
adeptæ de Anno 1628. per Turrinettas, ad quę man-
8 datum de aſſociando refertur, ex quo † relatum ineſt
in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. aſſe toto, ff. de hered. inſtituen. Bart. in l. 1. §. vlt. circa fin. ff. famil. erciſc. Dec. conſil. 47. num. 2. Ruin. conſ. 127. num. 4. in fin. & ſeq. lib. 2. Aym. conſ. 45. num. 4. Bald. conſ. 212. lib. 5.*

Quod dicitur, iſtas ſorores de Turrinettis eſſe
Moniales, nihil facit, vltra quod non iuſtificatur, &
quoad Magdalenam expreſſe negatur, quo vero ad
9 Agnetem * licet ſit Monialis, illa eſt capax annui re-
ditus, & poſſeſſionis de licentia Superiorum, vt dixit
10 *Rota coram Buratto dec. 584. numer.* 12. vltra quod * in
præſenti huiuſmodi exceptio non debet retardare
manutentionem, cum requira, altiorem indaginem,
11 & ſit exceptio iuris tertij † quæ non admittitur in
hoc iudicio ſummariiſſimo, *Alex. poſt Caſtr. in l. fin. num. 23. verſ. quia in iudicijs, C. de edict. Diu. Adr. toll. Ruin. conſ. 129. num. 2 lib. 2. Put. dec. 308. num. 4. lib. 1. in correct.* eoque magis, quia poſſeſſio Cruſarij eſt poſte-
rior, clandeſtina, & attentata, vti capta poſt inhibi-
12 tionem Rotalem illi præſentatam, † quo caſu non eſt
habenda in conſideratione, ſed reuocanda, *Lancell. de attent. poſt inhibit. ampl. 6. num. 2. Caputaq. dec. 93. par. 3.*
13 *Duran. dec. 104. num.* 1. † & ex ſolo Iudicis officio poſ-
ſet ipſe repelli, ex adductis per *Poſt. de manutent. obſeru. 75. num.* 38.

Exceptio vero fideicommiſſi deducta per Cruſa-
rium ex deciſione in Romana Fideicommiſſi de Cru-
ſariis 17. Martij 1628. coram Durano nihil facit, ex
14 quo * per ſolam deciſionem canonizatoriam fidei-
commiſſi non inducitur fideicommiſſum, cum re-
quiratur ſententia in iudicatum tranſacta, vltra quod
reſpectu Domus magnę fuit pariter à Rota *coram*
Durano ſub die 21. Maij 1629. Curſario denegata
immiſſio vigore prætenſi fideicommiſſi.

15 In omnem caſum † exceptio defectus dominij
non impedit manutentionem in ſummariiſſimo poſ-
ſeſſorio, ſed reiicitur ad petitorium, *Poſt. de manuten. obſeru. 42. num. 13. Giouagn. conſ. 8. n. 110. verſ. neque vero, & conſ. 11. num. 15. lib. 1. Rot. deciſ. 35. num. 5. par. 2. & dec.*
16 *300. num. 11. par. 4. recent.* cum * in hoc iudicio manu-
tentionis attendatur nudum factum, neque requi-
17 ratur titulus, ex quo * poſſeſſio anterior, etiam ſine
titulo præfertur poſteriori titulatæ, *Rot. diuerſ. deciſ. 395. num. 8. par. 1. & 182. num. 5. par. 4. Greg. dec. 40. nu. 5. & 323. num. 2. Duran. dec. 13. nu. 5. & dec. 116.* penes *Poſt. de manutent.* & fuit coram me reſolutum in *Licien.*
18 *Cantoria 23. Martij, & 14. Maij* 1640. ex quo † titulus
non venit reſpiciendus, niſi quando probationes
ſunt pares, vt dixit *Rot. in Romana Tutele 18. Maij 1609. coram Manzanedo*, penes *Poſt deciſ. 116. num. 8. & 9.*

Quo vero ad Iuliam Marocchiam Domini dixe-
runt, eſſe denegandam manutentionem pro exigen-
dis ſcutis 50. annuis, ex eo, quia licet admitteretur
eam habuiſſe ius illa exigendi ſuper penſionibus
Domorum, ac fuiſſe conſtituram in quaſi poſſeſſione
mediantibus prætenſis exactionibus, tamen, cum
poſtea

Digitized by Google

poſtea ceſſerit hoc ius exigendi Ludouico Guarnacciæ cum clauſula conſtituti ad fauorem eiuſdem, vtique, ſi quam habuit poſſeſſionem, amiſit, transferendo illam in d. Ludouicum, mediante dicta clauſula conſtituti, * per quam tam dominium, quam poſſeſſionem transfertur in ceſſionarium, ex *Rot. dec. 661. num. 4. par. 1. diuerſ. & dec. 170. nu. 1. & dec. 277. numer. 1. par. 1. recent. & dec. 520. numer. 2. par. 2. recent.*

Et quamuis pro pretio ceſſionis prædictæ Guarnaccia promiſerit ſoluere annua ſcuta 36 hac tamen promiſſio non cecidit ſuper penſionibus Domorum ſuper quibus contrariam ſententiam reportauit ab A.C. vt conſtat ex Summ. Cruſat. num. 9. cum ceſſio fuerit perſonalis Guarnacciæ, quem nunquam
10 conſtat poſſediſſe Domos prædictas, ſine * quo non datur manutentio, *§ retinendæ, Inſtit. de interd. Duran. dec. 320. num. 1. cum vulgatis.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

R.P.D. CARRILLO.

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 17. Iunij 1641.

SVMMARIA.

1 *Inexigibilitas quomodo probetur. & num. 2. & 3.*
2 *Excuſſio formalis quando ſit neceſſaria ad probandum inexigibilitatem, & num. 3.*
4 *Stabilium fructus æſtimantur ad rationem quinque pro centenario.*
5 *Inſtrumentum extractum à ſubſtituto Actuarij cauſa etſi abſque citatione partis, plene probat.*
6 *Inſtrumenti copiæ ſi diſcordent, cui ſit ſtandum, & num. 7.*

DECISIO CLXXXII.

IOannes Cecchellus duo credita aſcendentia ad libras 5300. quæ habebat contra Petrum de Finis & Ioannem de Zannettis ceſſit cum promiſſione exigibilitatis D. Marchionis Fontanæ, qui eadem nomina debitorum ſic ceſſa denuo ceſſit Emilio de Sattis cum ſimili promiſſione exigibilitatis, ſed, quia dictus Emilius ceſſionarius nihil conſequi potuit à debitoribus ceſſis, nec à Cecchello cedente; Semidea eiuſdem D. Emilij filia, & hæres iudicium contra d. Marchionem inſtituit vigore obligationis per ipſum factę de manutenendo Cecchellum exigibilem & deuoluta in gradu appellationis, cauſa ad Rotam mihique commiſſa, dubitaui, An conſtet de inexigibilitate Ioannis Cecchelli, quæ ſuffragetur d. Semideæ, & affirmatiue fuit reſponſum.

Quandoquidem in Summario eiuſdem Semideæ apparet, contra d. Cecchellum fuiſſe relaxatum mandatum, & non potuiſſe exequi ob inhibitionem & Decretum Viſitæ Gratioſæ Ciuitatis Bononię, quę mandauerat, eumdem Cecchellum non moleſtari neque realiter, neque perſonaliter, attenta ceſſione bonorum per ipſum facta creditoribus, prout conſtat ex relationibus Executorum; Et vlterius dantur citationes contra d. Marchionem ad iudicandum bona debitoris, ſuper quibus fieri poſſit executio,
1 * qui ſunt boni modi probandi inexigibilitatem, iuxta theoricam *gloſ. in l. à Diuo Pio, § in venditione, verb. capiantur, ff. de re iudic.* quam ſequuntur *Ang. Poſt de Subhaſt.* Pars II.

Imol. Pacian. & alij plures relati per *Cyriac. in controuer. 5. numer. 142. vſque ad num. 147.*

Nec erat neceſſaria formalis excuſſio, citato
2 ipſo Marchione, quia, * dum agitur vigore obligationis de manutenendo nomen debitoris inexigibile, ſufficiunt prædictæ diligentiæ Executorum, & citationes pro indicatione bonorum, *Aretin in §. ſi quis in fraudem, num. 13. Inſtit. de action. Papienſ. in form. reſpon. libell. in action. hypothec. in verb. exceptionem excuſſionis, num. 17. Thomat. dec. 61. num. 10. & 11. cum. ſeqq.* facit deciſio *Foroliuien. Ceſſionis Cenſus 29. Maij 1626. coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo.* Præſertim cum ex Decreto Viſitę emanato vigore ceſſionis bonorum notoria facta fuiſſet inexigibilitas Cecchelli,
3 * qua notorietate ſtante, opus non erat, vlteriorem facere excuſſionem, *Bald. in conſ. 198. lib. 1. Roland. conſ. 9. numer. 20. lib. 1. Neguſ. de pignor. par. 8. mem. 1. numer. 14. Corn. conſ. 46. col. penult. lib. 2. Ioſ. Ludouic. deciſ. Peruſ. 45. numer. 15.*

Non obſtat, quod in iudicationibus, & Decretis Viſitæ enunciantur plura bona annui reditus libr. 3000. * quorum proprietas æſtimata ad rationem quinque pro centenario, iuxta *gloſ. fin. in auth. perpetua, C. de Sacroſ. Eccleſ.* aſcendat ad libr. 60 mill. circiter; Credita autem, pro quibus bona prædicta fuerunt aſſignata non excedant libr. 26. mill. & ſic d. Semidea potuerit ſe ſatisfieri procurando ſubhaſtationem dictorum bonorum.

Quia non ſubſiſtit, quod credita prædicta ſint in libr. 26. mill. ſed bene in ſcutis 26. mill. vt legitur in inſtrumento originali producto pro parte d. Semideæ duobus ab hinc menſibus parte citata,
5 * quod plene probat, vti extractum à Subſtituto Actuarij cauſæ, licet abſque citatione partis, iuxta *deciſ. Greg. XV. dec. 59. num. 4.* vbi aliæ plures Rotæ deciſiones concordantes cumulantur, quo ſuppoſito in facto, certum eſt quod nec reditus libr. nec proprietas ad rationem quinque pro centenario eiuſdem reditus ſatis fuiſſet pro ſoluendis dictis ſcutis 26. mill.

Nec releuat inſtrumentum pro parte d. D. Marchionis productum loquens de libris per abacum,
6 Quoniam viſum fuit Dominis, * magis ſtandum eſſe alteri inſtrumento loquenti per extenſum, tum ex eo, quod clarius loquitur, ad not. per *Rot. Ianuen. in d. c. 96. num. 1. 2. & 3.* quam etiam quia plus con-
7 tinet; * quando autem duo adſunt inſtrumenta, quorum alterum ab alio diſcrepat; ſtatur pleniori, vt tenet *Alex. in conſ. 105. num. 3. lib. 2. arg. l. ſi ita ſcriptum fuerit 67. ff. de hæred. inſtit. & l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium, ff. de eden.*

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. GHISILERIO.

Romana Spolij.

Lunæ 1. Decembris 1641.

SVMMARIA.

1 *Curator hereditati quando ſit dandus, & quomodo hereditas ſit citanda.*
2 *Executio nulla eſt facta in die, qua cadebat citatio pro relaxatione mandati.*
3 *Deliberatio non conſtito de oblatione, & intimatione nulla eſt. Decl. vt num. 7. & 8.*
4 *Nullitates ad effectum Spolij contra factum Iudicis* debent.

debent eſſe tales vt non poſſint in dubio reuocari.
5 *Hæreditas ſi vacet, vel à pluribus prætendatur, quomodo citandum, & num. ſeq.*
6 *Citatus ſi quis ſit ſimpliciter, dicitur eius perſona habilitata, & effectus & legitimus contradictor, & admittitur ad opponendas exceptiones iudicij poſſeſſorij, ſecus ſi cum clauſula, Si ſua putauerint intereſſe.*
7 *Oblatio probatur ex fide Depoſitarij.*
8 *Intimandus non eſt penultimus oblator de oblatione, quæ fit ab vltimo in Depoſitaria pignorum, & quare.*

DECISIO CLXXXIII.

IN hac cauſa ſub die 4. Iulij præteriti emanauit deciſio coram me, informante tantum Henrico Vicoure iuniore, in qua Domini dixerunt illum eſſe reintegrandum ad poſſeſſionem locorum 12. Montis Pij non vacabilis, quæ vigore mandati executiui ab A. C. Ioannes Thomas Sacchus ceſſionarius Marci Antonij Sacchij creditoris Henrici ſenioris ſibi fecit deliberari pro ſcutis 1081. Ea ratione, quia ſubhaſtatio locorum Montium, de quibus agitur, fuit
1 facta nulliter; Primo, quia * non poterat citari Gaſpar Bertus tamquam Curator hæreditatis iacentis Henrici dum nullibi conſtabat, nec quod hæreditas eſſet vacans, nec quod dictus Gaſpar fuerit deputatus Curator, ſed erat citandus Henricus iunior, qui
2 iam adiuerat hæreditatem. * Secundo, quia ſub eadem die 24. Ianuarij 1639. qua cadebat citatio ad videndum relaxari mandatum, cuius vigore fuit facta adiudicatio locorum Montium Ioanni Thomæ, fuit etiam facta executio; Et tertio quia non conſtabat
3 * de aliqua oblatione eiuſdem Ioannis Thomæ, minuſque de intimatione oblationis facta vltimo, & plus offerenti, vt requiritur ex reformatione fel. record. Paul. V. Hac die repropoſita cauſa ad inſtantiam Ioannis Thomæ tunc temporis non informantis, cum ſupradictæ tres nullitates ceſſent,
4 Domini receſſerunt à deciſis, quia * ad effectum ſpolij contra factum Iudicis nullitates debent eſſe tales, quæ non poſſint in dubium reuocari, quales non ſunt nullitates, de quibus in deciſione, quę reuidetur, cum illæ tollantur ex deductis ab Informantibus pro Ioanne Thoma.

Nam prima, quod non poſſet citari Gaſpar Bertus tamquam Curator hæreditatis iacentis ceſſat, quia, cum penderet lis ſuper pertinentia hæreditatis Henrici ſenioris inter Henricum iuniorem, & Ceciliam vxorem Ioannis Thomæ ceſſionarij Mar-
5 ci Antonij Sacci creditoris, * cautæ egit idem Ioannes Thomas, dum Henricum præfatum noluit recognoſcere in hæredem cum vti talem citando, ſed ſub conditione pro ſuo iure, & intereſſe tantum, ne pro hærede approbaretur, vt notat *Bald. in c. dilecta num. 7. de except. Felin. in c. cum inter, nu 12 eod. tit.* iiſque relatis ita tenuit *Rot. coram Seraph. dec.* 1193. *numer.* 1. iuxta cautelam traditam à *Iaſ. in l. fin. num.* 24. *C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* vbi no-
6 tat, quod, * quando quis citatur ſimpliciter, eo ipſo intelligitur eius perſona habilitata, & efficitur legitimus contradictor, & admittitur ad opponendas exceptiones iudicij poſſeſſorij; ſecus autem, vbi adiecta ſit clauſula, Si ſua putauerit intereſſe, *d. nu.* 24. *verſ. limita tamen.* ſecundum formam *gloſſæ in l. ea quidem, C. ſi mancip. ita fuer. alien. Marſil. in l. ſi quis nec quæſtio, num.* 38. *ff. de quæſtion.* & alij relati per *Roland. conſ.* 29. *num.* 8. & 9. *lib.* 1. Et ſic ſatis fuit vltra citationem executam contra d. Gaſparem Bertum vti Curatorem legitimè deputatum hæreditati controuerſæ, citato Procuratore d. Henrici iunioris, fuiſſe ſemper citatum d. Henricum iuniorem pro omni ſuo iure, & intereſſe.

Secunda ex eo, quod adiudicatio, & deliberatio locorum Montium, de quibus agitur, facta fuit ſub eadem die 24. Ianuar. 1639. ſub qua cadebat citatio ad videndum relaxari mandatum, tollitur ex facto, cum, vt apparet in extractu, decretum relaxationis mandati pro credito ſcutorum 1081. emanauerit die 14. & non die 24. ſub qua fuit facta executio.

Pariter tertia nullitas, quod ſubhaſtatio facta fue-
7 rit nulla præcedente oblatione, * ceſſat ex fide Depoſitarij qui teſtatur, loca Montium de quibus agitur, fuiſſe deliberata Ioanni Thomæ, vti vltimo oblatori pro ſcutis 1081. ſeruatis iis, quæ de iure ſeruari ſolent in huiuſmodi ſubhaſtationibus, &, dum nullus comparuit oblator, non erat locus prætenſæ intimationi, requiſitæ ex reformatione Pauli V. Eo præſer-
8 tim, quia * in oblationibus, quæ fiunt in Depoſitaria quando pignora deliberantur plus offerenti, non requiritur alia intimatio facienda penultimo oblatori cum oblatores ſint ibi præſentes, vt cauetur in Conſtitutione Sanctiſſimi Dom. Noſt.

Et ex his vtraque parte informante, fuit reſolutum vt ſupra &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Prælatij.

Mercurij 29. Aprilij 1643.

SVMMARIA.

1 *Spoliati, ſeu illius auctoris poſſeſſio anterior probanda eſt ab agente ſpolio plene, & concludenter.*
2 *Ampl. vt non ſufficiat poſſeſſio inſtrumentalis capta à non habente ſpeciale mandatum, & n. ſeq.*
3 *Poſſeſſio non acquiritur ſine animo.*
4 *Clauſula, Ad faciendum omnia, quæ principales facere poſſent, etiam ſi mandatum magis ſpeciale requirerent & c. quid, & quando comprehendat mandatum ſpeciale.*
5 *Partita extracta lite pendente ſine partis citatione, & recognitione non probant.*
6 *Ratificatio non operatur, re non integra, ſecuta.*
7 *Spolij actio non competit ſucceſſoribus non iuſtificantibus pro primo extremo auctoris poſſeſſionem.*
8 *Sententia ſola adiudicationis abſque apprehenſione non probat poſſeſſionem.*
9 *Poſſeſſio non transfertur ſola voluntate, & iuſſu Iudicis.*

DECISIO CLXXXIV.

DOmini cenſuerunt DD. de Cataneis hæredibus ex teſtamento q. Liuiæ, aliarumque filiarum, & hæredum Nicolai Pallauicini creditoris Petri, Franciſci Pallauicini Epiſcopi Alerien. contra Marchioniſſam Hieronymam Montoriam, tunc poſſeditricem Palatij exiſtentis in Campo Martio præſenti inhabitato per Eminentiſſimum Cardinalem Pallottam, non eſſe concedendam reintegrationem medietatem illius eidem Petro Franciſco aſſignatæ pro legitima ab Alexandro, & Carolo de Pallauicinis fratribus.

Quia non probant poſſeſſionem Nicolai Pallauicini auctoris omninò iuſtificandam, tamquam vnum

Digitized by Google

vnum ex duobus requiſitis in remedio recuperan-
1 dæ, * quod ab agente ſpolio debet plenè, & concludenter probari, iuxta *gl. in l. 1. verb. filium eſſe circa med. verſ. tu dic. C. quor. bon.* quam eſſe ab omnibus approbatam, teſtatur *Alex. conſ. 139. ſub numer. 14. verſ. tamen ad hoc: cum ſeqq. lib. 6.* ac reliqui congeſti per *Rolan. conſ. 50. ſub numer. 16. lib. 2.* & per *Menoch. de recuper. remed. 15. numer. 408. & ſeqq.* & ſecundum ſtylum Rotæ, de quo teſtatur *Sarnen. in reg. de infirm. reſignantib. q. 36. Rot. coram Caputaq. dec. 370. nu 1. par. 2. coram Caualer. deciſ. 240. num. 1. & dec. 524. num. 1. coram eodem in recent. deciſ. 139. numer. 4. par. 6. deciſ. 187. num 9. & dec. 294. ſub num. 4. par. 7.* Nam non ſuffragatur poſſeſſio inſtrumentalis capta vigore adiudicationis A.C. de anno 1571. per Theſeum de Rubeis Procuratorem Nicolai, & Danielis Spinulæ, creditorum dicti Petri Franciſci, quia non conſtat de ſpeciali mandato procuræ d.
2 Theſei Procuratoris, * quod ad acquirendam poſſeſſionem omninò requiritur, *l. 2. §. per procuratorem, l. ſi poſſeſſio: §. & ſi poſſeſſio ff. de acqu. poſſ. l. ſi ego ff. de neg. geſt. Crauett. conſ. 15. num. 5. in fin. Corn. conſ. 46. ſub num. 11. verſ. nec. iſta ſpecialiter, lib. 3.*
3 *ita Rota pluries.* Et ratio eſt quia, * poſſeſſio non acquiritur ſine animo, *l. 3. quemadmodum. ff. de acqu. poſſeſſ. Benintend. dec. 70. num. 3. Rot. dec. 318. num. 1. par. 1. diuerſ. coram bo: me: Card. Canalerio deciſ. 629 ſub num. 6.* Nec facit, quod mandatum factum à ſupradictis Daniele, & Nicolæ fuerit ampliſſimum, ita vt potuerit Theſeus illius vigore accipere poſſeſſionem, attenta præcipuè infra ſcripta clauſula in eo poſita, ad faciendum omnia, quæ principales facere poſſent, etiamſi mandatum magis ſpeciale re-
4 quirerent &c. * quę compręhendit quoſcunque actus etiam non expreſſos requirentes ſpeciale mandatum, & ad illos imbuit facultatem Procuratori conſtitum, *Bald. conſ. 139. nu. 4. in fin. lib. 5. Ruin. conſ. 5. Rot. dec. 670. n. 2. p. 1. diuerſ.*

Quia mandatum ad petendum, & obtinendum quamcumque executionem realem, & ad alia faciendum pro finali complemento exactionis crediti, quæ ipſimet conſtituentes, & quilibet ipſorum coniunctim, & diuiſim, ſi præſentes eſſent, facere poſſent, etiam ſi mandatum magis ſpeciale requirerent, non poteſt dici ſpeciale ad acquirendam poſſeſſionem, cum illa verba, Et ad alia faciendum &c. ſequantur ſolum poſt verba generalia facien. expedien. geren. & conſequen. petendi, & obtinendi, &c. *cap. qui ad agendum de procurat in 6. clement. 2 eod. tit.*

Vndè, cum mandatum non ſit ſpeciale, & clauſulæ generales, & ſpeciales non amplient facultates Procuratoris in his, quæ requirunt mandatum ſpeciale, & declarationem animi, in aliquo dictum mandatum non ſuffragatur. Minus docetur de aliqua ſufficienti ratificatione ipſorum Nicolai, ac Danielis. Siquidem de aſſertis adnotationibus factis per Ni-
5 colaum in ſuis libris * nulla eſt habenda ratio, cum lite pendente in Rota fuerint extractæ Ianuæ per ſimplicem Notarium ſine citatione partis nulla interueniente recognitione libri, neque manus eiuſdem Nicolai, ad tradita per *Felin. in c. 6. inſtrumentum. nume. 6. de fid. inſtrument. Mohed. deciſ. 8. eod. titul. Caputaq. deciſ. 4 par. 3.* Inſuper exactio reducitur ad vnum tantum, datur pro Cataneis ad probandum, Nicolaum exegiſſe de anno 1582. ſub die 11 Auguſti ſcuta 210. auri pro penſionibus Palatij anni 1582. & ita pro duobus annis, quæ eſſent ad rationem ſcutorum 105. auri, & tamen, cum de illo tempore Palatium reperiretur locatum Cardinali de Gambarà pro ſcutis 700. quolibet anno, ex hoc clare ſequitur, quod Nicolaus non percipiebat penſiones pro medietate, ſed percipiebat d. ſcuta 105. auri quolibet anno, tamquam vnus de creditoribus ſupradicti Petri Franciſci Pallauicini Epiſcopi Alerien. iuxta ſententias Fuſcherij & Rattæ; Quarum prima adiudicauit omnibus creditoribus dictam medietatem. Secunda verò Rattæ, quę illam reformauit, aſſignauit penſiones loco aſſignationis d. medietatis. Nec ad effectum inducendi ratificationem quidquam facit, quod Nicolaus ſub die 30. Martij 1577. ceſſerit Iulię de Nigris vxori iſtam medietatem pro ſua dote, quia præceſſerat ceſſionem hanc ſententia Fuſcherij ſub die 10. Maij eiuſdem anni, quæ adiudicauit omnibus creditoribus, inter quos connumerati fuerunt etiam Nicolaus, & Daniel, me-
6 dietatem Palatij. Hinc ſequitur, * non potuiſſe deſumi ratificationem poſſeſſionis captæ in vim primi decreti ex dicta ceſſione, quia tunc non amplius reperiebatur res in primo ſuo ſtatu, *l. bonorum: in princ. ff. rem rat. hab. Alex in l. quod meo, in princ. num. 6. ff. de acquir. poſſeſſ. Dec. conſ 460. n. 37.*

Vndè, cum conſtet, Nicolaum auctorem de Cataneis vnquam Palatij medietatem, ſeu etiam ipſos Cataneos poſſediſſe, in qua poſſeſſione conſiſtit iuſtificatio primi extremi, non poteſt dici, ipſum ſpo-
7 liatum fuiſſe, * non concurrente autem hac verificatione non competit ſucceſſoribus, actio ſpolij, *Rip. in c. cum Eccleſia Sutrina ſub num. 32. cum ſeqq. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ita notant *Doct. in c. cum ad ſedem, de reſtitut. ſpoliat. Cagnol. in l. hæred. nu. 17. ff. de reg. iur. Rot. dec. 13 in fin. de reſtit. ſpoliat. in non. & coram Seraph. dec. 1055. num. 2.*

Quia ex ſola ſententia abſque appræhenſione non
8 acquiritur poſſeſſio, cum * ſententia ſine executione non priuet poſſeſſione, *Caſſad. deciſ. 7. de cauſ poſſ. & propriet. S. M. Greg. XV. deciſ. 546. n. 9. & ſeqq.*
9 Nam * ſola voluntas, & iuſſus Iudicis non ſufficit pro ea transferenda, *Rot. in recent. deciſ. 215. ſub num. 2. par. 1.*

Et ita, excluſa iuſtificatione poſſeſſionis Nicolai, cenſuerunt Domini, non eſſe dandam reintegrationem, vtraque parte informante &c.

R.P.D. BICHIO.

Lauretana Domus.

Lunæ 14. Iunij 1643.

SVMMARIA.

1 *Res iudicata conſtituitur per biennium.*
2 *Vir non poteſt vendere rem vxoris abſque mandato, & vendens nec dominium, nec poſſeſſionem transfert.*
3 *Alienatio rei fideicommiſſaria expreſſè alienari prohibita nec momento valet ex voluntatis defectu, nec dominium transfert, nec poſſeſſionem.*
4 *Ratificatio non inducitur ex actibus æquiuocis, & qui ad aliam cauſam poſſunt referri.*
5 *Ratificatio non inducitur ſine ſcientia ſpecifica.*
6 *Ratificatio requirit eaſdem ſolemnitates, quas principales contractus.*
7 *Alienatio fideicommiſſi fieri poteſt pro ſoluendo ære alieno teſtatoris.*
8 *Æs alienum fideicommittentis non probatur ex aſſertione hæredis, & alienantium, ſeu contrahentium.*
9 *Alienatio vt licitè fiat de bonis fideicommiſſarijs pro*

ſoluendo debito teſtatoris, debent creditores vrgere.

10 *Mortuo Reo, poteſt nihilominus in profanis proſequi cauſa, niſi probetur, quod mors deuenerit ad Iudicis, vel partis notitiam, & maximè contra litis conſortem.*

11 *Reſeruatio dominij operatur illius, & poſſeſſionis retentionem.*

12 *Virum fuiſſe procuratorem vxoris non poteſt impugnare, qui conatur ex illius geſtis inducere ratificationem vxoris, & cum eo tanquam tali contraxit.*

13 *Exceſſus executionis probandus eſt ab eo, qui illum allegat.*

14 *Reſeruatio dominij in venditione, donec pretium ſoluatur, operatur, vt contractus ante pretij ſolutionem tranſeat, in locationem.*

15 *Melioramenta vt probentur, conſtare debet de anteriori ſtatu.*

16 *Executoris relatio adminiculat dicta teſtium.*

DECISIO CLXXXV.

AD domum hæreditarios Marci Ferri, & ſubiectam ſtrictiſſimo fideicommiſſo fauore Eliſabethæ filiæ, eiuſque deſcendentium, quam Antonius eiuſdem Eliſabethæ vxoris nomine vendiderat Paulo Siluanello, reintegrari petentibus iudicio ſpolij Antonio Maria, & alijs d. Pauli filijs ex capite iniuſtitiæ, & nullitatis mandati tum executiui, tum de aſſociando pro pretio rei venditæ, relaxati contra emptorem, emanauit ſententia abſolutoria, A.C. contra Actores, quam cum Eliſabeth, & Marcus Ghinellus, rei conuenti, allegarent, in iudicatum tranſijſſe negaretur autem exaduerſo, vel in omnem caſum prætenderetur, conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum mihi commiſſæ; dubitaui, An conſtet de re iudicata, & affirmatiuè Rota reſpondit, eo quod ſpatio quatuor fere annorum appellantes acta non tranſportarunt, nec fatalia pro-
1 rogari curauerunt, vt debebant, cum tamen * biennium ſufficeret ad conſtituendum rem iudicatam, *auth. ei, qui. C. tempor. appell. c. cum ſit Romana de appellat. clem. ſicut eod. tit. Rot. dec. 151. num. 1. par. 1. recent.* & fuit dictum in *Peruſina Fideicommiſſi de Cincijs 21. Maij 1638. coram Reuerendiſſ. Dom. meo Decano.*

Et iuſtitia ſententiæ viſa eſt patens, quia intentio Actorum fundatur ſolum in dicta venditione
2 facta Paulo eorum auctori, & quæ tamen fieri non potuit ab Antonio viro Eliſabeth abſque eius mandato, cum domus non eſſet dotalis, ſed propria vxoris, ex præcitato fideicommiſſo paterno, *Alberic. in l. maritus. num. 4. in fin. C. de procurat. Alex. conſ. 90. num. 5. lib. 2. Honded. conſ. 66. num. 87. lib. 1.* eo minus, quia fideicommiſſum conceptum eſt ſub
3 expreſſa alienationis prohibitione, * quæ efficit, vt nec momento valida fuerit alienatio ob reſiſtentiam voluntatis teſtatoris, *gl. in l. cum pater. §. libertis, verb. alienarent. & ibi Doct. ff. de leg. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 16. num. 33. Peregr. de fideicom. art. 40. num. 5. Surd. conſ. 116. num. 18. Seraph. deciſ. 785. num. 6. Canaler. dec. 81. num. 6. & 108. num. 1.* ita vt nec dominium, nec poſſeſſio transferri potuerit in emptorem, *Fuſar. q. 718. num. 25.*

Nec releuat prætenſa ratificatio mulieris reſultans ex mandatis executiuis, & de aſſociando ſucceſſiue obtentis pro pretio venditionis, quia & hæc obtenta fuerunt à viro abſque mandato vxoris, quæ eſto, quod ſciuiſſet, à viro agi pro recuperatione domus, immò quod dediſſet mandatum generale ad recuperandum, & ad lites; quia potuit cogitare, quod recuperatio fieret, & agis ageretur ex capite nullitatis venditionis, tum ob defectum mandati ad vendendum, tum ob prohibitionem alienationis, exinde elici nullatenus poſſet venditionis
4 ratificatio, * ad quam inducendam non ſufficiunt actus æquiuoci, & qui ad aliam cauſam, quam ratificationis referri poſſunt, *Innoc. in c. ſuper hoc, num. 2. in fi. de renunciat. & ibid. Io: Andr. prope fin. verſ. ſuper ſpoliatione. Ant. de Butr. ſub num. 22. Bart. in l. ſi per vim num. 2. vbi etiam Alex. num. 2. Cod. de his, quæ vi, metuſu. cauſ. fiunt. Soccin. conſ. 24. num. 46. lib. 1.*
5 & * requiritur ſcientia ſpecifica, nedum contentorum in venditione, ſed etia prohibitionis alienationis in teſtamento paterno, & nullitatis contractus ex ea reſultantis, *gl. in c. concertationi. verb. ſciuerint. de appellat. in 6. Gabr. conſ. 36. num 60 lib. 1. Seraph. dec. 136. num. 2. Rot. deciſ. 139. num. 8. par. 1. dec. 109. num. 8. par. 4. recent. dec. 410. num. 11. & 15. coram bo. me. Buratto.* atque vltra ſolemnitates Conſtitutionis
6 Carpenſis, * quæ neceſſariæ ſunt in ratificatione, non ſecus ac in ipſa contractu venditionis, *Gratian. diſcept. 981. num. 44. Seraph deciſ. 1242. num. 1.*

7 Minus releuat, quod * venditio facta fuerit pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, ad *text. in l. filiusfamilias. §. Diui il ſecondo. ad fin. ff. de legat. 1. l. pero. præ-*
8 *dium. ff. legat. 2.* quia * æs alienum non probatur niſi ex aſſertione contrahentium, quibus non creditur, ne ſit in eorum arbitrio ſub mendicato prætextu æris alieni euertere legem fideicommiſſi, *Dec. conſil. 403. numer. 12. Pariſ. conſil. 85. numer. 29. lib. 3. Roland. conſil. 33. numer. 3. lib. 1. Rim. iun. conſ. 247. nu. 37.*

9 Neque conſtat, quod creditores vrgerent, vt requiritur pro ſubſtinenda alienatione bonorum fideicommiſſi facta ad effectum ſoluendi debita Teſtatoris, *Gabr. conſil. 118. num. 5. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 40. num. 25. Odd. eod. tract. q. 33. art. 1. nu. 5. & ſeqq. Adden. ad Greg. XV. dec. 299. ſub nu. 6. & fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Zuccharis 14. Nouembris 1619 coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Rurſus non obſtat nullitas ſententiæ, ſiue, quia deficiat monitorium, ſiue, quia concipiatur etiam contra perſonam Victoriæ, quæ tempore ſententiæ erat mortua. Nam primum tollitur ex facto, cum adſit monitorium ſuper reintegratione exaduerſo productum. Alterum vero * non nocet in pro-
10 fanis, niſi probetur, quod mors deuenerit ad notitiam Iudicis, vel partis, *Becc. conſil. 110. numer. 2. Gratian. diſcept. 18. num. 32. Guid. Pap. dec. 86. numer. 1. Gaill. obſeru. 109 numer. 4. & ſeq. lib. 4. Caſtill. deciſ. 60. num. 14. lib. 1. Maſtrill. dec. 137. num. 13. Buratt. dec. 241. numer. 8. Rot. inter recent. dec 38. numer. 6. par. 7.* Et in omnem caſum ſubſtineretur ſententia quoad virum litis conſortem mortui, *Gabr. conſ. 56. num. 15. & ſeqq. lib. 1. Becc d. conſ. 110 in fin. Gratian. d. diſc. 18. num. 26.*

Et ex his non obſtant obiecta contra mandatum de aſſociando, vel deliberationem factam vigore alterius mandati executiui, quia, etiam illis circumſcriptis, ſententia ſubſtinetur, vt ſupra, & ex abundanti ſubſiſtit quoq; mandatum de aſſociando, quia nititur reſeruationi dominij in inſtrumento venditioni appoſitæ, cuius vigore potuit obtineri, cum dominium, & poſſeſſio retenta dicatur, *l. ſi eius ff. ſeru. export. Bal.*
11 *in l. creditores, n. 8 C. pign. Gratian. diſcept. 513 nu. 15. & ſeq. Rot. in Rom. Vineæ 14 Maij 1637. corã bo. me. Pirouan.*

Nec impugnari poteſt, non eſſe obtentum nomine vxoris à marito ſine mandato, ſiue ob citationem Ghirardelli non legitimi Procuratoris Siluanellorum, ſine ratione exceſſus ob vſumfructum comperen-

Digitized by Google

competentem Magdalenæ, cuius nomine actum non fuit, & executionem factam in alijs bonis vl-
12 tra domum petitam. Quia * gratis exaduerſo negant, maritum fuiſſe procuratorem vxoris, dum ex eius geſtis conantur educere, quod vxor ratificauerit venditionem, & cum viro tamquam procuratore vxoris contraxerunt, vt per *Gozzad. conſ. 3. n.19. Dec. conſ.665. num.2. Surd. d.dec.11 . num.8.& ſeqq.* Citatio verò ne dum executa fuit contra Ghirardellum, quem eſſe procuratorem, conſtat ex deductis in Summ. Siluanelli num. 11. ſed etiam contra principalesmet in partibus, & proteſtatio nomine Siluanelli facta à Cornicio die 5. Martij 1619. non afficit mandatum de aſſociando antea relaxatum. Exceſſus tandem mandati de aſſociando ceſſat ex facto, quia Magdalena multo ante renunciauerat iura ſua Eliſabeth, executio mandati ap-
13 paret facta ſolum in domo, cum tamen * exceſſus executionis exaduerſo probandus eſſet, *Seraph. dec. 1189. num.1.& 2.Rot.dec.405.n.1.p.3.dec.306.nu. 26 & & 27.p.7. recent.*

Non obſtat, quod mandatum de aſſociando fuerit relaxatum temporaliter, donec pretium ſolueretur, & ſolutum ſit ex penſionibus domus hactenus perceptis, quia illæ acquiſitæ fuerunt Eliſabeth, ratione non crediti, ſed dominij, competentis tàm ex fideicommiſſo patris, quam ex reſeruatione dominij appoſita in parte diſpoſitiua venditionis,
14 * quæ operatur, vt contractus ante ſolutionem pretij tranſeat in locationem, *l. cum manu lata 80. §.nemo poteſt.ff.contr.empt.Surd.dec.157.num. 2.deciſ. 307.num.39.Magon.deciſ.Florent. 91.num.8.92. nume. 12.& dec.231.num.9. Honded.conſ.30.nu.29.lib. 1. Ciriac.controu.164.num 8.controu.425.nu 62.& 72. Rot. in d.Romana Vinea coram bo. me. Pirouano.*

15 Aſſerta verò * melioramenta non probantur, cum non conſtet de ſtatu anteriori domus, vt requiritur, *Bart.in l.ſi negocia.ff. neg. geſt.Curt.iun. conſ. 165. nu. 20. Seraph. deciſ.952. num.2. deciſ.1453. num.5.Buratt. deciſ.834.num.11.* Et dicta teſtium aut elidantur, aut
16 debilitentur ex teſtibus contrarijs, † adminiculatis à relatione Executoris.

Et in hanc ſententiam Domini eo libentius venerunt quia nullum inde Saluanelli damnum ſentiunt, cum pretium domus nunquam ſoluerint, & agatur, de ipſa domo vendita, quæ ex ſupradictis ſpectat ad Eliſabeth.

Et ita deciſum vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Ariminen Saluiani.

Veneris 19. Iunij.1643.

SVMMARIA

1 *Ægidiana non intrat in bonis emphyteuticis Eccleſiaſticis. Ampl. vt ibid. & num. 2.& ſeq.*
2 *Pars prædij non ſeparata iuriſdictioni Eccleſiaſticæ ſubiecta trahit vti dignior, alias etiam partes.*
3 *Pars appellabilis in connexis trahit ad ſe partem non appellabilem.*
4 *Eccleſia habens dominium in parte prædij communis cum laico indiuiſi illud habere dicitur in qualibet gleba totius prædij.*
5 *Ægidianæ poteſt eſſe locus reſpectu alicuius corporis, & non alterius ex comprahenſis in eadem ſententia.*
6 *Ægidianæ non eſt locus, vbi ſententia eſt nulla, vel iniuſta.*
7 *Iudicis deputatio probatur ex fide Notarij actuarij.*
8 *Iudicis iuriſdictio probatur, ex quo illam impugnans coram eo comparuerit.*
9 *Clauſula conſtituti, & ad habendum, transferunt dominium, & poſſeſſionem.*
10 *Hypotheca, & ſaluianum non cadit ſuper re, cuius dominium, vel poſſeſſio non eſt amplius apud hypothecantem. Lim. vt num.12.*
11 *Saluiano non eget, qui poſſidet, cum ſit remedium adipiſcendæ. Lim.vt n.12.*
12 *Saluianum competit etiam habenti clauſulam conſtituti ſuper re, ad quam agit, & quare.*
13 *Hypothecam reſeruans in venditione donec pretium ſibi ſoluatur, agere poteſt ſaluiano ad eandem rem.*
14 *Bona defuncti efficiuntur propria hæredis creditoris per imaginariam ſolutionem.*
15 *Identitas bonorum probanda eſt duabus ſpecialibus demonſtrationibus.*
16 *Fideicommiſſi exceptio ad impediendum ſaluianum requirit probationem fideicommiſſi, & identitatis incontinenti.*
17 *Donatio omnium bonorum, aliquo pro legitima filia non reſeruato, eſt nulla in totum, vti re, & conſilio inofficioſa. Lim. vt num. 21.*
18 *Donatio caducatur ex morte donatarij ante donantem. Ampl. vt num.19. Lim. vt num. 24. & 26. Diſtingue vt num.25.*
20 *Donator quando poſſit reuocare, & declarare donationem ex interuallo.*
22 *Legitimæ ſupplemento an, & quando locus ſit in eo, qui dat de inofficioſa donatione.*
23 *Viri præſentia, & conſenſus in donatione, quam facit vxor, inducit tacitam confeſſionem, quod bona ſpectant ad vxorem.*
27 *Donatione conditionali agi non poteſt, niſi purificata conditione.*
28 *Excipere non poteſt de non adimplemento ille, cuius non intereſt.*
29 *Clauſula conſtituti probat conſtitutarij poſſeſſionem contra hæredem conſtituentis.*
30 *Creditum ad retentionis effectum liquidum non dicitur donec probata non fuerit quantitas fructuum perceptorum, qui in eo ex ſententia ſint imputandi.*
31 *Sententia in ſaluiano iuſtificari poteſt ex nouis in eo, quod ante eam non fuit oppoſitum.*

DECISIO CLXXXVI.

AD duo corpora, Alterum nuncupatum de *Capuccini*; Alterum *Monte del Toro*, obtinuit per ſententiam R. P. D. Sperelli Iudicis ab A. C. deputati immiſſionem ex ſaluiano interdicto contra Ginebriam, Pompeius hæres Margaritæ vigore donationis eius Auctrici, & hæredibus factæ à Lauinia matre, & cum hodie in gradu appellationis mihi commiſſæ cum clauſula, Conſtito, quod ſit locus Aegidianæ, dubitaretur, An Aegidianæ ſit locus, fuit negatiuè reſolutum quoad Prædium de Capuccini, affirmatiuè quoad aliud.

1 Nam * ex defectu poteſtatis Aegidiana non procedit in bonis Eccleſiæ, quale eſt Prædium de Cappuccini reſpectu directi dominij, à quo intrinſeca connexione cum dependeat vtile, illud etiam tale reputatur ad effectum, vt eius cognitio, quamuis quæſtio deſuper vertatur inter laicos ſpectet ad forum Eccleſiaſticum, & per conſequens Aegi-

diana non intret iuxta magiſtralem deciſionem in
Romana Domus de Scapucijs coram bo. mem.
Coccino impreſſa apud Marcheſan. *de commiſſ. par.*
1. fol. 1020. quam ſecuta eſt *Rota in Romana Domus*
ad Sanctum Honuphrium coram Reuerendiſſ. Vrgellen.
impreſſ. par. 5. recent. deciſ. 49. num. 1. & alias ſæpiſſi-
me, vt in deciſionibus relatis in *Romana Bonorum*
19. Ianuarij 1643. coram R. P. D. meo Ghiſilerio.

Et licet non totum Prædium ſit emphyteoticum
2 Eccleſiæ, ſed vna media tornatura, * illa tamen,
quia non eſt à reliquo ſeparata, trahit ad ſe, tam-
quam magis digna, alias Prædij partes mere laica-
les; ita vt omnes ſubſint Iuriſdictioni Iudicis Ec-
cleſiaſtici, donec fiat ſeparatio, vt in terminis bo-
norum communium inter laicum, & Clericum,
Seraph. dec. 957. num. 2. Gratian diſcept. 641 num. 3.
& 4 Caſ. de Graſſ. de effect Clericat. effect. 1. num. 520.
cum alijs allegatis per *Modern. Aſſiſien. deciſ. For.*
Eccleſiaſt. 19. num. 23. & in puncto ad effectum, ne
ſit locus Aegidianæ, *Rota in Ariminen. Spolij* 10. *De-*
cembris 1629. coram bo. mem. Mothmanno, vbi dici-
3 tur ratio, quia in connexis pars appellabilis trahit
ad ſe partem non appellabilem, *Franc. in c. ſi duo-*
bus, num. 7. de appellat. & addi poteſt, quod ante
4 * ſeparationem Eccleſia proportionabiliter ad par-
tem ſibi tangentem habet dominium in qualibet
gleba totius Prædij, *gl. in l. ſi familia, verb. pro parte*
C. famil. erciſcund. Io. Amic. conſ. 10. num 15. Gratian.
diſcept 948. num. 43.

Quo verò ad Prædium Montis Thaui hæc ratio
non militat, quia totum eſt laicale, & omnino di-
5 ſtinctum à Prædio de Cappuccini; * nec ex eo, quod
in eadem ſententia ad vtrumque conceditur im-
miſſio, in vtroque ſit locus Aegidianæ, vt fuit deci-
ſum in *Bononien. Fideicommiſſi 16. Februaris 1629.*
coram bo. mem. Coccino impreſſ. apud Modern. de ma-
6 *nuten. dec.* 257. * Cui nec locus eſſe poteſt ratione
nullitatis, vel iniuſtitiæ ſententiæ, vt apparebit ex
reſponſionibus ad obiecta. Quorum primum ver-
ſatur circa defectum iuriſdictionis D. Sperelli Iudi-
cis deputati ab A. C. Sed tollitur facili negotio, quia
7 * deputatio huiuſmodi, quæ exaduerſo negabatur,
probatur ex fide publica Actuarij Cauſæ, cui credi-
tur, *Caputaq. dec. 247. num. 1. par. 2. Rot. deciſ. 698*
num. 3. par. 1. recent. & cum Aduerſaria coram eo-
dem D. Sperello pluries comparuerit, conſentit in
8 illius iuriſdictionem, * quam propterea hodie impu-
gnare non poteſt, *Felin. in cap. cum M. Ferrarien. nu.*
25. de conſtitut. & in c. ex tenore, nu. 19. de reſcript. Lan-
cell. de attent. par. 2. cap. 6. num. 18. Scacc. de iudic. lib. 1.
c. 101. 19. Barz. dec. 159. n 8.

Alterum obiectum reſpicit iuſtitiam ſententiæ
9 multipliciter, & Primo, quia donatario, * in quem
vigore clauſulæ, Conſtituti, & clauſulæ, Ad haben-
dum, poſitæ in donatione tranſlatum fuerat rerum
donatarum dominium, & poſſeſſio, *l. quod meo, ff.*
acq. poſſeſſ. l. legatum ita, ff. leg. 2. l. a Titia, ff. furt.
10 * non poterat ſuper eiſdem rebus competere hypo-
theca, *l. ſi rem alienam, la ſeconda, ff. pignor. action.*
l. neque pignus, ff. reg. iur. & per conſequens ſaluia-
11 num interdictum, * quo nec eget, qui poſſidet, quia
eſt remedium adipiſcendæ, *Beec. conſ. 89. numer.* 18.
Surd. conſ. 191. num. 12. Cui obiecto ſatisfacit do-
ctrina *Baldi in l. ab emptione, 59. num. 6. & 7. C. pact.*
vbi ait, quod tranſlatio dominij, & poſſeſſionis vi-
gore clauſulæ, conſtituti, ſit per modum fictum, iu-
12 ris videlicet fictione, * & proinde adhuc agi po-
teſt ad conſecutionem poſſeſſionis per modum ve-
rum, & actum facti; & latè proſequitur in terminis
ſaluiani, *Pacific. de ſalu. inſp. 3. cap. 2. num.* 1069. *&*
ſeqq Rot. dec. 185. num. 7. & ſeqq. coram Reuerendiſſ.
Vrgellen. & in puncto ad fauorem donatarij, *deciſ.*
539. num. 1. par. 4. dec. 308. n. 3. par. 5. recent.

Secundo, quia Pompeius ante iudicium motum
abdicauit à ſe omne ius ſuper his bonis mediante
venditione facta Comiti Aeneæ Bando. Verum ven-
ditio habet in ventre reſeruationem hypothecæ,
13 donec pretium ſolueretur, * cuius vigore, pretio
non dum ſoluto, venditor agere poteſt, *Tiraq. re-*
tract. lignag. §. 1. gl. 2. num. 39. Neguſant. de pignor par. 5.
membr. 1. ſub num. 18. Gratian. diſcept. 730. num. 17. &
23. Mart. vot. 43. num. 1. & per tot Rot. dec. 199. num. 5.
par. 5. recent.

14 Tertio, quia * hac bona effecta fuerunt propria
Ginebriæ per imaginatiam ſolutionem, quam ſibi
videtur feciſſe tanquam hæres Lauiniæ donatricis
in recompenſam bonorum, quæ Lauinia viuens
alienauit, ſubiecta fideicommiſſo Lauræ, quod ad
Ginebriæ fauorem purificatum fuiſſe, dixit *Rota*
in Ariminen. Bonorum 29. Maij 1623. coram bo. mem.
Coccino.

Pro reſponſione animaduerterunt Domini, quod
deciſio coram bo. mem. Coccino loquitur de alijs
quatuor corporibus poſtmodum reſtitutis Aduer-
ſariæ præuio mandato Rotali. Alia autem bona
per Lauiniam alienata non probantur eadem illa
ad Lauram fideicommittentem ſpectantia, cum
15 * non concordent in duabus ſpecialibus demon-
ſtrationbus, vt requiritur, *Bart. in l. demonſtratio,*
num. 14. de cond. & demonſtrat. Alex. conſ. 73. num. 6.
lib. 3. Soccin. conſ. 89. num. 1. lib. 1. Caualer. dec. 311. nu. 4
Præterea acquiſitiones, quæ dantur ad probandam
pertinentiam bonorum ad Lauram, non fuerunt
facta à Laura, ſed à Sigiſmundo, cuius hæreditatem
quod Laura ſuperſtes adiuerit, nullibi conſtat, nec
pariter conſtitit in prima inſtantia de teſtamento
16 Lauræ, cum tamen * doceri debuiſſet incontinenti
de claro fideicommiſſo, & bonorum identitate, vt
eius exceptio executionem ſententiæ in ſaluiano
latæ impediret, *Seraph. deciſ. 757. num. 1. & 2. Rot.*
deciſ. 534. ſub num. 10. par. 4. recent. cum alijs allega-
tis in *dec. 83. num. 10. apud Pacific. de ſalu.*

Quarto obijcitur donationem eſſe inexequibi-
17 lem, tum quia, cum malo animo facta fuerit de
omnibus bonis donatricis, nihil reſeruato pro legi-
gitima Ginebriæ eius filiæ, corruit in totum, velut
inofficioſare, & conſilio, *Honded. conſ. 43. num. 11.*
lib. 1. Beec. conſ 68. num. 5. Rurd. conſ. 473. nu. 1. & ſeqq.
18 Tum etiam quia * caducata fuit per prædeceſſum
Margaritæ donatariç ante donatricem, idque ex
præſumpta mente donantis, quem lex præſumit,
noluiſſe hoc caſu, ſibimet præferre hæredes dona-
tarij, *Alex. conſ. 3. numer. 20. & 23 lib. 8. Bald. conſil.*
391. num. 1. lib. 3. Cephal. conſ. 312. numer. 85. & 86. Me-
noch conſ. 84. num. 15. conſ. 441. num. 32. Peregr. de fi-
deicomm. art. 51. num. 20. Qui omnes loquuntur,
19 * quamuis hæredum mentio facta fuiſſet, quia cen-
ſetur donatum hæredibus contemplatione *primi do-*
natarij; & in caſu noſtro concurrit vlterius, quod do-
natio eſt conditionalis, vt fuit dictum in dec. 134.
coram Reuerendiſſ. Vrgellen. quodque, mortuo do-
natario donatrix inſtituit hæredem vniuerſalem Gi-
nebriam; ideoque donationem fuiſſe perſonalem, &
20 reuocatam declaraſſe videtur, & * declarare po-
tuit, etiam ex interuallo, *Decian. conſ. 7. num. 99. lib.*
1. Boer. dec. 142. nu. 22. in fin.

Primum tollitur, ex eo quo donatrix deinde hæ-
redem inſtituit Ginebriam, eamdemque prius de
bonis

Digitized by Google

bonis proprijs dotauerat in ſcutis 1700. exinde
etiam excluditur conſilium fraudandi filiam, &,
21 * quatenus donatio eſſet inofficioſa re, non cor-
ruit in totum, ſed agi ſolum poteſt ad legitimæ ſup-
plementum, ſi ei ſit locus, *Bart. in l. Titia Seia, 89.
§. Imperator. num. 4 ff. de leg. 2. Abb. in c. fin. num. 5.
de donat. Iaſ. conſ. 125. numer 17. lib. 1. Natt. conſ. 125.
num. 5. & 6.* vbi, quod ſufficit aliquid etiam mini-
mum fuiſſe filiæ datum. *Honded. conſ. 43. numer. 25.
lib. 1. Gratian. diſcept. 729. num. 11. & 12. Rot. dec.*
22 *365. num. 6. par. 3. recen.* * Neque ſupplemento lo-
cus eſt, non docto de valore bonorum donatricis,
qui probandus eſt à filia dante de inofficioſitate do-
nationis, iuxta theoricam *Bart. conſ. 17. lib. 1.* &
in terminis *Gabr. conſil. 137. numer. 20. lib. 2. Hond.
d. conſil. 43. numer. 25. Gratian. d. diſcept. 729. num. 10.*
Quod vero Ginebria dotata fuerit de bonis pro-
prijs Lauiniæ conſtat ex inſtrumento dotali, in quo
Lauinia in ſolutum dotis à ſe promiſſæ ob deco-
ctionem viri aſſignauit Ioanni Baptiſtæ Genero tot
bona propria, & cenſus ipſo viro præſente, &
23 conſentiente, * cuius præſentia, & conſenſus in-
ducit tacitam confeſſionem, quod bona ſpectabant
ad vxorem, & *Quintus Mutius, ff. de donat. int. vir.
& vxor.* contrariam opinionem excludit *Salic. in
l. cum propria, in fin. C. ſi quis alt. vel ſib. Natt. conſ.
30 num. 2. Oſac. dec. 140. num 8 & 10. verſ. aduerten.
Rot. deciſ. 219. n. 7. & 8 par. 2. diuerſ. deciſ. 59. num. 2.
deciſ 69. numer. 5. inter impreſſ. apud Zacch. de ſociet.
offic.*

Alterum caducitatis donationis non ſubſiſtit ſup-
poſito, prout eſt in confeſſo apud partes, & firmat
deciſio 84. coram d. Vrgellen. quod verſemur in
donatione inter viuos, licet eius effectus fuerit col-
latus poſt mortem donatricis; Nam, quidquid ſit,
24 an donatio ſit pura, vel conditionalis, * etiam in
terminis donationis conditionalis verior eſt, &
magis communis opinio, quod ob prædeceſſum
donatarij non fiat caduca, ſaltim, quando etiam
hæredibus fuit donatum, quia tunc præſumitur,
quod donator voluerit quoque hæredibus acquiri
vel ex propria perſona, vel ex tranſmiſſione, quæ
in contractibus locum habet etiam pendente con-
ditione, nec haberet, ſi caducaretur, *§. ex conditio-
ne, Inſtitut. de verb. oblig. l. neceſſario, 5. 1. ff peric. &
commod. rei vend. Gomeſ. latiſſimè var. reſolut. lib. 2.
cap. 11. num. 36.* & in puncto *Ruin. conſ. 98 numer. 16.
verſ. cum donatio, lib 1. poſt Bald. in l. 2. num. 10. C. iur.
dot. Alex. conſ. 14. num. 3. lib. 1. conſil. 78. numer. 4. lib. 4.
Rolan. conſ. 77. num 12. lib 1. Franc. Ant. Coſt. conſil. 12*
25 *numer. 78. & 76.* vbi * diſtinguit, inter donationes
cum perſonis prohibitis, quæ opportet, confirmen-
tur morte, de quibus loquuntur plerique ex allega-
tis in obiecto, & alias ab initio validas, *Menoch.*
ſibi contrarius *conſ. 388. ſub num. 55. verſ. quia de re.
Ant. Fab. in Cod. lib. 8. defin. 21. numer. 2.* quem refert
& ſequitur *Fontanell. dec. 54. num. 16. Capic. Latr. dec.
2. ſub num. 28. Rot. dec. 142. ſub num. 2. par. 4. deciſ. 9.
num. 7 par. 7. recent.*

26 Et hæc opinio * eo facilius recipienda eſt in præ-
ſenti, quia donatrix nedum donauit Margheritæ, &
hæredibus, ſed etiam promiſit, moleſtiam non
inferre Margheritæ, nec eius hæredibus, quibus cum
applicabilis non ſit huiuſmodi promiſſio reſpectu
donatricis, niſi quatenus, prædefuncto donatario,
ipſa viuente, donatio tranſiret ad hæredes, inde
deducitur, quod donatrix voluit etiam, prædefun-
cto donatario, bona donata ad hęredes ſpectare
ad tradita in propoſito per *Cyriac. controuer. 314.
numer. 11. verſicul. ſecundo quia.*

Neque vrget contraria daclaratio deſumpta, vt
ſupra, ex teſtamento donatricis; Quia procedere
poſſet niſi tempore declarationis ſupereſſet donata-
rij hæres, qui ex donatione bona conſequi debet
iuxta prædicta, vt, reſpondendo ad allegationes
contrarias, bene aduertit *Canter. var. reſol. lib. 1.
cap, 8. num. 180. verſ. quod eſt intelligendum. ex Caſ-
ſan. conſ. 53. num. 47. & 48. & num. 55.*

27 Non negatur, quod hæres * agere non poſſit ex
donatione conditionali, niſi poſt purificatam con-
ditionem, ſic enim intelligendum eſſe tex. in *§. ex
conditionali, Inſtit. de verb. oblig.* notat *Alciat. re-
ſponſ. 3. num. 22. lib. 8. Surd. conſ. 403. ſub num. 47.*
ſed in caſu noſtro vnica adeſt conditio, ſeu onus
ſoluendi ſcut. 100. in manibus Depoſitarij Socie-
tatis Sancti Hieronymi Ciuitatis Arimini, quod
ex præcepto donatricis implendum eſt poſt acqui-
ſitam donatario bonorum poſſeſſionem, &, cum
reſpiciebat fauorem ſororis Pompei donatarij, ad-
28 uerſaria, * cuius non intereſt, excipere non poteſt
de non implemento, *l. ſi pupillus, §. videmus, ff. neg.
geſt. Rot. coram Greg. deciſ. 118. numer. 5. deciſ. 410.
numer. 6.*

Rurſus obijcitur, quod non fuit probata poſſeſ-
ſio donatricis; ſed gratis, quia adeſt inſtrumentum
29 acquiſitionis cum clauſula conſtituti, * quæ pro-
bat conſtitutariæ poſſeſſionem contra aduerſaria
illius hæredem, *Angel. in l. quadam mulier. numer. 2.
ff. rei vindic.* & alij in terminis donationis allegatis
in *dec. 85. num. 11. apud Modern. de manuten.*

Non obſtat retentio pro credito ſcutorum 460.
auri canonizato per mandatum Rotale; Quia ſen-
tentia mandat, illud compenſari cum fructibus ab
his bonis exaduerſo perceptis, quos Aduerſaria
tenetur in ſui crediti extinctionem imputare, &
30 ideo donec illorum quantitas probetur, credi-
tum remanet illiquidum; & inefficax ad retentio-
nem, vt fuit dictum in *Signina Saluiani 16. Apri-
lis, & 13. Iunij 16;8. coram R. P. Dom. meo Carillo,
in Romana Retentionis Bonorum 23. Maij 1642.
coram R. P. Dom. meo Ghiſilerio*, & alias ſæpiſ-
ſimè.

Tandem non obſtat, quod donatariæ, ſucceſſe-
rint duo filij, quorum alter eſt Profeſſus in Reli-
gione Sancti Benedicti, quia hic ante ingreſſum in
Religione renunciauit omnia iura Pompeo fratri,
31 & * renunciationis inſtrumentum etiam poſt tam
ſententiam potuit produci, cum de hoc antea non
fuerit oppoſitum, *Rot. dec. 168. num. 10.* Poſt *Pacific.
de ſalu. Adden. ad Greg. deciſ. 271. in fin.* vbi allegat
concordantes.

Et ita deciſum, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Anconitana Dotis.

Mercurij 1. Iunij 1643.

SVMMARIA.

1 *Viri heredes, anno luctus durante, non tenentur reſti-
tuere dotem in mobilibus, & pecunia conſiſtentem,
ſed alimenta præſtare, nec interim faciunt fructus ſuos*
2 *Alimentorum Viduæ taxatio poteſt per Statutum
validè fieri.*
3 *Interuſuria Viduæ, poſt annum luctus non intercedente
te mora, non debentur.*

Digitized by Google

4 *Mora euitatur oblatione, & depoſito iudiciali haben-
ti vim ſolutionis, & liberationis.*
5 *Ampl. vt, creditore recuſante, ſufficiat etiam oblatio
ſola verbalis. Extende vt num.6.& 7.*
8 *Dare,& recipere qui debet,debet prius dare,vel offerre*
9 *Conditionem important verba per ablatiuum abſolu-
tum.*
10 *Conditio eſt prius adimplenda, quam diſpoſitio ſor-
tiatur effectum.*
11 *Depoſitum non integrum non ſuffragatur. Lim. vt n.13.*
12 *Creditor quando poſſit diſtrahere pignora in ſatisfa-
ctionem ſui crediti.*
14 *Mora non contrahitur, credito non liquido.*
15 *Mora, quæ reſultat ex propria culpa, & facto, non
poteſt euitari.*
16 *Mora non contrahitur à debitore, vbi creditor petit
plus debito.*
17 *Depoſitum non liberum, ſed cum conditione intrinſeca
non vitiatur.*

DECISIO CLXXXVII.

FVit reſponſum, non deberi interuſuria dotalia
hæredibus q. Franſciſcæ Lanfranconæ, quia, Aut
petuntur pro anno luctus, &, cum dos conſiſteret
in pecunia, & mobilibus, nulla debentur interuſu-
1 ria, quia * hæredes viri, durante dicto anno, non te-
nentur reſtituere dotem in pecunia, & mobilibus
conſiſtentem, ſed ſolum præſtare alimenta, & inte-
rim non faciunt fructus ſuos, iuxta opinionem,
quam originaliter tenuit *gl.in l. vnic. §. exactio.C.de
rei vxor. act.* & communiter ſequitur *Doct.* vt ibi
notat alia *gl. addit.* & patet ex relatis per *Honded.
conſ.36. num.1. lib. 2.* & latius per *Surd. de aliment.
tit.1.q. 44. num. 11. 29. & 30.* & approbabit *Rot. co-
ram Sanct.Mem. Greg.XV. dec. 462. num. 2.* alimenta
autem præſtita fuerunt, & quidem in quantitate
ſufficienti, quia illa taxantur à Statuto Anconæ in
2 ſolis ſcutis 60. * quæ taxatio de iure licita eſt, & de-
bet attendi, *Abb.in c. ſalubriter. num. 6. Surd. d. q.
44. num. 33.* & tamen Franciſca habuit quantitatem
longè maiorem retractam ex fructibus cenſuum,
penſionibus domorum, venditione certorum mobi-
lium, & ex alijs multis, de quibus in Summ.. illorum
de Fanellis num. 16.

Aut verò petunt interuſuria pro tempore poſt an-
num luctus, & ab inde citra decurſa, & iſta pariter
non debentur, cum nulla poſſit conſiderari mora
in hæredibus Hieronymi mariti Franciſcæ, ſine
3 qua huiuſmodi interuſuria non debentur, *Alciat.
conſ. 59. num.....& conſ. 113. num. 5. lib. 5. Surd.conſil.
211.nu.9.& Rot.in recent.dec.132.n.17.*

Cum enim dd. hæredes ſtatim ac dies ſolutionis
aduenit, fecerint in iudicium pluries reales obla-
tiones, & actuale depoſitum quantitatis debitæ, vt
eorum ſumm. num. 4. 6. 10. & 13. ceſſat quæcunque
4 moræ, cum * ſimiles oblationes factæ in iudicio, &
depoſitum habeant vim ſolutionis, & inducant li-
berationem, *Surd. conſ. 86. num. 28. & 29. & conſil.
142. num. 8. & conſ.331. num. 39. & ſeqq. & deciſ.262.
num. 2. & 3. Gratian. diſcept. for. cap. 38. num. 32. &
cap. 786. numer. 2.* vbi, quod, quando verſamur in
oblatione iudiciali, quod tali caſu indubitanter ha-
bet vim ſolutionis. *Natt. conſil. 631. numer. 6. poſt
med. Roland. conſil. 7. numer. 29. lib. 3. Caphal. conſ.
207. numer. 44.* & pluribus ſequen. qui tres conſu-
luerunt in eodem caſu, & alios allegat *Ciriac. contr.
228. numer. 19. & 35.* & ſequitur *Rot. in recent. de-
ciſi. 219. numer. 13. p. 5.* & de depoſito *Rot. dec. 291.
numer. 13. poſt Cenc. de cenſibus ſecundum nouam im-
preſſ.*

Quæ multò magis procedunt in caſu noſtro, cum
5 Franciſca ſemper recuſauerit recipere, * quo caſu
non ſolum ſufficit oblatio realis, ſed immò etiam
ſola verbalis, vt per *Surd. d. conſ. 86. num. 29. & d.
conſ. 331. num. 39.* & alij per *Cenc.de cenſib. q. 3. nu. 30.
verſic. niſi creditor expreſsè recuſet. & Rota coram
Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 108. numer. 4. & coram bon.
mem. Buratto dec. 517. nu. 3. & 4. & coram Greg dec. 214
num. 1. in recent. dec. 137. num. 1. p. 2.*

6 Nec * ad iſtum effectum requiritur expreſſa, &
ſpecifica recuſatio, ſed ſufficit, quod conſtet credi-
torem recepturum non eſſe, *Bart. in l. Prætor ait. §.
ſi quis paratus. in fi. ff. de nou. oper. nunciat. Bero. conſ.
196. num. 3. lib. 1. Caphal. conſ. 207. numer. 54. & ſequ.*
vbi optimè diſtinguit, & *Surd. conſ. 86. nume. 30. &
conſ. 142. ſub num. 8. & conſil. 331. numer. 39. ante fin.*

7 * Qui ampliant id procedere, etiam ſi creditor, au-
dita oblatione, taceat, & non acceptet, quia ſecun-
dum eos talis taciturnitas habetur pro non accepta-
tione, & ſufficit ſola litis ſuſtentatio, *Natt. d. conſil.
631. ſub nu. 4. Rot. coram Duran. dec. 108. n. 5.*

Quibus etiam accedit, quod d. Franciſca, tam
ex forma mandati A. C. quam ex forma mandati
Rotalis tenebatur reſtituere dictis hæredibus in
actu ſolutionis mobilia ad eos ſpectantia quæ ipſa
apud ſe retinebat, & tamen ipſa non ſolum mobi-
lia non reſtituit, ſed nec etiam obtulit, quamuis
fuerit ſæpius interpellata, vnde tanto minus poteſt
imputari mora dictis hæredibus, qui non teneban-
tur ſoluere, niſi facta eis prius oblatione, & ſucceſ-
ſiuè reſtitutione ſuorum mobilium; ſed potius
Franciſca fuit in mora, dum ipſa non obtulit mo-
bilia, prout tenebatur ex lege vtriuſque mandati
8 cum ſemper, * vbi quis debet dare, & recipere, prius
debeat dare, vel offerre id, quod tenetur, ſi vult re-
cipere id, quod ei debetur, iuxta celebrem *gloſ. in l.
ædiles. in fin. in verb. præſtet. de ædilit. edict.* quam ſe-
quuntur *Dec. conſ. 421. num. 10. & Roman. conſil. 144
num. 4.* Qui præciſè in noſtris terminis conſulit de
quadam vidua, quæ recuſabat reſtituere certa bona
quæ ad eam peruenerant de bonis mariti, quod
illius hæredes non tenebantur ei ſoluere dotem
per ſupradictam rationem, quod illa debebat prius
dare, vel offerre, ſi volebat recipere, & ſub num 5.
ſubiungit, quod, cum hæredes mariti obtulerint
velle ſoluere cum hoc, quod illa vidua faceret ea, ad
quæ tenebatur, quod interim non poterat dici in
mora, & Add. ibi citat alios concordantes.

Præſertim cum onus reſtituendi mobilia fuerit
iniunctum Franciſcæ per viam conditionis vt appa-
ret ex illis verbis, Reſtitutis omnibus mobili-
9 bus Inuentario deſcriptis. * quæ verba tamquam
prolata per ablatiuum abſolutum conditionem in-
inducunt, *l. ab emptione.* & ibi *Bart. num. Caſtr. nu.
13. & alij, ff. de pact. Rot. coram Buratt. dec. 696. nu. 2.*
Vndè tanto magis debebat præcedere reſtitutio, vel
10 ſaltem oblatio mobilium, cum * proprium con-
ditionis ſit, vt prius impleatur, antequam diſpoſi-
tio ſortiatur effectum, & executionem, *Bart. in l.
quibus diebus. 40. §. Termilius. num. 1. in fin. verſ. hoc
dico ad doctrinam conditionis, ff. de condit. & demon-
ſtrat. Bald. conſ. 219. ſub num. 5. lib. 2. Crauett. conſil.
59. numer. 1. Corn. conſ. 102. numer. 19. lib. 2. Cephal. con-
ſil. 207. num. 52. Menoch. conſil. 131. num. 1. Honded.
conſil. 58. numer..... lib. 2. Rota in recent. deciſ. 268.
num. 1. par. 1.*

Nec obſtant ea, quæ in contrarium obijciuntur
& pri-

Digitized by Google

& Primò, quod non fuerint depoſitata niſi ſcuta
850. & tamen creditum dotis eſſet ſcutorum 3052. &
11 ſic* depoſitum tamquam non integrum non ſuffragari, vt reſponſum fuit in hac cauſa ſub die 7. Februarij 1642. coram me; Quia in d. deciſione hoc
dictum fuit ad effectum excuſandi delictum Franciſcæ vendentis pignora, & ſic agebatur de damno
12 vitando, * ad quem effectum ſufficiebat, quod Franciſca eſſet creditrix in maiori quantitate, ad hoc
vt ſibi liceret diſtrahere pignora in ſatisfactionem
ſui crediti, §. 1. *Inſtit. quib. lic. alien vel non l. ſi conuenerit. ff de pignor. act.* ſed hodie, cum de hoc principaliter agatur pro captando lucro ex mora debitoris non ſoluentis, ad hunc effectum dixerunt Domini ſatis eſſe, quod eo tempore dos non eſſet liquida in maiori quantitate ad hoc, mora non dicatur incurſa; licet enim integra dos eſſet ſcutorum
3052. b. 54. de tempore tamen oblationis erat ſolum
liquida in ſcutis 2250. pro quibus Signatura reſcripſerat, ſine præiudicio, vnde cum ex his Franciſca
iam fuiſſet conſequuta ſcuta 1400. redacta ex tot
cenſibus hæreditarijs ſubhaſtatis, remanebant ſolum liquida ſcuta 850. oblata, & depoſitata. Reliqua verò ſcuta 802. b. 54. erant illiquida, cum Signatura quoad ea reſcripſiſſet cum clauſula, Si quid
13 exequendum. * Adeoque depoſitum ſcutorum 850.
licet non integræ ſummæ, fuit validum, &
ſufficiens, cum pro ea ſolum rata dos eſſet liquida,
nec aliqua potuit incurri mora reſpectu reſidui non
14 depoſitati, quia, * cum eſſet illiquidum, opus erat
expectare illius liquidationem, & poſtea deponere
prout dicti hæredes fecerunt, *Rip. in l. quod te. num. 67. in fin ff. ſi cert. pet Bald. conſ 461. nu. 3 lib. 2. Rimin. ſen. conſ. 361. num. 6 & 10. lib. 1. Soccin. ſen conſ. 107. nu. 2. lib. 1. Anchar. conſ. 135. num 2. Grauett. conſ. 89. num. 5. Surd. d. conſ. 331. num 42. Tiraq de retract. lignag §. 1. gl. 19. num. 1. Rot. coram Card Seraph. dec. 473. num. 2. & in recent. dec. 331. nu. in fi. p. 1.*

Nec reſiſtit, quod hęc poſterior ſumma dicatur
remanſiſſe illiquida culpa, & facto dictorum hæredum, qui diu litem ſuſtinerunt, & varijs prætextibus
15 & diffugijs ſolutionem diſtulerunt, * quo infertur,
ipſos non poſſe excuſari à mora eorum culpa, & facto cauſata, ex adductis per *Tiraq. de vtroque retract. §. 6. gl. 3. n. 1. & 2.*

Quia placuit reſponſio, quod immò hæc ſumma
remanſit illiquida culpa, & facto ipſius Franciſcæ,
quæ dedit anſam liti, & illius continuationi petendo plus debito, nempe ſcuta 4. mil. cum tamen verè
non eſſent debita, niſi ſcuta 3052. & b. 54. vt comperijt Rota, quæ abſoluit dictos hæredes à ſcutis
947. & b. 46. quę plus debito petebantur, cum condemnatione Franciſcæ in expenſis, vt in ſumm. n. 9.
16 & ſic* non poteſt dici, dictos hęredes hoc reſpectu
fuiſſe in mora, quia, dum ab eis plus debito petebatur, habuerunt iuſtam cauſam litigandi quæ excuſat
à mora, etiam ad iſtum effectum. ne poſſit peti intereſſe, *Rip. in d l. quod te, num. 55. ff. ſi cert. pet. Aretin. conſ. 149. num. 9. Soccin. ſen d conſ. 107. ſub num. 2. lib. 1. Roman. conſ. 244. num 5. vbi Add.* alios citat, & in his
terminis, quando plus debitum fuerat petitum *Surd. conſ. 142. num. 6. & 7. Tiraq. de retract. lignag. § 6 gl. 2. num. 1.*

Denique non obſtat, quod depoſitum non fuerit
liberum, ſed cum vinculis conditionibus. Quia alia
non adfuit conditio, niſi, quod reſtituerentur mo-
17 bilia, * quæ conditio fuiſſet appoſita à Iudice in decreto, tamquam intrinſeca non vitiat depoſitum,
Scacc. de camb. §. 2. gl. 5. num. 5. verſ. contingit. Cenc. de cenſ. q. 3. num. 29. in fin. Add. ad Greg. dec. 105. num. 12. & idem Greg. dec. 347. num. 12. Rot. diu. dec. 813. num. 1. p. 4. & coram Duran. dec. 421. num. 8. & Add. ad Buratt. dec. 429. num. 7. & coram Coccino dec. 15 num. 3.

Et ita vtraque &c.

R.P.D. PEVTINGERO.

Tiburtina Caſtri S. Angeli.

Sabbati 23. Ianuarij 1644.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum facit probationem probatam inter contrahentes eorumque hæredes, & ſucceſſores.*

2 *Confeſſio debitoris ante contractum debitum nocet etiam creditoribus poſterioribus, & ſingularibus ſucceſſoribus.*

3 *Succeſſor ſingularis dicitur creditor ex alterius perſona.*

4 *Succeſſor contrahentium factum impugnare non poteſt.*

5 *Fructus percepti præſumuntur à poſſeſſore.*

6 *Fructuum perceptorum quantitas probatur ex probatione ſummæ alias perceptæ.*

7 *Fructuum in taxatione quantitas probatur a ſolutis. Lim. vt num. 8. Sublim. vt num. 9.*

9 *Poſſeſſor adhuc dicitur, & ad fructus tenetur, ac ſi percepiſſet, qui pignus quod relaxare debebat, alteri dedit.*

DECISIO CLXXXVIII.

CVm Domini ſub die 27. Iunij 1642. reſpondiſſent, D. Paulo Iordano Vrſino Duci Bracciani dandam eſſe reintegrationem ad Caſtrum S. Angeli, lataque per me ſententia reintegratoria, fuiſſet
cum condemnatione fructuum à die motæ litis ex
dicto Caſtro perceptorum, & vſque ad totalem
poſſeſſionis eiuſdem dimiſſionem percipiendorum.
Volens dictus D. Dux huiuſmodi fructus hodie liquidare, dubium proponi petijt, ad quam ſummam ſint taxandi, & DD. reſponderunt, eſſe taxandos à die motę litis de anno 1580. pro quolibet anno
in ſumma ſcutorum 480. pro nunc ad rationem decem carolenorum pro quolibet ſcuto. Quia in hac
quantitate à partibus fuerunt confeſſati, & taxati
& acceptati in inſtrumento pignoratitio huius Caſtri dato in Summ. Ducis Bracciani numero 1.
1 * quod tam inter contrahentes, quam illorum hęredes facit probationem probatam, *l. poſtulante, vbi DD.* & pręſertim *Caſtr. num. 1. ff. ad Trebell. Va-*
2 *lenzuol. conſ 10. num. 43.* * quę confeſſio debitoris
ante debitum contractum nocet etiam creditoribus
poſterioribus ſecundum *Caſtr. in l. 1. numer. 8. ff. ſol. matrim. Rot. coram bo. mem. Coccin. deciſ. 152. num. 1. & ſeq.* & ſic ſingularibus ſucceſſoribus, qualis
3 * reputatur Dux Parmę tamquam creditor Alphonſinę ex perſona Madamæ Margaritæ, ex *Rota in Romana Pecuniaria 3. Decemb. 1593. coram bo. mem.*
4 *Card. Hieronymo Pamphilio,* * à quo tamquam contrahentium ſucceſſore, ad inſtar eorumdem contrahentium in quæſtionem reuocari non poteſt,
d. l. poſtulante, in princ. vbi *DD. & Caſtr. in princ. & numer. 6 ff. ad Trebell.* cum late congeſtis per
Valenzuol. d. conſ. 10. d. numer. 43. & ſeq. Ciriac.
5 *contr. 256. numer. 3.* Ideo, cum * de perceptione non
dubitetur ex ipſa poſſeſſione, *Bald. in l. ſi fundum, numer. 5. C. de rei vendic. Rot. deci. 25. de prob. in nou.*

Seraph.

Digitized by Google

*Seraph.dec.*1245.*num.* 6.*Greg.dec.*50.*num.* 2. & *in Peruſina Bonorum* 1. *Iulij* 1630. *coram Reuerendiſſimo D. meo Dunozetto*, ſed quæſtio tantum ſit de quan-
6 titate, * ſatis eſt, Iudici conſtare, alias tantam fructuum ſummam fuiſſe perceptam, vt bene reſpondendo contrariæ opinioni, *Bald. in l.* 1. *C. de fruct. & lit.expenſ.* declarat *Acchil.dec.*22.*de reſtit ſpoliat.* quod clare patet in caſu noſtro per ſupradictum inſtrumentum, prædictam quantitatem percipi ſoli-
7 tam fuiſſe, cum adſit regula, quod * in taxatione quantitas probetur à ſolutis in *d. l. ſi. fundum, in fin. C. de rei vendicat. Achil. de Graſſ.d.dec.*22.*de reſtitut. ſpoliat.Rot.dec.*343.*nu.*3.& 4.*par.*1.*recent. Buratt. deci.* 777.*in princ.& n.*3.

Non obſtat, ſi dicatur, quod iſta taxatio facta de
8 anno 1504.* tamquam nimis remota non proſit ad liquidationem temporis præſentis, & ex hoc nimis longo interuallo excludatur ſolida probatio ex coniecturis deſumpta, vt voluit *Bald. in d. l.* 1 *num.*22. *in fin. C.de fruct.& lit.expenſ.*

Quia vltra quod ſatis notorium eſt, fructus iſtius Caſtri ad ſcuta mille annua, & vltra creuiſſe, ceſſat difficultas, quia exhibetur à D. Paulo Iordano taxatio, & liquidatio fructuum inter Sereniſſimum Ducem Parmę, & D. Marchionem Pallauicinum concorditer ab anno 1622. vſque ad annum 1633. facta, computatione anni ſterilis cum fertili, fructus annuos aſcendere ad ſcuta 1057.b. 75. Vnde quemadmodum ex hic demonſtratur, fructus ab anno 1622. vſque ad annum 1633. eſſe plurimum auctos, veriſimile non eſt, ab anno 1504. citra fuiſſe minores ſcutorum 480.

Nec refert, Sereniſſimum Ducem Parmæ fructus
9 ex Caſtro non percepiſſe; Quia * dando alteri Caſtrum, quod finito pignore, tenebatur relaxare, habendus eſt pro poſſeſſore, atque tenetur ad fructus, tamquam illos ipſemet percepiſſet, *Gratian. diſcept. forenſ.* 240 *num.* 38. & firmauit *Rot. in Romana Pecuniaria* 26 *Iunij* 1621. & 21. *Februarij* 1624. *coram bo. me. D. meo Remboldo*, & in eadem cauſa 7. *Iunij*, & 8. *Nouembris* 1627. *coram bo: mem: Coccino.*

Ducto igitur calculo à die litis motæ, iuxta ſententiam Rotalem de anno 1580. cum debeantur fructus ad rationem 480. ducatorum pro quolibet anno, de quibus ſunt elapſi 63. firmarunt Domini fructus pro nunc, ſine præiudicio reſidui, in ducatis 30240. eſſe taxandos.

R. P. D. BICHIO.

Romana Vineæ.

Veneris 19. Februarij. 1644.

SVMMARIA

1 *Fideicommiſſi exiſtentia, illiuſque purificatione ad fauorem petentis, ac rei poſſeſſa olim per fideicommittentem identitate probatis, danda eſt immiſſio ex rem. l.fin. vel ſaluiani.*

2 *Adiudicatio non reſultat ex verbis, quæ reſpiciunt actum de futuro, & maximè quando non eſt pro toto, credito, & præcedere debet æſtimatio, & factum Executoris ſeu Curſoris; niſi ſit per viam deliberationis vti plus offerenti, & num.*3.*Ampl.vt nu.*6.& 7.*Lim. vt num.*10.

3 *Adiudicatio in executionem decreti Iudicis fit de ſtylo ab Executore, ſeu Curſore vice partis fungente.*

4 *Decretum & dando in ſolutum aliud eſt, aliud datio, & num.* 8.

5 *Dominij ad tranſlationem non ſufficit Iudicis decretum, niſi ſequatur traditio, & ſic illius executio, Ampl. vt num.*6. & 7.

7 *Immiſſio. ſeu traditio in eo, qui poſſidet, an ſit in adiudicatione neceſſaria.*

9 *Promiſſio de accollando differt de accollatione, ſicuti promiſſio de vendendo à venditione.*

11 *Nullitas dationis in ſolutum, ſi appareat ex ipſo decreto, non eſt opus actorum tranſportatione.*

12 *Nulliter ingreſſus poſſeſſionem non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem fideicommiſſario. Ampl. vt num.*13.

14 *Minor vt validè citetur, debet eodem deputari curator.*

15 *Ratificatio adiudicationis nullæ non inducitur ex acquieſcentia non docto de ſpecifica ſcientia nullitatis.*

16 *Fideicommiſſi bona non poſſunt per creditorem grauati poſt illius mortem retineri in vocatorum præiudicium.*

17 *Legitimæ in computatione electa cenſentur prima corpora fideicommiſſi alienata. Lim. vt nu.*20.& 21.

18 *Aſſignatio fructuum differt ab aſſignatione proprietatis.*

19 *Inuentarium hæreditarium non ſuppletur tutelare.*

22 *Creditum effectum dicitur illiquidum, & inefficax ad retentionem ex perceptione fructuum poſt litem motam.*

23 *Error calculi in aliquibus præſumitur etiam in cæteris*

24 *Melioramentorum ad probationem probandum eſt, quid impenſum, & quid melioratum.*

25 *Melioramentis non bene liquidatis, locus eſt cautioni.*

DECISIO CLXXXIX.

Ex fideicommiſſo Emiliæ Auiæ Benedictus Marina poſtquam obtinuerat per ſententiam Eminentiſſimi D. Vicarij Vrbis immiſſionem in poſſeſſionem Vineæ detentæ à Laurentio Iuſto, ingreſſurus Religionem Societatis Ieſu donauit omnia bona ſua Benedicto Perontio, qui proſequendo cauſam appellationis à dicta ſententia exaduerſo interpoſitæ coram me inſtitit diſputari dubium, An ei ſit danda immiſſio; eoque hodie propoſito affirmatiuè Rota reſpondit.

1 Eſt * enim citra controuerſiam apud partes exiſtentia fideicommiſſi, purificatio ad fauorem Mariæ authoris Perontij, & identitas Vineæ olim poſſeſſæ à fideicommittente, quibus probatis denegari non poteſt immiſſio ex remedio, ſiue *l.fin. C.de edict. Diu. Adr. tollen.* ſiue vtilis ſaluiani interdicti, *Gabr.conſ.* 45.*num.*9.*lib.*1.*conſ.*44.*num.*2.& *ſeqq.lib.*2.*Surd. dec.* 76.*num.*4 & *ſeqq.*

Neque ad impediendam immiſſionem Laurentius tamquam tertius poſſeſſor cum titulo dationis in ſolutum iudicialiter obtentæ pro concurrenti quantitate crediti ſcutorum 1400. quæ ſibi Clarix fideicommittentis filia debebat, eſt legitimus contradictor. Primo, quia ad hunc titulum probandum produxit citationem, quam fecit de Anno 1619, ad videndum ſibi tradi in ſolutum bona, ſuper quibus fuit facta executio cum tertia parte pluris iuxta formam Statutorum Vrbis pro concurrenti quantitate ſui crediti, & decretum in calce eiuſdem citationis extenſum, non per verba. Ex tunc Dominus dedit in ſolutum, ſed per ſequentia, Relatione facta comparuit idem &c. & obtinuit dari in ſolutum vt ſupra iuxta formam Statutorum &c. quę idem important, ac ſi dictum fuiſſet

Obtinuit

Obtinuit ; quod detur in ſolutum ; atque ideo,
2 * cum reſpiciant actum de futuro, & antequam ſortiantur naturam actualis dationis, neceſſe ſit, quia
datio non erat pro toto credito, quod præcedat æſti-
ſtimatio bonorum, quidquid ſit in deliberatione,
quæ fit creditori tamquam plus offerenti *Surd. conſ.
256. num. 5 in fin. & num. 6. & 8. Afflict. deciſ. 358. Rot.
dec. 109. num. 8. & 10. dec. 323. numer. 6.* inter impreſſ.
apud *Modern. Peruſin. de manuten.* non factum Exe-
3 cutoris, ſeu Curſoris, * qui de ſtylo in executionem
decreti Iudicis adiudicet, & in ſolutum det, fun-
gendo vice partis, iuxta text. in *l. 1. C. in cauſ.
iudic.* non important dationem in ſolutum, cum
4 * aliud ſit decretum de dando in ſolutum, aliud ipſa
5 datio, & * ad tranſlationem dominij non ſufficiat
decretum Iudicis, niſi ſequatur traditio, hoc eſt exe-
cutio decreti, *Alex. conſ. 1. num. 4. lib. 5. & conſ. 90.
nume. 9. lib. 2. Mandell. conſ. 74. numer. 5.* & in puncto
*Gratian. diſcept. 545. num. 12. & ſeqq. relat. à Moder.
Piſauren de ſubhaſt. q. 26. n. 4. & ſeqq.*

6 Ita vt * nec ſuffragetur, quod creditor ante decre-
tum eſſet in poſſeſſione bonorum, quia ſemper de-
ficit conſenſus Iudicis, qui non dedit in ſolutum, ſed
decreuit dari de futuro, cum tamen ad hunc effe-
ctum requirantur verba de præſenti, & opus ſit præ-
cedenti æſtimatione, actuali datione in ſolutum per
Curſorem, aut Executorem iuxta ſtylum faciendæ,
vt in terminis *Gratian. d. diſcept. 545. num. 49. & ſeq.
Buratt. d. dec. 124. num. 16. & ſeqq. relat. à Modern.
Piſauren. de ſubhaſt. dict. q. 26. num. 19 & ſeqq.*

Non obſtat *Pariſ. conſ. 42. num. 31. lib. 1.* qui ait,
7 * non eſſe neceſſariam immiſſionem ex ſecundo de-
creto, ſeu traditionem, quando victor iam eſt in
poſſeſſione ex primo. Quia ſupponit, quod Iudex per
conſenſum de præſenti adiudicauerit bona credi-
tori, alioquin enim deeſt authoritas Iudicis neceſſa-
8 ria mediante decreto adiudicationis, * quod differt
9 à decreto de adiudicando, ſicut * promiſſio de accol-
lando ab accollatione, *l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum,
ff. de verb. oblig. Rot. coram S. M. Greg. XV. deciſ. 28.
numer. 2.* & mandatum de vendendo à venditione,
*Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. num. 42. & ſeqq.
Alex. conſ. 72. num. 9. lib. 3. Surd. conſ. 52. nu. 13. conſ. 372.
num. 1. Theſ. dec. 234. num. 5.*

Non obſtat, quod triduo poſt decretum, Obti-
nuit dari in ſolutum, Iudex ad inſtantiam eiuſdem
Laurentij inhibuit Clarici, ne ipſum moleſtat ſuper
Vinea, ſtante, quod inſtanti tradita in ſolutum, &
propterea ad ipſum pleno iure dominij ſpectat;
10 * vnde, iuncto d. præcedenti decreto, probari vi-
detur vera datio in ſolutum, *Abb. conſ. 742. num 10.*
Quia *Abb.* loquitur, quando præceſſit æſtimatio,
neque probatur negatiua, quod nuſquam emanaue-
rit decretum actualis adiudicationis per verba de
præſenti, quod non ſupplet d. inhibitio, quæ per
errorem ſupponit decretum actualis dationis in ſo-
lutum, & potuit fieri etiam vigore alterius iuris
inſtanti competentis ſuper Vinea, vt dixit *Rot. in Ro-
mana Domus 6. Februarij 1640. coram Eminentiſſ. D.
Card. Panzirolo, §. pen.*

Secundò, quia aſſerta datio in ſolutum eſt nulla, &
nullitas apparet ex ipſa lectura decreti exaduerſo
11 producti, * quo caſu ad eam probandam non eſt
opus vlteriori tranſportatione actorum. *Gratian.
diſcept. 968. num. 10. Rot. deciſ. 561. n. 11. par. 1. recent.*
12 * & poſſeſſor non eſt legitimus contradictor ad re-
tardandam immiſſionem fideicommiſſarij, ex alleg.
per. *Modern. Bononien. de legit. contrad. q. 7. num.
144. & 146.* & per *Modern. Peruſin. de manuten. ob-
13 ſeru. 42. nu. 155. Alb. conſ. 388. nu. 18.* * quamuis autho-
ritate Iudicis, poſſeſſionem ingreſſus fuiſſet, *Rot. in
Bonon. fideicommiſſi de Ronobo 16. Ianuarij 1589. co-
ram bo. me. Comitulo,* alleg. per *Modern. Bononien.
d. q. 7. num. 147.* Apparet, inquam decretum ema-
14 naſſe citata Clarice, cum tamen, * ſtante illius mi-
noritate, probata ex fide baptiſmatis, debuiſſet illi
deputari Curator, vt iudicium valide fieret, tam ex
diſpoſitione Statuti Vrbis cap. 49. lib. 1. quam iuris
communis, *l. admone adoleſcentem, C. qui pet. tut.
l. cum & minores, C. ſi aduerſ. rem iudic. l. acta, §.
contra, l. contra, pupillum, ff. de re iudic. Bero. conſ. 75.
num. 24. lib. 3. Rot. coram bo. mem. Buratto dec. 391. nu.
4. coram D. Vrgellen. deciſ. 142. nu. 1.* & plene in *Ma-
ceraten. Hæreditatis 2. Decemb. 1639. coram R. P. D.
meo Royas.*

Atque hinc de anno 1628. Clarix obtinuit per
ſententiam alterius Iudicis reintegrari ad poſſeſ-
ſionem huius Vineæ ; Vnde excluditur ratificatio
15 exaduerſo deducta ex acquieſcentia Claricis ; * ad
quam præterea eliciendam non ſatis fuiſſet acquie-
ſcentia, non probato, quod Clarice habuerit ſpe-
cificam ſcientiam nullitatis reſultantis ex capite
non deputationis Curatoris, & non factæ æſtima-
tionis, actualiſque adiudicationis, *Surd. conſil. 49.
nu. 32. & ſeqq. Gabr. conſ 36. nu. 60. & ſeqq. conſ. 146. nu.
14 lib. 1. Barz. dec. 48. num. 24. & ſeqq. Rot. coram
S. M Greg. XV. dec. 179. num. 6. & in d. Maceraten.
Hæreditatis coram D. meo Royas.* & redditur magis
turbidus titulus prætenſæ dationis in ſolutum, ac-
cedente præſertim, quod creditum, pro quo facta
fuit, non caret difficultate propter errores calculi
adductos pro Informantes pro Peroutio.

Tertio quia, reſoluto per mortem iure Claricis
debitricis Laurentij, reſolutum pariter fuit ius eiuſ-
16 dem Laurentij ; * qui pro debito Claricis hæredis
grauatæ non poteſt vltra eius vitam retinere bona
fideicommiſſo ſubiecta in præiudicium vocatorum
Rot. dec 15. num. 10. dec. 41. nu. 4. & 5. dec 42. nu. 1. penes
*Cenc. de cenſib. facit. text. in l. lex vectigalis, ff. de pign.
Surd. dec. 102. num. 12.*

Neque competit retentio ratione legitimæ debitæ
17 Clarici ex bonis fideicommiſſi, * in quam regulari-
ter cenſetur electa corpora alienata per hæredem,
l. Marcellus, §. res, quæ ff. ad Trebell. Quia Clarix non
alienauit hanc Vineam, ſed ſolum aſſignauit Lauren-
18 tio fructus, * quod longè differt ab aſſignatione pro-
prietatis, *Bolognett. conſ. 7 ſub num. 25. verſ. qui voluit
Alex. conſ. 30. num. 9 lib. 2.* &, cum diſtracta fuerint
alia corpora fideicommiſſi, & hæres grauata non
19 confecerit Inuentarium hæreditarium, * quod non
ſuppletur per Inuentarium tutelare factum nomine
tutoris, *Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap. 9. gl. 5. par.
1. num. 43. Rot. in Bononien. Fideicommiſſi de Glauari-
nis 10. Decembris 1638. coram R. P. D. meo Royas*, le-
gitima præſumitur conſumpta in alijs alienationibus
*Add. ad. S. M. Greg. XV. dec. 185. num. 6. Vrgellen.
dec. 360. num 2. & 3.* & fuit dictum in d. *Bononien.
Fideicommiſſi de Glauarinis 16. Decembris 1638. co-
ram R. P. D. meo Royas,* & in *Vernlana Fideicommiſſi
22. Iunij 1640. coram me.* Contra quas alienationes
obijci non poteſt, quod ſint poſteriores prætenſa
datione in ſolutum ; Quia ex ſupradictis nunquam
deuentum fuit ad tranſlationem dominij Vineæ me-
diante actuali datione per verba de præſenti, &
20 * in legitimam cenſentur electa, quæ primo alie-
nantur cum abdicatione dominij, non autem quæ

ſimpli-

Digitized by Google

ſimpliciter hypothecantur, *Ceph. conſ.* 189. *num.* 19.
& ſeqq. Peregr. de fideicomm. art. 39. *numer.* 8. *&* 9.
Rot. deciſ. 1. *numer.* 10. *apud. Modern. Forolinien. de*
legit.
21 Et in omnem euentum, cum datio in ſolutum ſit
euidenter nulla, & Laurentius ſemper Vineæ fructus
perceperit, quos ſaltem à die motæ litis tenetur re-
22 ſtituere, vel in creditum imputare, * eius creditum
redditur illiquidum, & per conſequens inefficax ad
retentionem, *Gratian. diſcept.* 734 *num.* 13. *Surd. dec.*
46. *num.* 16. *Canaler. dec.* 539. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 433.
num. 2. *par.* 2. *recent. dec.* 411. *num.* 24 *par.* 5. *dec.* 54.
ſub num. 11. apud *Modern. Piſauren. de ſubhaſt.* & in
Auximana Cenſus 10. *May* 1636. *coram Reuerendiſſ.*
D. meo Ghiſilerio Produano. in Recana. ten. Manuten-
tionis 27. *Iunij* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro*; eo
magis quia calculus, vnde probatio crediti deſumi-
tur, detegitur in pluribus erroneus, taliſque ideo
23 etiam in cęteris pręſumitur, *Gratian. diſcept.* 563.
num. 35. *S. M. Greg. XV. deciſ.* 79. *num.* 2. vbi *Add. n.*
6. allegant concordantes.

Non obſtat exceptio meliorament orum, quia ſuf-
ficit reſpondere, quod non fuit concludenter pro-
batum, quid impenſum, & quid melioratum, vt re-
24 quiritur, *l. in fundo, ff. rei vendicat. Peregr. de fidei-*
comm. art. 50. *num.* 70. *& ſeqq. Seraph. dec.* 898 *num.*
1. *Rot. inter recent. dec.* 650. *num.* 2. *par.* 2. *dec.* 395. *nu.*
25 47. *par.* 5. Et, * quatenus opus ſit, poterit à Perontio
præſtari cautio de reficiendis melioramentis, poſt-
quam fuerint liquidata, vt fuit dictum in *dec. Cana-*
ler. 54. *num.* 1. *verſ. verum quia, dec.* 48. *num.* 16. *par.* 7.
recent. & alias ſæpe.

Et ita deciſum, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Nullitatis Deliberationis.

Mercurij 27. Aprilij 1644.

SVMMARIA.

1 *Appellandi terminus eſt dierum decem à die ſenten-tia.*
2 *Appellanti reuerentialibus datis, datus intelligitur in Curia terminus dierum decem ad cauſam committendam.*
3 *Deſertio operatur, vt ſententia tranſeat in iudicatum.*
4 *Commiſſio appellationis in forma expeditur ſine partis citatione per viam Signaturæ Iuſtitiæ, & de diligentia facienda intra legitima tempora ad euitandam deſertionem & n 6.*
5 *Appellationes à ſententijs latis in Curia maiorem in proſequendo diligentiam requirunt, quam alia à ſententijs extra Curiam.*
7 *Sententia quando dicatur valida, & iuſta.*
8 *Reſcriptum ſuper facultate ſubhaſtandi bona capta in iudicio ſaluiani, & per aliquem ex impetrantibus detenta, & n.* 16. *& in fin.*
9 *Deliberatio non ſeruata reſcripti forma, & eo magis contra illius formam facta, eſt notoriè nulla.*
10 *Exceptio de iure tertij allegari poteſt, quando ius tertij eſt ipſo iure excluſiuum iuris agentis, & redditur ratio.*
11 *Exceptio de non iure agentis allegari ſemper poteſt.*
12 *Citare an ſufficiat Abbatiſſam, vel citandæ ſint Moniales Capitulariter congregatæ, & quomodo.*
13 *Citatio contra Vniuerſitatem non Collegialiter congregatam quando teneat.*
14 *Deliberatio facta non habita ratione fructuum perceptorum dicitur exceſſiua.*
15 *Penſiones domus perceptæ ſemper præſumuntur ab eo, qui illius poſſeſſionem nactus fuit, non docto, quod alius perceperit.*
16 *Deliberatio facta ſpreta inhibitione eſt nulla, & attentata. Ampl. & Lim. vt ibid. & n.* 19. *&* 20.
17 *Bona emphyteutica non cadunt ſub hypotheca. Lim. vt num* 19.
18 *Subhaſtatio non poteſt iuſtificari ex nouiter deductis.*
20 *Signatura eſt adeunda pro declaratione reſcripti, & interim timenda inhibitio.*
21 *Bona non debitoris ſubhaſtari, & deliberari non poſſunt.*
22 *Creditor ex ſaluiano immiſſus non poſſidet ſibi, ſed debitori.*

DECISIO CXC.

SVb die 6. Iunij anni 1643. Rota coram me cenſuit
ſententiam A. C. declarantem nullam, & inuali-
dam deliberationem domuncularum, de quibus agi-
tur, ad inſtantiam Catherinæ Caſtrucciæ delibera-
tarum Auguſtino Albertino non tranſijſſe in iudica-
tum, ex duobus fundamentis. Primò ob interpoſitam
intra legitimum tempus appellationem, cum ſenten-
tia lata fuerit die 13. Martij 1641. & appellatio die
1 22. eiuſdem interpoſita, ſicque * intra decem dies à
iure conceſſos ad appellandum, *c. quoad conſultatio-*
nem. de ſent. & re iudic. c. Romana, §. ſi vero. & c. non
ſolum. de appell. in 6. auth. hodie. C. eod. Secundò ob
notoriam illius iniuſtitiam in deciſione probatam.
Cauſa repropoſita ſuper eiſdem per tres vices, ſu-
pradicta die pro reuocatione deciſionis fuit reſolu-
tum, & dictum, conſtare de re iudicata.

Quia, etiamſi interpoſita fuerit appellatio intra
legitima tempora, nihilominus, cum Iudex in ad-
miſſione appellationis dederit terminum iuris &
2 ſub die 30. Aprilis reuerentiales, * in quorum for-
mula de ſtylo continetur dilatio decem dierum ad
cauſam remittendam, dum commiſſio fuit ſolum
exhibita ſub die 5. Iulij, & ſic extra terminum di-
ctorum decem dierum, qui datis reuerentialibus,
cenſetur à Iudice datus in Curia, *Lancell. de attent.*
par. 2. *cap.* 12. *in præfat. num* 59. cum pluribus ſeqq.
iuxta *dec. Caſſad.* 4. *de appellat.* & firmaui *Rot. coram*
bo. me. Buratto dec. 171. *num.* 4. appellatio fuit de-
ſerta, &, * ſtante ſimili deſertione, clarum eſt, ſen-
tentiam feciſſe tranſitum in iudicatum. Nec talis de-
ſertio euitari poteſt ex eo, quod tranſmiſſa fue-
rit commiſſio ſignanda, & facta fuerit diligentia
pro ea obtinenda. Primò, quia commiſſio pro Si-
gnatura Gratiæ non fuit ad effectum obtinendi com-
4 miſſionem appellationis (* pro qua adeundus erat
Eminentiſſimus Signaturæ Iuſtitiæ Præfectus abſque
aliqua partis citatione, cum eſſet commiſſio appel-
lationis in forma) ſed ne fieret extractus, & firmus
remaneret Notarius; ideo tamquam concernens di-
uerſum articulum, & intereſſe ſuffragari non poteſt
ad probandum diligentias in committenda cauſa ap-
pelationis. Secundò quia Catherina, recurſu ha-
bito ad Sanctiſſimum de menſe Aprilis, reiectaque
quæ commiſſione propter præiudicium Notarij, pre-
ſentauit commiſſionem Signaturę Iuſtitiæ ſolum
ſub die 5. Iulij, expeditam, vt dicitur, *ſotto la banca*
poſt ſeruatos terminos ad docendum de appellatio-
ne, & poſt relaxationem mandati pro expenſis; &
propterea Dominis diligentia Catherinæ non viſa
fuit

Digitized by Google

fuit ſufficiens ad impediendam rem iudicatam; de-
bebat enim adire Eminentiſſimum Signaturæ, Iu-
ſtitiæ Præfectum, vel D. Regentem Cancellariæ,
vel ſaltem Reuiſorem, eique commiſſionem præ-
ſentare, & obtinere de more fidem, iuxta opinio-
nem Rotæ coram *Caputaq. dec. 32. numero 3. p 1. & in Perusina de Vbaldis coram Card. Hieronymo Pam-
philio, impreſſa per Marcheſ. de commiſſ. par. 2.
fol. 13. in Foroliuien. de Torellis coram Card. Mar-
quemontio, impreſſa vbi ſup. fol. 79. quãs ſecuta fuit
Rota in Viten. Capellæ Veneris 2. Maij 1636. coram
Eminentiſſimo D. Card. Macchiauello, quæ eſt deciſ.
590. par. 5. recent. à num. 1. vſque ad num.* 6. Cum
5 * in appellationibus à ſententiis latis in Curia requi-
ratur maior diligentia in proſequendo, *Rot. deciſ.
25. de appell. in nou. & coram bo. me: Buratto d. dec.
171. numero* 6. quam in aliis latis extra Curiam,
6 * ibidem enim ſufficit appellanti intra tempus da-
tum iter arripere, *c. cum cauſa, de re iud. Specul. in
tit. de appell §. nunc breuiter, verſ. item quid ſi pars.*
In Curia autem ex ſupradictis non ſufficit, quod
appellans iter arripiat verſus Cancellariam, ſed
opus eſt, quod accedat ad V. Cancellarium, ſeu
Regentem Cancellariæ, ſi poterit, alioquin de hoc
proteſtetur, & præſentet commiſſionem ſignandã,
recipiatque ſuper hoc publicum inſtrumentum, ſeu
fidem præſentatæ in ea'ce commiſſionis, prout in
praxi ſeruandum eſſe, teſtatur *Lancell. de attent. par.
2. cap. 12. in præfat. numero 65. & 71.* quem refert, &
ſequitur *Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. q. 14. numero 36.
& Rota coram Caſſad. dec. 4. de appell. numero* 2. di-
cit, quod appellans debet adire V. Cancellarium, aut
Locumtenentem, vel eum, qui pro tempore ad Si-
gnaturam commiſſionem eſt Præfectus, & ſi erit
impeditus, proteſtari; alias appellans non dicitur
feciſſe debitas diligentias; Ita quod, cum in facto
huiuſmodi diligentiæ non probentur, concluſio-
nes, & iura in deciſione allegata, in ſe veriſſima, non
applicantur.

Minus cenſuerunt Domini impediri poſſe tranſi-
tum in iudicatum ſententiæ ex capite notoriæ in-
iuſtitiæ, quia huiuſmodi notoria iniuſtitia non
probatur concludenter à Catherina, quinimmò
7 * ſententia A. C. videtur valida, & iuſta eo ipſo,
quod reuocauit ſententiam iniuſtam, & reſtituit in
integrum Patres Sanctorum Apoſtolorum, Iſabel-
lam de Remediis, aliosque Creditores Andreæ ad-
uerſus deliberationem nulliter, & indebitè con-
ſumptam à dicta Catharina Caſtruccia, & Auguſti-
no filio.

Nullitas ſupradictæ deliberationis reſultat ex
eo, quod reſcriptum Sanctiſſimi obtentum à Patri-
bus, & Iſabella iuſtiſſimum, dum conſulebat vtri-
8 que parti, quia in eo * mandabatur A. C. vt deueni-
ret ad ſubhaſtationem, & deliberationem bonorum
d. Andreæ per ipſos Catherinam, & Auguſtinum
detentorum, illis ab eorum poſſeſſione non amo-
tis, ad effectum in primis ſatisfaciendi eiſdem de
eorum creditis, & de reſiduo pretii aliis creditori-
bus, habebat in ventre plures clauſulas. Conſtito,
quod intra decennium non poſſit ſatisfieri; Qua-
tenus ſententia ſuper immiſſione contra Moniales
S. Ambroſij, in iudicio ſaluiani lata, tranſiuiſſet in
iudicatum; Et vlterius, quod Monialibus præfige-
retur terminus ad probandum, & reluendum, quo
elapſo, & nihil, quod releuet, deducto, reluitione
non facta, procederetur ad ſubhaſtationem do-
munculatum, & tamen ad deliberationem fuit de-
uentum, non docto de impoſſibilitate ſatisfactionis
intra decennium, nec præfixo termino, minuſque
probato, d. ſententiam tranſiiſſe in iudicatum, &
9 propterea * deliberatio, tanquam facta non ſer-
uata forma, &, quod plus eſt, contra formam ipſam
reſcripti, fuit notoriè nulla, *Abb. in c. cum dilecta n.
4. de reſcript. allegatus à Rota coram bo: me: Buratto
dec. 854 num. 2.*

Nec ſubſiſtit, prout fuit dictum in deciſione, quæ
reuidetur, quod Patres, & Iſabella, nullum ius ha-
bentes à Monialibus, non poſſint dare de iure ter-
tij, quodque ſententia verè tranſiuerit in iudicatum
cum Moniales in tempore non appellauerint; dum
non controuertitur, quod ſententia fuerit lata die
24. Auguſti 1632. appellatio verò fuerit interpoſita
die 6. Septembris ſequentis, & ſic poſt lapſum de-
10 cem dierum ad appellandum; quia * concluſio, quod
de iure tertij regulariter dari non poteſt principa-
liter limitatur, non procedere, quando d. ius ter-
tij eſt ipſo iure excluſiuum iuris Agentis, vt firma-
uit *Rota coram Sanct. Mem. Greg. XV. deciſ.* 425.
numero 3. ex ibi allegatis, *Crauett. conſ.* 191 *numero*
3. *Surd. conſil.* 415. *numero* 16 & 17. *& Theſaur. dec.*
4. *numero* 1. Et ratio eſt, quia tunc non eſt proprium
11 dare de iure tertij, ſed de non iure agentis, * quod
ſemper licitum eſt. Quo vero ad ſententiam, cita-
tio executa contra Abbatiſſam ſimpliciter, non au-
tem contra Moniales Capitulariter congregatas
non operatur, quin ſufficiat appellatio interpoſita
12 à die habitæ notitiæ, quia, † cum ageretur de præ-
iudicio Monaſterij, erat exequenda contra Monia-
les Capitulariter congregatas, requirendo Abba-
tiſſam, vt eas congregaret, ad tradita per *gl. in c.
ſi Capitulo in verb. factum. de conceſſ. præbẽn. in 6.
Alex. conſ. 219. numero 2. & 11. lib. 6. Rota coram
Mantic. dec. 309 numero 4. coram Seraph. dec. 115.
13 numero 1. & coram Sanct. Mem. Greg. XV. dec.
584. n. 2. & ibi Add. num. 6.* vbi quod, † ſi Vniuer-
ſitas nollet congregari, fieri debet inſtantia apud
eum, qui habet facultatem congregandi, & tunc
ſi non congregetur, valet citatio, etiam non Colle-
gialiter facta, vt dixit Rota in Terdunen. Bonorum
15 Decembris 1614 coram bo: me: Patriarcha Man-
14 zanedo.

Vlterius † talis deliberatio probatur exceſſiua,
cum ſubhaſtio fuerit facta pro integra dote Cathe-
rinæ ſcutorum 1100. non habita ratione quantitatis
pecuniarum per eam receptæ; minuſque ad quam
ſummam aſcenderent penſiones decurſæ ab anno
1632. de quo tempore fuit immiſſa in ſaluiano, vſque
15 ad annum 1637. quo ſecuta fuit deliberatio, * quas
penſiones percepiſſe præſumitur toto hoc tempore,
cum domunculæ, de quibus agitur, fuerint locatæ,
& non doceat, ab aliis fuiſſe perceptas, iuxta opi-
nionem, quam perpetuo ſecuta fuit Rota in Com-
poſten. Fructuum 6. Martij 1590. coram Platto, in
Panormitana Archidiaconatus 22. Maij 1592. coram
Penia, & ita paſſim.

Demum quia facta fuit in ſpretum inhibitionis
obtentæ à Patribus vigore alterius commiſſionis,
in qua, vt fuit dictum ſupra, Sanctiſſimus reſcripſe-
rat A. C. ut procederet ad ſubhaſtationem, & deli-
berationem bonorum hæreditariorum Andreæ, non
amotis à poſſeſſione Catherina, & Auguſtino, ad
effectum in primis ſatisfaciendi eis de eorum cre-
16 ditis, & de reſiduo pretij creditoribus, † & ſic
nulliter, & attentate, *c. non ſolum, &c. Romana de
appell. in 6.* Et quamuis in deciſione fuerit dictum,

ſupradictos creditores ſuper dictis domunculis nul-
17 lum potuiſſe prætendere intereſſe, cum * non eſſent illis obligatæ, tanquam emphyteuticæ Dominorum de Naris cum expreſſa prohibitione illas alienandi, obligandi, vel hypothecandi ſine conſenſu ipſorum, de quo non docuerunt Patres, & Iſabella; attamen quidquid ſit, an conſtet de emphyteuſi concludenter, prout requiritur, viſum fuit, ceſſare difficultatem ex duobus. Quia nempe iura ad hoc probandum fuerunt producta poſt ſubhaſtationem,
18 † quæ non poteſt iuſtificari ex nouiter deductis, vt dixit *Rota Romana Vineæ* 10. *Martij* 1623. *coram bo: me: Remboldo, impreſſa per Cenc. poſt addit ad tract. de cenſib. dec.* 111. *numero* 7. *alias dec.* 434. ſecundum
19 modernam impreſſionem. Et quia, cum * in bonis emphytheuticis, non obſtante ampliſſima prohibitione alienandi, & hypothecandi remaneat ſemper hypothecabile ius, ſeu commoditas percipiendi fructus, iuxta doctrinam *Bart. in l. codicillis.§ inſtituto, num.* 4. *ff. de leg.* 2. quem ſequitur *Molin. de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 2. *numero* 10. *&* 11. vbi alios allegat, & *num.* 12. pluribus relatis ita cenſuit *Rota in Romana Saluiani* 27. *Aprilis* 1643. *coram R. P. D. Cerro*, deinde approbata in *Romana Vineæ* 4. *Maij eiuſdem anni coram R. P. D. Peutingero*, in quibus deciſionibus fuit reſolutum, hoc ius venire in generali obligatione, non obſtante ampliſſima prohibitione. Hoc poſito, conſtat de ſufficienti intereſſe, ratione cuius ſuſtineri poterat inhibitio.
20 Vltra quod, † ſi dubitabatur de comprehenſione in commiſſione, & inhibitione, propter facilem aditum ad Signaturam, illa debebat adiri pro declaratione, & interim timeri inhibitio, vt in iſtis terminis paſſim firmauit Rota, & non de facto ſperni, prout factum fuit, commiſſio, & inhibitio.

Minus ſubſiſtit, quod iſtæ domunculæ non eſſent in hæreditate Andreæ, vti illæ, quæ per ſubhaſtationem, & deliberationem iam antea, viuente Andrea, fuerant à dictis Monialibus S. Ambroſij creditricibus ablatæ; Quia de tempore, quo d. commiſſio ſignata fuit, dictas domunculas detinebat Catherina immiſſa in ſaluiano in poſſeſſionem contra dictas Moniales pro credito anteriori ſuæ dotis
21 contra Andream maritum; * Vnde ſi fuiſſent bona Monialium, non autem Andreæ debitoris, non potuiſſet Catherina ſubhaſtare, & ſibi deliberari facere; Stante autem auocatione à Monialibus, domunculæ in priorem cauſam pignoris rediiſſe dicuntur, & ſic, cum tunc temporis poſſiderentur à Catherina vigore ſaluiani, certum eſt, quod poſſidebantur vti hæreditariæ Andreæ debitoris; & *
21 creditor immiſſus in ſaluiano non poſſidet ſibi, ſed debitori, vt late comprobant *Surd. conſ.* 481 *numero* 14. *Natt. conſ.* 535. *numero* 5. *& ſeqq.* & notant omnes in *l. cum notiſſimi. in princ. C. de præſcript.* 30. *ann.*

Ex prædictis itaque cum appareat de nullitate deliberationis, de iuſtitia ſententiæ A.C. per quam d. deliberatio fuit declarata nulla, & quod cauſa appellationis non fuerit commiſſa intra debitum tempus, Domini, reuocando ſupradictam deciſionem, cenſuerunt, conſtare de re iudicata; eoque facilius in hunc ſenſum inclinarunt, cum hæc res iudicata non deducatur ad effectum priuandi Catherinam, & Auguſtinum iure ſuo anteriori, ſed ad effectum, vt domunculæ iterum ponantur ſubhaſta, non amotis ab earum poſſeſſione dictis Catherina, & Auguſtino, eiſque in primis, & ante omnia ex pretio ſatisfactis, & vt de reſiduo pretij, ſupererit, ſatisfiat aliis creditoribus iuxta formam commiſſionis, alias per Sanctiſſimum ſignatæ ad inſtantiam dictorum Patrum Sanctorum Apoſtolorum, Iſabellæ de Remediis, & aliorum creditorum præfati Andreæ iam defuncti.

R. P. D. VEROSPIO.

Nepeſina Pecuniaria.

Mercurij 4. Maij 1644.

SVMMARIA.

1 *Curatore legitimè deputato hereditati iacenti debitoris & citato, validè proceſſum dicitur.*

2 *Curatoris hereditati iacenti in deputatione citandi ſunt ij, quos prima cauſa ſucceſſionis tangit. Decl. numero* 3.

4 *Defunctus, alio non probato, præſumitur deceſſiſſe ſine filiis, & hæredibus*

5 *Colluſio argui ſolet ex præſumptionibus, & coniecturis. Decl. vt num.* 7.

6 *Colluſio ſæpe delictum.*

8 *Curator, qui comparuit, & exceptiones aliquas oppoſuit, præſumitur bene functus officio ſuo, & legitimè defendiſſe, non docto de aliis exceptionibus competentibus.*

9 *Curator, & Procurator poteſt, agnoſcendo bonam fidem, à ſententia iuſta non appellare.*

10 *Colluſio omnis excluditur à iuſtitia ſententiæ.*

11 *Fideicommiſſum reintegrandum eſt ex hereditate grauati, qui alienauit.*

12 *Fideicommiſſi bona diſtrahi poſſunt pro ſoluendo ære alieno teſtatoris prohibitionem non obſtante. Ampl. vt n.*13.14.16. *Reſtringe vt n.*17.20.*&* 24.

15 *Crediti admiſſa ſubſtantia, illius quantitatem poteſt debitor teſtamento remittere declarationi creditoris in materia non prohibita.*

18 *Teſtator diſponere poteſt & de re propria, & de bonis, & iure heredis grauati.*

19 *Hæres ſeruare tenetur fideicommiſſum in re propria à teſtatore conſtitutum pro rata fructuum ex re ſibi relicta perceptorum.*

21 *Inuentarium præſeruat heredem à damno, non illi commodum affert, & n.*23.

22 *Inuentarium non legitimum non ſuffragatur.*

25 *Hæres non poteſt impugnare alienationes defuncti. Lim. vt n.*26.

27 *Exceptio alterius inſpectionis eſt reijcienda.*

DECISIO CXCI.

IN ſententia A.C. ad inſtantiam Brigittæ fideicommiſſariæ Sempronij condemnata fuit hæreditas iacens Marci Antonij præuia deputatione Curatoris, ad reintegrandum fideicommiſſum eiuſdem Sempronij, quod contra expreſſam illius voluntatem ab eodem Marco Antonio diminutum fuerat, alienando bona valoris ſcutorum 2170. A qua ſententia cum appellaſſet Margherita, quæ fuit vxor Marci Antonij, illam impugnando, tam ex capite nullitatis, quam iniuſtitiæ, Propoſui dubium, *An*, ſententia eſſet confirmanda, vel potius infirmanda, & Domini confirmandam eſſe reſponderunt.

1 Illius enim * validitas probatur ex actis, ex quibus apparet, à Iudice legitimè deputatum fuiſſe Curato-

Digitized by Google

Curatorem hæreditati iacenti Marci Antonij, quam
præuio monitorio Curatori intimato, ac præceden-
tibus contra eumdem citationibus neceſſariis fuiſſe
ad reintegrationem fideicommiſſi in ſumma præ-
dicta, ex qua deputatione Curatoris inſultat eiuſdem
ſententiæ validitas. iuxta *text. in l. 1. ff. de curat. bon.
dan & l. ſi diu. ff. quib. ex cauſ. in poſſ eat. vbi not. Ang.
nu. 1. & in l. 3. §. toties, num. 3. ff. de damn. infect.* vbi
etiam *Imol. in §. Prætor ait, num. 30. Bart. in l. ſi quis
inſtituatur, num. 2. ff. de hæred. inſtit. Bald. in rubr. n.
2. verſ. dici poteſt. C. de ſucceſſ. edict.*

Non obſtat, quod in ea deputatione Curatoris
citati non fuerint ii, quibus competebat prima cau-
2 ſa ſucceſſionis, quos neceſſario citandos eſſe, tra-
dit *Bart. in l. 1. n. 3. ff. de curat. bon. dan. Alex. conſ.
107. num. 5. lib. 5. Menoch. de arbitr. lib. 1. caſ. 150.
num. 10.*

3 Quia † ea citatio neceſſaria fuiſſet, ſi certi fo-
rent ii, ad quos primo ſpectabat ea ſucceſſio, vt
puta ſi filij, vel hæredes Marci Antonij extitiſſent, vt
declarat, *Bart. in l. ſi diu. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.
Capyc. dec. 187. num. 2, verſ. quod ſecundum*, vbi ita
declarat, intelligendas eſſe auctoritates contrarias;
4 * quos dum non probatur habuiſſe, Marcus Anto-
nius ſine eis deceſſiſſe præſumitur, *l. ex facto, §. ſi
quis autem, ff. ad Trebell. vbi Bart. num. 1. Ang. &
Caſtr. nu. 2. cum aliis Add. Maſcard. de probat. con-
cluſ. 801. numero 1. & 3. Rot. coram Mantic. dec. 32.
numero 1.*

Neque ſubſiſtit obiectio, quod Curator hære-
ditati deputatus, colludendo cum Brigitta hæredi-
tatem reliquerit indefenſam, Tum quia nullas op-
poſuit exceptiones; Tum quia nec ab eadem ſenten-
tia appellauit, ex qua omiſſione videtur iuſtificata
5 colluſio, quæ ex præſumptionibus, & coniectutis
argui ſolet, iuxta *text. in l. qui autem. §. non ſim-
pliciter, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Menoch. in tract.
de præſumpt. præſumpt. 26. n. 5. lib. 5. Rota coram Ve-
rall. dec. 143. num. 1. par. 1.*

Tales enim coniecturæ non viſæ fuerunt argue-
6 re poſſe allegatam colluſionem, * quæ cum ſapiat
delictum, iuxta *tex. in c. 1. & c. audiuimus, de colluſ.*
7 *deteg.* * concludentibus coniecturis iuſtificari debuiſ-
ſet, quæ eſſent proximæ ad actum, & plene in ſuo
genere probatæ, vt declarauit *Rota coram Verallo
dec. 25. lib. 1. M. S.* & late deductum fuit in *Aquilana*
8 *Canonicatus 9. Iunij 1614. coram Vbaldo.* * Ceſſat
enim ex facto, quod Curator, hæreditatem reli-
querit indefenſam, cum ex actis appareat de illius
compatitione facta in iudicio, & de exceptionibus
ab eodem oppoſitis, ex quibus oritur præſumptio,
quod bene fuerit ſuo functus officio, ac hæredita-
tem legitimè defenderit, donec exaduerſo doceatur
de aliis exceptionibus, quas opponere potuiſſet, ex
notat. in *c. ad audientiam, §. nos igitur, de præſcript.
Abb. conſ. 41. nu. 2. lib. 1. Aym. conſ. 77. n. 11. Cephal.
conſ. 359. n. 71. Menoch. præſumpt. 85. lib. 2. in prin-
cip.* Altera vero obiectio deducta ex omiſſione ap-
pellationis neque viſa fuit eſſe concludens, cum ta-
lis omiſſio procedere potuiſſet ex agnitione bonæ
fidei, & ex iuſtitia ſententiæ, cui decreuerit acqui-
9 eſcere; * quo caſu excuſatur Procurator, qui à ſen-
tentia non appellauit, vt tradit *Bald. in auth. hodie,
nu. 3, verſ. aut. Procurator bona fide, C. de appell. Re-
buff. in tract. de appell. art. 1. gl. 2. n. 4. Scacc. eod. tract.
q. 12. num 131. & 137.*

10 Iniuſtitia vero ſententiæ, * à qua excludi ſolet
omnis præſumptio colluſionis, vt ponderauit *Rota
Poſſ. de Subhaſt.* Pars II.

dec. 99. numer. 3. par. 5. recent. probatur ex prohibi-
tione alienationis in fideicommiſſo Sempronij ad fa-
uorem Marci Antonij, ac eius lineæ, eaque deficien-
te ad fauorem Fulnij, ac illius deſcendentium inſti-
11 tuta, † qua non obſtante, cum Marcus Antonius
alienauerit bona eius fideicommiſſi iure condemna-
ta fuit in ſententia illius hæreditas, vt pro ſumma
alienata fideicommiſſum reintegraret, *l. mulier. §.
ſed enim*, & notat ibi *Bart. & Caſtr. in princ. ff. ad
Trebell. l. cum res, §. ſed ſi Stbicas, in fin.* & notat *gl.
in verb. culpa, ff. de leg. 1. Bald in l. filium, quem n. 43
C. famil. ercifcun. Decian. conſ. 94 n 44. Menoch. de ar-
bitr. caſ. 49. n. 1.*

Hæc autem alienatio nec ſubſtineri valet ex
cauſa æris alieni, quod Marco Antonio ſoluere
tenebatur hæreditas Sempronij, * in quam cauſam,
12 vti neceſſariam permittitur diſtractio bonorum fi-
deicommiſſi contra expreſſam teſtatoris volunta-
tem, iuxta *text. in l. peto, §. prædium, ff. de leg. 2.* vbi
poſt *gloſ. in l. voluntaria*, notat *Bart. in princ.* & alij
Doctores communiter, *Odd. de fideicom. q. 31 art. 3.*
13 *num. 124. & 131.* * licet creditum ſpectaret ad graua-
tum, qui illud nihilominus deducere, & retinere
poteſt, quamuis confuſum ob non confectionem
inuentarij, *l. in imponenda, C. ad leg. falcid. l. de-
bitor, ff. ad Trebell.* cum aliis per *Card. Mantic. de
coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 15. Craſſ. in §.*
14 *fideicommiſſum, q. 47. num. 3.* † Nec arctatur com-
penſare cum fructibus ex fideicommiſſo perceptis,
cum illi ex iudicio teſtatoris fideicommiſſario quæ-
ſiti cenſeantur, *l. fideicommiſſaria, ff. ad Trebell.* no-
tant *D. D. in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. eod. tit.*
& de communi teſtatur *Peregr. de fideicomm. art. 35.
num. 10.* Quod vero Marcus Antonius creditor eſſet
Sempronij iuſtificatur ex declaratione à ſe facta in
vim facultatis conceſſæ in teſtamento declarandi
quantitatem ſibi debitam, cuius ſubſtantiam faſſus
15 fuerat idem Sempronius, † quæ facultas, dum non
reſpicit materiam prohibitam, impugnari non
valet, vt tradit *Bart. in l. fin. numero 30. ff. de
prætor. ſtipulat.* & aliis relatis auctoritatibus firma-
uit *Rota in Bononien. de Bauoſis 5. Iunij 1638. coram
bo: mem: Buccabella, & 17. Iunij 1641. coram R. P. D.
meo Cerro.*

16 Quia, licet † vera ſit concluſio, quod ex cauſa æris
alieni diſtrahi poſſint bona fideicommiſſo ſuppoſita,
nec grauatus compenſare teneatur proprium credi-
tum cum fructibus ex eodem fideicommiſſo perce-
ptis; * ea tamen limitatur, dum teſtator expreſſe
17 diſpoſuit de eiſdem fructibus, in quibus creditum
hæredis compenſari mandauit (prout hoc caſu con-
tingit) tunc enim fructus exacti ad fideicommiſſa-
rium pertinere non poſſunt, ſed vel imputandi ſunt
in creditum iuxta præceptum teſtatoris, vel redden-
di ſequentibus in gradu in reſtitutione fideicom-
miſſi, vt probat *text. in d. l. fideicommiſſaria, ff. ad
Trebell. & in l. ſi debitor, ff. ad leg. falcid. l. 3. §. mu-
lier, ff de dot. prælег. l. ſi compenſandi, C. de hæred. in-
ſtituend. Rip. in d. l. fideicommiſſaria. ff. ad Trebell. nu. 6.
Gabr. conſ. 24. numer. 7. & 10. lib. 1. Sim. de Prat. de in-
terpr. vlt. volunt. lib. 3. dubit. 5 ſolut. 4. num. 19. Fuſar.
de ſubſtitut. qu. 665. nu. 12.* * Permiſſum eſt enim à
18 iure teſtatori non ſolum de re propria diſponere,
ſed etiam de bonis, ac iure hęredis grauati, vt in
*l. vnicum ex familia, §. ſi rem, ff. de leg. 2. l. cum pater,
§. Titio, l. Imperator, §. cum quidam, ff. eod tit. l. quod
de bonis. §. quod autem ff. ad leg. falcid. l. hæredum C. de*
19 *fideicomm.* Qui † hæres pro rata fructuum perce-

Q 2 ptorum

ptorum ex re à teſtatore ſibi relicta fideicommiſſum
in re proprio conſtituutum ſeruare tenetur, vt pro-
bat *text. in l. filius familias, 117. §. apud Marcellum,*
ff. de leg. 1. gloſ. in l. cohæredi, §. cum filia, in verb. te-
nebuntur, ff de vulg. Bald. in l. cum pater, §. Titio n.
1. ff. de leg. 2. & in l. Imperator, §. ſi centum, n. 1. ff. eod.
tit. Bellon. conſ. 99. num. 21.

Non obſtat * beneficium Inuentarij ad effectum,
20 vt Marcus Antonius compenſare non teneatur cum
21 fructibus ex fideicommiſſo perceptis, cum † illud
præſeruare ſoleat hæredem à damno, iuxta tex. in
l. vlt. §. & ſi præfatam, C. de iur. delib. Surd. deciſ.
91. nu. 1. Rot. in Romana Annuæ Præſtationis 4. Iulij
1618. coram bo: mem. Cardin. Veroſpio.

Præterquam enim tale Inuentarium negatur eſſe
22 legitimum, † quod ideo ſuffragari non valet ac
ſi factum non fuiſſet, *l. mulier, §. non quæuis, ff. de*
bon poſſeſſ. contr. tabul. Roland. conſ. 73. nu. 28. lib. 2.
Surd. dec. 222 num. 2. Rot. coram Greg. deciſ. 496. n. 2.
23 * Illud ſolum fuit inuentum, ne hæres damnum
ſentiat, non autem, vt commodum ex hæreditate
24 percipiat, & ita compenſationem crediti contra
expreſſam teſtatoris voluntatem impedire non po-
teſt, iuxta *tex. in l. vlt. & in §. licentia, C. de iur.*
delib. notant *DD. in §. in computatione C. eod. tit.* vbi
Bald. num. 11. Caſtr. num. 1. Iaſ. num. 8. Bart. in l. cum
emptor, in princ. vbi etiam *Alex. ff. ad leg. falcid.*
Soccin. iun. conſ. 108. n. 42. lib. 2. Surd. dec. 30. n. 13.

Non obſtat, quod Brigitta ex perſona Fuluij
25 fuerit hæres Marci Antonij, * cuius, propterea
alienationem impugnare non poſſit, iuxta *text. in*
l. cum à matre, C. de rei vendicat. & in l. ex qua per-
ſonas ff. de reg. iur. & l. ſi ab eo, C. de liber. cauſ.

Quia ceſſat obiectio ex inuentario, cum quo eam
26 hæreditatem adiuit, cuius cauſa poterit alienatio-
nem impugnare in ea parte, quæ ſuperat vires hæ-
reditarias, vt concluſionem limitant *Doct. in d. l. cum*
à matre, vbi Bald, num. 10. Fulgoſ. in fin. Arius Pi-
nell. par. 3, nu. 81. in 7. ampliat. Gabr. de reg. iur. concl.
11. num. 9. Fuſar. de ſubſtitut. q. 557. n. 12.

Non obſtat allegata tranſactio inter Fuluium au-
ctorem Brigittæ, & Margaritam ſuper eius cre-
27 dito dotali, cum hæc * exceptio tanquam alterius
inſpectionis deſeruire non poſſit ad infirmandam
ſententiam condemnatoriam hæreditatis Marci
Antonij ſuper reintegratione fideicommiſſi, quod
ab eo contra expreſſam Sempronij voluntatem fue-
rat diminutum.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Cenſus.

Lunæ 6. Martij 1645.

SVMMARIA.

1 *Tertius poſſeſſor non poteſt executiuè conueniri. Lim.*
vt n. 2. Sublim. vt n. 3.

4 *Statuti qualitates ſunt probandæ ab illo, qui in eo ſe*
fundat.

5 *Hypotheca in extincto cenſu contracta non transfertur*
in nouam ex eadem pecunia emptum, niſi ita con-
ueniatur, & n. 10.

6 *Hypotheca ad creditorum defuncti fauorem non cadit*
in cenſu, & re empta ex pecunia hæreditaria,
Ampl. vt n. 9.

7 *Pecunia aliena quæ acquiruntur, ſunt acquirentis*
qui ſolum actione peſonali tenetur ad pecuniæ reſti-
tutionem.

8 *Hypotheca ſuper pecuniis extinguitur earum conſum-*
ptione.

10 *Res empta ex pretio rei hæreditariæ fit hæreditaria,*
ſtante pacto reinueſtiendi. Lim. vt n. 11.

11 *Pacta inter alios non proſunt non paciſcentibus.*

12 *Cenſus emptus poſt mortem alicuius ex illius bonis non*
poteſt dici ab eo poſſeſſus.

13 *Subrogatio, & fictio non cadit ſuper impoſſibili.*

14 *Statutum loquens de poſſidente intelligitur de poſſeſ-*
ſione vera.

15 *Fideicommiſſario an, & quare detur immiſſio in bo-*
nis ſubrogatis.

16 *Hæreditas, non reddita per hæredem etiam benefi-*
ciatum ratione, præſumitur ſoluendo, & hæres ad
debita tenetur.

17 *Hæreditas, & illius commiſſa diſtributio intelligitur*
omni ære alieno deducto.

DECISIO CXCII.

MArchio Franciſcus Vrſinus vigore inſtrumen-
ti de anno 1623. inter ipſum, & Flauium Mac-
ciarellum, & Conſtantiam Cotiam coniuges, qui
Iuliam eorum filiam eidem Marchioni cum dotis
promiſſione ſcutorum 6000. nuptui tradiderunt,
confecti, mandatum executiuum ab A. C. Angelo
pro ſcutis 600. videlicet d. dotis reſiduo contra
Franciſcum Fierauantem poſſeſſorem cenſus ſcuto-
rum mille, vti ad d. Conſtantiam ſpectantis obti-
nuit, & contra prædictum cenſum, quem etiam ſi-
bi, facta prius executione, ſubhaſtatione, decreto-
que de deliberando vltimo, & plus offerenti, adiu-
dicari fecit eiuſque poſſeſſionem cœpit. Interpoſi-
ta exaduerſo per Fierauantem appellatione, cauſa
in Rota ſine præiudicio legitimæ executionis com-
miſſa, dubitatum fuit, An, & cui ſit dandum man-
datum de manutenendo Domini, eſſe dandum Fie-
rauanti, reſponderunt. Quia Fierauantes vt partes
1 fatentur, erat tertius poſſeſſor huius cenſus, * nec
contra eum executiuè procedi poterat, *Zacch. de*
oblig. camer. q. 5. num. 36. Coccin. deciſ. 199. num. 2.
Greg. dec. 330. num. 2. Rot. in Peruſina Spolij 18. Iunij
1642. verſ. Iudicem demum coram R. P. D. meo Royas.
2 Cum hic * Statutum Vrbis *cap. 85. lib. 1.* concedens
viam executiuam contra tertios poſſeſſores bono-
rum pro dote tacitè, vel expreſsè obligatorum,
† locum non habeat, dum neque probatur, cenſum
3 pro dote tacitè, vel expreſsè obligatum, neque
Conſtantiam dotis debitricem eumdem poſſediſſe,
* quæ duæ qualitates à Statuto requiſitæ à Marchio-
4 ne, qui in eo ſe fundat, erant probandæ, *l. 1. §.*
quod autem. vbi Bart. ff. ne quid in flum. public. Surd.
conſ. 440. num. 18. Tiraq. de retract. lignag. § 8. gl. 7.
num. 1. & in puncto fuit dictum in *Romana Dotis 12*
Ianuarij 1643. coram R. P. D. meo Ghiſlerio.

Equidem hypotheca tacita, vel expreſſa non pro-
5 batur, * licet enim cenſus Franciſci ex pecuniis me-
diate ex alio cenſu olim Conſtantiæ à Maurello de-
bito prouenientibus emptus fuerit, ab illa tamen
acquiſitus non fuit, cum nulla conuentio, quod
cenſus Fomei, de quo agitur, ſcutorum mille hy-
pothecis ſuper cenſu Maurelli ſcutorum 800. con-
tractis ſubiaceret, vt requirebatur, præceſſerit, vt
dixit Rota in terminis pecuniarum ex cenſu ex-
tincto prouenientium in S. Seuerini Dotis *deciſ. 99.*
numero

Digitized by Google

num. 4. & 5. poſt add. ad.Cenc.de cenſib. Immò, de-
functa Conſtantia, dotis debitrice, cenſum emerunt
Fierauantes, & Cecilia, qui Conſtantiæ hæredes
6 non ſunt, † ideoque ſub generali hypotheca bono-
rum eiuſdem Conſtantiæ hic cenſus non cadit, vt
in fortioribus terminis de bonis ab hærede ex pre-
tio bonorum defuncti empti probat *text. in l. cum
tabernam, 33. ff. de pignor.* & ibi notat *gl. in verb. ob-
ligata eſſe, & Bart. in fin.* Nam, vt ait I.C *in l. Paulus
7 29. ff. eod.* * ea, quæ ex bonis defuncti non fuerunt,
ſed poſtea ab hærede ex alia cauſa acquiſita ſunt,
vendicati non poſſunt à creditore teſtatoris, ita vt
hæreditati, eiuſque creditoribus competat ſolum
actio perſonalis pro recuperatione pecuniarum, &
ſi ipſæ pecuniæ hypothecatæ fuiſſent; qui immò
8 † omnes hypothecæ per illarum conſumptionem
expirauerunt, *Menoch conſ. 25. numero 15. Surd. conſ.
4. num. 15. ex tex. in l. ſi alieni numoni. ff. de ſolut. l. cum
fundus, §. ſeruum tuum. ff. ſi cert. pet. Pacific. de ſalu.
9 inſp. 3. cap. 2. num. 253. & ſeq.* † Eò magis quando res
empta fuit non ex pecuniis in hæreditate repertis,
ſed ex venditione cenſus hæreditarii, vt bene diſtin-
guit *Bart. in l. Imperator. §. fin num. 2. verſ. pro de-
claratione. ff. de leg. 2. Buratt. deciſ. 784. num. 1. &
dec. 874. in princ.*

Non obſtat, pecunias, ex quibus cenſus Fumei
fuit emptus, ad effectum in cenſibus inueſtiendi
10 fuiſſe depoſitatas, * ideoque cenſum Fumei ex illis
emptum loco pecuniarum alterius cenſus hæredi-
tarij, à quo pecuniæ prouenicbant, ſubrogatum
videri, vt per *Buratt. dec. 685. num. 7.* vbi plures al-
legat concordantes, & *dec. 913. num. 9.* Quia, admiſſa
etiam ſubrogatione ad fauorem eorum, cum qui-
11 bus de inueſtiendis pecuniis actum fuerat, * illa ta-
men ceſſat ad fauorem creditorum Conſtantiæ,
cum qua nihil tale fuit cogitatum, cui proinde pa-
cta inter alios acta non poſſunt, *l. vnus. in princ. ff.
de pact. Iaſ. in l. Imperatores in princ. ff. de tranſact.
Ruin. conſ. 11. num. 8. lib. 1. Surd. dec. 266. n. 11.*

Neque huius cenſus poſſeſſio, quæ eſt ſecunda
qualitas à Statuto requiſita, Conſtantiæ probatur,
12 * Immò expreſsè excluditur, dum poſt eius mortem
emptus fuit, ad *text. in l. quidam referunt. ff. de iur.
codicill. l. qui libertinus, §. poſthumus. verſic. nec quiſ-
quam ff. de oper. liberat. l. Heratius*, & ibi *Dec. nu.
2. ad fin. & n. ſeq. ff. de reg. iur.* Vnde, cum ſubrogatio
huius in locum alterius olim à Conſtantia poſſeſſi
cenſus ex ſupradictis non ſubſiſtat, & impoſſibile
13 ſit à Conſtantia dici poſſe fuiſſe poſſeſſum, * nec
ſubrogatio, nec alia fictio cadit ſuper impoſſibili,
*l. gallus. §. ille caſus ff. de lib. & poſthum gloſ. in l. tali
ſcriptura, verb. vniuerſa. ff. de leg. 1. Conſt. de retrotract.
14 reg. 4. cap. 2. num.* [illegible], cum † Statutum loquatur de
re poſſeſſa à debitore, extendi non debet ad rem
ſubrogatam, quam, defuncto debitore, tertius ad
eſſe deduxit. & poſſidet; Nam Statutum intelligen-
dum eſt caſu, quo debitor verè poſſederit, *Caſ.
Manent. conſ. 110. num. 4. Vinc. de Franch. deciſ. 325.
num. 5.* Immò, quod vera poſſeſſio requiratur, dixit
in puncto *Rota in ſupradicta Romana Dotis 12. Ia-
nuarij 1613. coram R. P. D. meo Ghiſilerio. §. neque ap-
plicatur.*

Nec refert allegare, quod ſimile procedat in fi-
15 deicommiſſario, cui datur immiſſio in bonis ſub-
rogatis loco bonorum fideicommiſſo ſubiecto-
rum. Quia aduertendum eſt, id procedere, non
quia bona à defuncto poſſeſſa dicantur: ſed ex diſpo-
ſitione legis diſponentis, quod etiam bona poſt
mortem fideicommittentis ſubrogata veniant ſub
fideicommiſſo, vt habetur in *d. l. Imperator § fin. ff. de
leg. 2.* Quod longè diuerſum eſt à Statuto Vrbis, de
quo agitur, de bonis ſubrogatis nihil diſponente,
ſed requirente, bona à debitore fuiſſe verè poſſeſſa.

Dantur etiam coniecturæ inferentes, dotem
Marchioni fuiſſe ſolutam. Vltra quod cum idem ſit
16 * hæres, licet beneficiatus, donec de bonis hære-
ditariis rationem non reddat, ſoluendo hæreditas
præſumitur, & ipſe ad eius debita ſoluenda tene-
tur, *Rot. dec. 696. ſub num. 2. verſ. nam quouſque. par.
1. recent. & in Romana Legati 2. May 1644. coram D.
meo Cerro.*

Nec releuat, Marchionem eſſe Fabricæ Sancti
Petri ceſſionarium, & hæredem ſcriptum ad effe-
17 ctum bona pauperibus diſtribuendi. Quia * diſtri-
butio illa non niſi poſt debita defuncti perſoluta de
reſiduo fieri debere eſt intelligenda, non ſolum ex
voluntate ipſius teſtatricis, ſolui debita præcipien-
tis, ſed etiam quia hæreditas, omni ære alieno de-
ducto, intelligitur, *l. ſubſignatum ff. de verb. ſignif.
l. cum emancipati, ad leg. falcid. & in Auth. coll. 5.
tit. 8. de exhib. & introduc. Reis §. optimum quoque
vſque ad fin.*

Ex quibus Domini manutentionem in poſſeſ-
ſione, vel quaſi dicti cenſus ſcutorum mille Fiera-
uanti eſſe dandam cenſuerunt, vtraque parte infor-
mante &c.

R. P. D. CERRO.

Baren. ſeu nullius Pecuniaria.

Veneris 26. Maij 1645

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio manutenibilis probatur ex inſtrumento datio-
nis in ſolutum cum ſubſecuta executione, ſubhaſta-
tione, & deliberatione.*

2 *Immiſſio Iudicis nulla non priuat primum poſſeſſorem
ſua poſſeſſione.*

3 *Sententia an, & quando ferri poſſit extra diem cita-
tionis.*

4 *Citationis defectus ſanatur comparitione, quæ eius
eſt finis. Lim. vt n. 5.*

6 *Inſtrumenta dotalia non habent de iure executionem
paratam. Lim. vt n. 7. & ſeq.*

7 *Dotis fructus vti alimentorum loco ſuccedentes ha-
bent priuilegium via executiua.*

8 *Tranſactio de ſui natura habet executionem paratam.*

9 *Decretum in parte appellabile eſt appellabile in totum
vti indiuiduum.*

10 *Subhaſtatio, & deliberatio facta poſt appellationem
eſt notoriè nulla, & attentata, & eo magis ſi poſt
etiam inhibitionem, & n. 11.*

12 *Clericus non poteſt ſe ſubmittere Conſtitutionibus lai-
calibus in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis. Ampl.
vt n. 13. & ſeqq.*

14 *Submittere ſe Statuto, vel Foro à pari ambulant.*

15 *Clericus nec per pactum iuratum poteſt ſe ſubmitte-
re Foro, vel Statuto laicali, & num. 16. 21. & 22. vbi
declar. & 26.*

17 *Clerico non eſt prohibitum, obligare ſe via executiua.
Decl. vt n. 18 & ſeqq.*

19 *Clericali priuilegio toti ordini conceſſo non poteſt à par-
ticularibus perſonis renunciari.*

20 *Clericus an & quando vti poſſit lege, vel Statuto lai-
cali*

cali ſibi, vel Eccleſia fauorabili.

21 *Clericus poteſt compromittere in arbitrum laicum*

22 *Eccleſiaſtica libertatis in materia vmbra etiam præiudicij vitari debet.*

23 *Carceratio criminalis ex cauſa periurij irrogat infamiam.*

24 *Clericus non poteſt voluntariè ſe ſubiicere actui famoſo ob praiudicium totius ordinis.*

25 *Obligationis Cameralis formam in eorum foro contra laicos non permittunt practicari Iudices Sæculares Regni, ſecus Eccleſiaſtici, & n. 27.*

26 *Laici poſſunt prorogare, ſeque ſubiicere iuriſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici.*

28 *Poſſeſſio etiam ex actu nullo amittitur, & in alium transfertur. Lim. vt n. 30.*

39 *Metus exceptio reiicitur ad petitorium, nec admittitur in ſummariiſſimo manutentionis, ſed attenditur renunciatio. Lim. vt n. 30,*

31 *Carcerati obligatio quando teneat, vel non.*

32. *Retentioni in caſu nullitatis, credito non liquido, ita vt contrarium in petitorio probari non poſſit, non eſt locus, ſed pro liquidatione requiritur confeſſio partis, vel res iudicata.*

DECISIO CXCIII.

DEciſionem informante tantum Continiſio emiſſam ſua die prima Iulij 1644. hodie, vtraq; parte informante Domini confirmarunt, quia, cum anterior eius poſſeſſio non poſſit in dubium reuo-
1 cari, * & concludenter probetur ex inſtrumento dationis in ſolutum, & ſubſecuta executione, ſubhaſtatione, & deliberatione bonorum ad fauorem Mirti, ſibi concedenda eſt manutentio, vulgato *§. retinendæ. Inſtit. de interd.*

Non obſtante immiſſione per D. Nuncium ei-
2 dem Mirto conceſſa, cum * hæc vti manifeſtè nulla non priuauerit Continiſium ſua anteriori poſſeſſione, *l. iuſte poſſidet. ff. de acq. poſſ.* cum aliis in prima deciſione allegatis.

Nullitas enim ex defectu citationis ſatis probatur, quia decretum fuit interpoſitum ſub die 6. Iulij, & tamen citatio cadebat ſub die prima eiuſdem,
3 † qui defectus euitari non poteſt ex eo, quod citatio fuerit executa pro prima Congregatione, quæ tamen, vt aſſerebatur, non fuit habita, niſi die ſexta, quia, dum citatio cantat pro prima Congregatione, quæ erit die prima Iulij, ſi ea die non fuit habita Congregatio, erat iteranda noua citatio pro Congregatione alia die facienda, & in omnem caſum, qui prætendit, Congregationem non fuiſſe habitam, niſi die ſexta contra expreſſionem in citatione factam, tenetur hanc negatiuam concludenter probare, alias defectus eſt inexcuſabilis, quia decretum remanet interpoſitum poſt 6. dies à die cadentis citationis, quo caſu non intrat diſpoſitio *c. conſulit. de offic. deleg.* quæ locum tantum habet, quando, Reo non comparente, in termino citationis, & accuſata contumacia per alteram partem, Iudex die immediate ſequenti ſententiam tulit, ſecus ſi plures labantur dies, vt declarando d. textum, explicat *Alex. in l. ſi finita. §. Iulianus. n. 4. ff. de damn. infect.* cum aliis late deductis in prima deciſione, *verſ. nullitas autem, &c.*

Prout etiam nulla fieri poteſt vis in eo, quod decretum emanauerit, auditis partibus in contradi-
4 ctorio iudicio, quia, licet * ex comparitione partis ſuppleatur defectus citationis, cuius finis eſt comparitio, *vt not. Bald. in l. ſi conſentaneum, ſub n. 36. C. quomod. & quand. Iud. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 17. Lancellot de attentat. par. 2. cap. 4 num. 118. Card. Seraph decis. 1141. num.* 4. Hic tamen non probatur, Continiſium ea die, qua cadebat citatio, comparuiſſe, quia non conſtat, contradictorium fuiſſe ea die habitum, vti enim notum eſt, contradictoria ſolent etiam fieri extra diem citationis ad
5 libitum Iudicis, & partium. Vnde, * cum poſſit eſſe, quod alia die fuerit habitum, quam ea, ſub qua cadebat citatio, ſublatus non remanet defectus citationis, ad not. per *DD in l. 1. ff. de fer.*

Præterea, vt alias dictum fuit, nullitas eſt euidens ex alio capite, quia ſcilicet proceſſum fuit executiuè contra Continiſium, contra quem tamen executiuè procedi non poterat, quantumuis debitum proue-
6 niret ex cauſa dotis, cum * de iure inſtrumenta dotalia non habeant executionem paratam, *Angel. in l. ſi cum dotem, numero 2. ibique Alex. numero 6. ff. ſolut. matrim. Reuerendiſs. Vrgellen. dec. 37. numer.* 4
7 *& 6.* quidquid id * contrarium dicendum ſit, quando agitur ad fructus dotis, qui, cum ſuccedant loco alimentorum, habent priuilegium viæ executiuæ, in quibus terminis loquitur deciſio Hydruntina Pecuniaria 26. Iunij 1641. coram bo. me. Merlino, & late dictum fuit in alia deciſione.

Nec releuant duo, quæ obiiciebantur, alterum, ſcilicet, quod huiuſmodi debitum proueniat ex cau-
8 ſa tranſactionis, * quæ de ſui natura paratam habet executionem. *l. non minorem, C. de tranſact.* & fuit dictum in alia *Baren. ſeu Neapolitana Pecuniaria 12. Decembris* 1642. *coram R. P. D. meo Royas.* Alterum, quod Continiſius ſe obligauerit iuxta formam Ritus Magnæ Curiæ, & expreſſè conſenſerit quod inſtrumentum ab eo celebratum haberet paratam executionem, vt ſunt verba clara, ibi, Et, ſi defecerint à prædicta ſolutione &c. liceat præſens inſtrumentum liquidare pro tota ſumma &c. ſeruata forma laudabilis Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, & d. Regiæ Nouellæ Pragmaticæ primæ de cenſibus &c. Quinimmò voluerunt, & ſe contentauerunt &c. quod præſens inſtrumentum in omni ſui parte promptam, & paratam, liberam, & explicitam haberet executionem contra præfatos debitores, &c. vt Summ. primæ poſitionis Continiſij num. 2.

Quantum enim ad tranſactionem cum ea contineat ſolam partitam ſcutorum 400. Summ. Mirti num. 3. non poterat executiuè agi pro tota ſumma, ſed ſolum pro portione in tranſactione compræhenſa; Dum igitur pro tota ſumma fuit actum,
9 * decretumque. D. Nuncij ſub vnica ſtructura ad integram ſummam executiuè condemnet, negari non poteſt, quia ratione indiuiduitatis in totum eſſet appellabile, vt notat *Franch. in c. ſi duobus, numero 7. de appellat. Alber. in l. etiam, §. num. 3. ff. de minor.* cum aliis late congeſtis in *Viterbien. fideicommiſſi, ſeu Attentatorum 13. Maij 1644. coram me*; Ideoque
10 * ſubhaſtatio, & deliberatio facta poſt interpoſitam appellationem fuit notoriè nulla, & attentata, *c. ad audientiam, & c. dilecti, de appellat. Lancell. de attent. appell. pend. ampl. 17. numero 4. & ſeqq.* Eoque magis, quia ad eam deuentum fuit, ne dum poſt interpoſitam appellationem, ſed etiam poſt præ-
11 ſentatam inhibitionem A. C. * qua ſtante erat interim abſtinendum ab executione, nec vlterius procedi poterat abſque incurſu attentorum, *vulg. c. non ſolum, de appellat. in 6. Rota coram S. M. Greg.*

Greg: dec. 251 *numero* 2. & *dec.* 305. *numero* 1.
Quod autem attinet ad conſenſum, & obliga-
tionem Continiſii ſeruata d. forma Ritus, Domini
firmiter adhæſerunt reſponſioni traditæ in alia de-
12 ciſione, quod, cum † Continiſius ſit Clericus, non
potuit ſe ſubmittere Conſtitutionibus Laicalibus
in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis, *arg. text. in
c. ſi quis Clericus, & c. ſi delegati, vbi gloſ. & Doct. de*
13 *for. compet.* * etiam ſi pactum iuratum interuenerit
vt poſt alios tenent *Morla in empor. iur. p. 1. tit. de
legib. q. 16. num. 4. Marta Doctor Neapolitanus de
iuriſdict. par. 4. centur. 1. caſ. 100. numer. 1. cum ſeqq.*
Leges enim laicales nullo modo poſſunt ligare cle-
ricos, ſi iuxta illorum formam contrahere profi-
14 teantur, vt ſemper tenuit Rota. † A pari enim am-
bulant ſubmitti Statuto, & Foro, *Alex. conſ.* 211.
n. 5. *in fin. lib.* 2. *Rimin. ſen. conſ.* 268. *numero* 23. *lib.* 3.
Surd. conſ. 2. *num.* 14. *in fin. verſ. nam paria ſunt, &*
301. *nu.* 16. *cum ſeqq. Rot. coram Cardin. Seraph. deciſ.*
1018. *num.* 6 *& in recent. dec.* 42. *num.* 7. *par.* 6. Vnde,
15 ſicuti * clericus, etiam volens per pactum iuratum
non poteſt ſe ſubmittere foro laicali per *text. in d. c.*
16 *ſi diligenti.* Ita * neque cum eodem pacto iurato po-
terit ſe ſubmittere Statuto Laicorum, vt his termi-
nis arguit *Mart. vbi ſup. caſ.* 100. *n.* 3.
17 Nec iuuat replicare, poſſe Clericum conſentire
viæ executiuæ. quod contra illum executiuè pro-
cedatur, abſque quod lædatur libertas Eccleſiaſtica,
cum eo caſu non conueniatur vigore Statuti, vel
Conſtitutionis, ſed potius vigore conuentionis, &
pacti, quod clerico non prohibitum, vt bene ratio-
cinatur *Abb. conſ.* 33. *ſub numero* 2. *verſ. reſpectu ſe-*
18 *cundæ partis, lib.* 2. * Replicatio enim procedit,
quando ſimpliciter clericus paciſcitur, vt contra
eum executiuè procedi poſſit, in quibus terminis
loquitur *Abb. loc. cit.* Secus quando relatiuè ad Sta-
tutum ſe obligat expreſsè de illo mentionem facien-
do, & iuxta illius formam ſe obligando, tunc enim
videtur ſe ſubmittere Conſtitutioni Laicali; Ideo-
que ſemper intrat præiudicium, & læſio clericalis
19 ordinis, eiuſque priuilegij, † quod cum toti Ordini
ſit conceſſum, non poteſt eidem à particularibus
perſonis renunciari, *d. c. ſi diligenti, & cap. contin-
git, de ſent. excommunic. Abb. vbi ſup. d. n.* 3. *& in
Baren. ſeu Neapolit. . . .ia Pecuniaria* 24. *Maij* 1641. *co-
ram R. P. Dmeo Royas.*
Ratio autem diuerſitatis eſt, quia, vbi Clericus
ſimpliciter conſenſit viæ executiuæ, non ſuppoſuit
ſe iuriſdictioni laicali, minuſque illam prorogat,
prout illam prorogat, quando profitetur, ſe contra-
here iuxta illius formam; Ideoque in primo caſu non
læditur libertas Eccleſiaſtica, pro vt læditur in ſe-
20 cundo; ſic enim in ſimili, * licet clericus poſſit vo-
luntariè vti lege, vel ſtatuto laicali ſibi, vel Eccle-
ſiæ fauorabili; ſi tamen lex præfata, licet fauora-
bilis, mentionem expreſſam faciat clericorum, nul-
la eſt, & clerici, etiam volentes, non poſſunt illa
vti, quia in effectu expreſſa illa mentio ſapit quid
iuriſdictionale, & tanquam trahens ſecum ſubie-
ctionem in laicalem iuriſdictionem, eſt immunita-
ti Eccleſiaſticæ præiudicialis, & infenſa, *text. eſt
in c. Eccleſia S. Mariæ de Conſtitut. Surd. conſ.* 2. *&
conſ.* 391. *num.* 13. *Carol. de Graſſ. de effect. Clericar.
effect.* 2. *num.* 43. *cum ſeqq. &* 488. *bene R. P. D. meus
Sperell. in deciſ. for. Eccleſ. dec.* 10. *num.* 32. *cum ſeqq:
& dec.* 11. *num.* 30.
Ideò non refragatur dictum Abbatis, Quia, vt
dictum eſt, loquitur in primo caſu, quando ſcilicet
clericus ſtipulatur, vt certo modo conuenire poſſit,
nulla facta mentione laicalis conſtitutionis, nihil
tamen dicit, quando clericus ſe obligat iuxta for-
mam legis, vel Statuti laicalis, immo ex rationibus
per eum adductis deducitur, contrarium ſentire in
hoc ſecundo caſu, dum ſub *num.* 1. *verſ. & aduer-
ſitatis ratio:* admittit, clericum conſentire non poſ-
ſe in Iudicem laicum, nec illius iuriſdictionem pro-
21 rogare, ideoque † poſſe compromittere in arbi-
trum laicum, non autem conſentire in Iudicem
laicum, ex quo Iudex habet iuriſdictionem, quam
non habet Arbiter; &, quatenus Abbas aliter lo-
queretur, eius dictum non eſſet tutum, nec ſequen-
dum, tanquam habens in contrarium tot auctores,
& Rotæ reſolutiones ſupra citatas, & tanquam
22 de directo contrarium libertati Eccleſiaſticæ, * in
qua materia etiam vmbra præiudicij eſt vitanda, ad
*not. per gloſ. & doct. & d. c. Eccleſia Sanct. Mariæ de
Conſtit.*
Comprobatur hoc fundamentum, quia, vt in-
quit idem Abbas, poteſt clericus ex pacto ſe ſubii-
cere laicali Conſtitutioni, dummodo inde non læ-
datur priuilegium immunitatis, nec præiudicium
inferatur Ordini, vel Collegio Clericali, vt habe-
tur ſub *num.* 2. *verſ. dummodo talia ſint.* In hoc au-
tem caſu ex conſenſu præſtito iuxta formam Ri-
tus Magnæ Curiæ Vicariæ præiudicium infertur
toti Ordini Clericali, quia Ritus hic continet quod-
dam iudicium criminale ratione periurij exercibile
contra debitorem, illum in carceres detrudendo,
& in pecuniarum pœnam condemnando, vt habe-
tur in Ritu 166 vſque ad 190: & aduertit *Caranit
ſuper Rit.* 171. *numero* 6. *Afflict. deciſ.* 62. *numero* 1.
Franch. deciſ. 162. *ſub numero* 6. *verſic. pro patre facit,
& numero* 17. *Rouit. ſup. Pragmat.* 4. *de inſtrum. li-
quidat. in fin. numero* 33. *Capic. Latr. conſult.* 48. *n.* 9.
cum ſeqq. & dec. 45. *n.* 10. *Ricc. dec.* 170. *nu.* 3. *par.* 3.
23 † Per carcerationem autem criminalem ex cauſa
periurij irrogatur infamia, *c. infames* 6. *q.* 4. *c. quæ-
relam, vbi gloſ. & Canoniſtæ communiter, de iur. iur. l.
ſi quis maior, vbi Doctor. C. de tranſaction. Rip. in c.
ex parte num.* 2. *de reſcript. Couarr. c. quamuis par.*
1. §. 7. *num.* 4. *de pact. in* 6. *Seraph. de priuil. iuram. pri-
uil.* 1. *num.* 36. *Menoch. de arbitr. caſ.* 319. *num.* 5. &
magis in terminis *Franch. d. dec.* 162. *num* 8. vbi,
quod hoc iudicium via Ritus Magnæ Curiæ, eſt iu-
dicium famoſum, quod perinde exerceri non po-
teſt à filio contra patrem; Dum igitur ex hoc iudi-
cio oritur dedecus, & infamia lædit totum Ordi-
nem Clericalem, iuxta *text. in d. c. contingit*; vbi ex-
24 preſsè ſtatuitur, * non poſſe Clericum voluntariè
ſubiicere actui famoſo ob præiudicium totius Or-
dinis.
Et tanto libentius Domini fuerunt hanc ſenten-
25 tiam amplexi, quia * Iudices ſæculares Regni nul-
lo modo permittunt in eorum Foro practicari for-
mam obligationis cameralis contra laicos, quamuis
ex pacto, & voluntariè ita ſe obligauerint, immo
puniunt laicos ita ſe obligantes, & Notarios re-
cipientes huiuſmodi obligationes, vt notum eſt ver-
26 ſatis in d. Foro, & tamen * laici poſſunt prorogare
forum Eccleſiaſticum, eique ſe ſubiicere, Vnde
æquum eſt, & rationi conſentaneum, vt parifor-
miter non permittatur, Clericos ſe obligare iuxta
formam laicalium Conſtitutionum, quibus, cer-
tum eſt, non poſſe ſe ſubiicere, ex iuribus ſupra al-
legatis, cum præſertim nulla neceſſitas cogat per-
miſſionem huius iudicij contra Eccleſiaſticos, dum

Digitized by Google

adſunt alia remedia executiua, & præcipuè illud
obligationis cameralis, quod practicatur quotidie
in Curiis Eccleſiaſticis totius Regni.

His poſitis, non iuuat allegare, Continiſium fa-
28 cto proprio cecidiſſe à poſſeſſione,* quæ etiam ex
contractu nullo amittitur, & in alium transfertur,
29 quodque † metus exceptio reiici debeat ad petito-
rium, nec ſit diſcutienda in ſummariiſſimo poſſeſſo-
rio, pro quo ſufficit ſola renunciatio, ex adductis
per *Rot. in Ciuitatis Caſtelli Bonorum 5. Maij* 1632.
coram R. P. D. meo Ghiſilerio, quæ eſt 122. *num.*6.
30 *par. 6. recen.** Concluſio enim non procedit, quan-
do actus eſt nullus ex defectu conſenſus, prout eſt,
quando per metum celebratur, tunc enim poſſeſſio
non transfertur, nec amittitur, cum ſine animo
nec amitti nec, transferri valeat, vt probat *Bart.
in l. non dubium, numero* 15. C. *de legib.* & fuit di-
ctum in *Neapolitana Domorum* 13. *Martij* 1641. *co-
ram Eminentiſſ. D. Card. Veroſpio*, cum aliis addu-
ctis in alias deciſione. Quibus addi poſſunt *Rot. co-
ram S. M. Greg. dec.*194.*nu.*28.*& coram Reuerendiſſ.
Vrgellen. dec.*135. *n.* 23.

Deciſio verò in cauſa Ciuitatis Caſtelli Bonorũ
non aduerſatur, Quia eo caſu ea carceratio erat iu-
ſta, vt habetur ibid. num. 7. Ideoque bene infertur,
31 quod * obligatio facta per iuſtè carceratum valida
ſit, hic autem carceratio eſt iniuſta; Vlterius ibidem
non aderat antecedens proteſtatio, quæ conſenſum
ab actu, impoſſibile eſt, quod actus ille ſit habilis
ad transferendam poſſeſſionem, ex auctoritatibus
ſupra adductis, & latius in prima deciſione.

Quod autem ſaltim concedi debeat retentio, li-
cet nulliter hæc bona deuenerint ad manus Mirti,
32 Dominis non placuit; quia, * cum eius creditum
non ſit ita certum, & liquidum, vt contrarium in
petitorio probari non poſſit, non intrat retentio,
vt bene declarat *Surd. dec.*46.*in fin.& dec.*148.*nu.* 6.
Rot. apud Poſt de manuten. dec. 323.*num.*24.*& coram
Caualer. dec.* 539. *num.* 5. *&* 6. Quod ad effectum, vt
competat retentio, requiritur confeſſio partis, aut
res iudicata, & fuit dictum in ſupracitata *Reginen.
ſeu Salernitana coram R. P. D. meo Carrillo, & in
Romana Retentionis Domorum* 23. *Maij* 1642. *coram
R. P. D. meo Ghiſilerio, & in Senogalien. Bonorum* 15.
Maij 1645. *coram me.*

Et ita vtraque, &c.

Eminentiſſimo D.

CARD. OTTHOBONO.

Tudertina Redditionis Rationis.

Mercurij 28. Iulij 1645.

SVMMARIA.

1 *Mandatum relaxari non poteſt, nec exequi contra perſonam, & bona hæredis cum beneficio legis, & inuentarij.*

2 *Hæres pro parte, pro ea tantum parte grauari poteſt, non pro integro debito hæreditatis.*

3 *Mobilia curſu temporis præſumuntur conſumpta, nec habentur in conſideratione exiſtentia, & valore non probato.*

4 *Mandatum contra hæredem beneficiatum, non firmato hæreditatis ſtatu, quando relaxari non poſſit, ne vltra vires grauetur.*

5 *Hæres obligatus rationem reddere creditoribus de fructibus perceptis non debet ante redditionem pati mandatum quantitate fructuum non liquidata.*

6 *Hæres de quibus fructibus, & à qua die teneatur creditoribus rationem reddere, & quos lucratus fuiſſe dicatur.*

7 *Bonis debitoris auctoritate Iudicis iam diſtractis, non eſt locus nouæ diſtractioni ad petitionem alterius creditoris.*

8 *Hæres creditor, ſiue beneficiatus, ſiue non, poteſt bona fide, & præſumitur ſibi ipſi ſatisfeciſſe per imaginariam ſolutionem. Lim. vt num.* 9. *Sublimit. vt numero* 11. *&* 13.

10 *Simul ſtare non poſſunt, vt ſolutione imaginaria extincta ſit obligatio, & idem agat, & recipiat vti creditor.*

12 *Hæres creditor ſi intendit ſibi ſatisfieri ex vniuerſitate bonorum, poteſt idem id facere ſine facto Iudicis, ſecus ſi vult ſibi appropriare rem particularem.*

14 *Hæredi conuento à creditoribus pro reſtitutione hæreditatis competit exceptio retentionis ratæ æquiualens eius credito legis miniſterio, & præſumptione ſibi ſoluto, ad ſe ſpectantis iure dominij.*

15 *Hæres creditor non debet eodem tempore & bonis, & pretio priuari.*

DECISIO CXCIV.

1 CEnſuerunt Domini, mandatum A· C. non eſſe
exequendum, * cum enim Ioannes Ludouicus
ſit hæres Albini patris cum beneficio legis, & in-
uentarij, non poterat contra eiuſdem perſonam, &
bona relaxari mandatum, *l. fin. §. & ſi præfatam, C.
de iur. delib. Surd. conſ.*7.*num.*31.*Rot. dec.*2.*nu.*15.*par.*
2 6.*recent.* Et, * cum idem Io: Ludouicus haberet co-
hæredem Theodorum fratrem, & Albini filium,
non poterat iuſtè grauari pro integra ſumma ſcuto-
rum 2500.: ſed tantum pro dimidia, per *text. in l.* 2.
vbi gloſ. & DD. C. *de hæred. action. & in l. pacto, C.
de pact. & in l.*1.*C. ſi cert. pet. & in l.*1. *&* 2.*C. ſi vnus
ex plurib. hæred.*

Neque obſtat, quod Albini hæreditas ad Ioan-
nem Ludouicum peruenerit, Quia quoad mobilia
3 ad Io: Ludouicum delata, cum eorum valor non ſit
probatus, & * longo temporis curſu conſumpta
præſumantur, nulla videtur de illis habenda ratio,
Afflict. dec. 13. *numero* 27.*Peregr. de fideicom. art.* 10.
*num.*40.*Greg. dec.*285.*num.*3.*& deciſ.*259.*num.*36.*par.*
5.*recent.*

Quo verò ad ſtabilia, cum hæc fuerint ex decre-
to Iudicis diſtracta pro pretio ſcutorum 15000. cre-
4 ditoribus inſtantibus, vt Summ. Io: Ludouici num.
4. & ipſe inſteterit eligi peritum calculatorem * ad
effectum firmandi ſtatum hæreditatis, vtique man-
datum relaxandum non erat, niſi prius firmato ſta-
tu hæreditatis, ne hæres beneficiatus vltra vires
hæreditatis grauetur, *Alex. conſ.* 19.*in fin. lib.* 5. *Me-
noch. conſ.*89.*n.* 157. *Gabr. conſ.*125.*n.* 12.*lib.*1.*Rot. dec.*
256. *n.* 5. *par.*2.*recent. S. M. Greg. dec.* 418. *n.*6.*&* 7.
*& ibi Add. n.*15.

Neque etiam obſtare poteſt, quod Io: Ludoui-
cus plures fructus hæreditatis Albini perceperit,
de quibus teneretur creditoribus rationem red-
5 dere, quia, licet eſſet obligatus ad huiuſmodi ra-
tionem reddendam, ad quam ſe promptum, & pa-
ratum obtulerat, non tamen erat relaxandum man-
datum ante redditionem, quia quantitas fructuum
non erat liquida, vt in his terminis firmauit *Rota*

dec

Digitized by Google

*dec.*131. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 6. *recent.* quæ quantitas eo magis illiquida reddebatur, quia Ioannes Ludo-
6 uicus * tanquam hæres poſt aditam hæreditatem fructus ſibi acquiſiuit, neque eos tenebatur creditoribus reſtituere, niſi ab ea die, qua per eorum inſtantiam fuit conſtitutus in mala fide, non autem à die notitiæ, ſeu exiſtentiæ creditorum *Rot.* pluribus relatis *dec.* 255. *numero* 88. *& ſeqq. & deciſ.* 304. *num.* 3. *par.* 5. *recent. & deciſ.* 131. *numero* 3. *& ſeqq. par.* 6.

7 Ideò, * cum Victoria inſteterit pro conſecutione ſui crediti, poſtquam bona Albini fuerunt auctore Prætore diſtractà, inanis hodie eſt illius petitio.

8 Vlterius, * cum Io: Ludouicus eſſet creditor hæreditatis Albini in ſcutis octo, & nouem mille circiter, potuit de ſuo credito bona fide ſibi ipſi ſatisfacere, & cenſetur miniſterio legis id fuiſſe ex eo tempore, quo illam adiuit, ad effectum euitandi præiudicium, quod ex dilatione ſolutionis obueniret reſtitutionis fructuum bonorum pro rata ſui crediti, alias eſſet inferioris conditionis, & deterioris, quam ille, qui adit ſine beneficio inuentarij, cui ex eadem ratione per imaginariam quandam ſolutionem præſumitur illico ſatisfactum, *Bart. in l. ſi ei, cui. n.* 1. *ff. de euict. Peregr. de fideicomm. art.* 35. *numero* 15. *& ſeqq. Mareſcot. reſol.* 37. *num.* 1. *& num.* 9. *lib.* 1. *Rot. dec.* 2. *num.* 11. *& ſeqq. par.* 6 *& dec.* 127. *nu.* 10. *par.* 7. *recent.*

Neque Ioanni Ludouico obſtant tradita per *Surd. dec.* 91. *numero* 6. vbi firmatur, hæredi beneficiato licere in actu aditionis ſibi ſatisfacere de ſuis creditis ſupea bonis hæreditariis, & ſatisfactionem huiuſmodi intelligi factam legis miniſterio in inſtan-
9 ti aditionis per imaginariam ſolutionem, † cenſeri tamen, quod hæres noluerit ſibi ſatisfacere, ſi poſtmodum tractu temporis comparuerit coram Iudice pro ſeparatione bonorum, & obtinuerit, vel ſibi tot bona adiudicari pro concurrente quantitate ſui crediti, vel ſolutionem in numerata pecunia
10 receperit, cum * nequeant ſtare ſimul, quod per imaginariam ſolutionem extincta ſit obligatio, & quis agat, & recipiat vti creditor, ad *text. in l. ſi pupillus, ff. ad leg. falcid. & §.* 1. *Inſtit. quib. mod. toll. oblig.*

Quia, omiſſis iis, quæ contra Surdi deciſionem dici poſſunt, cuius opinionem ſuppreſſo Surdi nomine, valde dubitabilem dixit *Peregr. de fideicom.*
11 *art.* 35. *num.* 20. cum † non videatur inconueniens, nec repugnans, quod hæres per imaginariam ſolutionem ſibi ſatisfaciat ſuper omnibus bonis hæreditariis, & poſtmodum petat, à Iudice fieri ſibi adiudicationem aliquorum bonorum particularium, ne ſuper illis ab aliis creditoribus poſſit moleſtari, cum pro ſolutione ex vniuerſitate bonorum non requiratur factum Iudicis, ſecus vero ſi vult ſibi appropriare rem aliquam particularem, *Seraph. dec.* 963. *num.* 1.

Adhuc viſum fuit, caſum Surdi plurimum diſta-
12 re à caſu propoſito, quia ibi * hæres, agendo principaliter coram Iudice, & exprimendo ſe creditorem, inſteterit, citatis aliis creditoribus, tot bona ſibi adiudicari pro concurrenti quantitate crediti,
13 quot ſufficeret pro ſua integrali ſatisfactione, * quæ quidem petitio excludebat antecedentem ſolutionem, ex eius præſumpta voluntate deductam, in propoſito vero Io: Ludouicus hæres non comparuit agendo, ſed excipiendo dumtaxat, videns enim ab vrgentibus creditoribus bona omnia diſſipari poſſe, ad impediendam bonorum ſubhaſtationem, eo non vocato, allegauit ſuum creditum, quod quidem conuenit antecedenti ſolutioni præſumptæ, quæ cenſetur facta ex toto valore hæreditatis pro
14 concurrenti quantitate, atque ideo, † dum hæres conuenitur pro reſtitutione eiuſdem hæreditatis, congrue petit, ſibi concedi retentionem tantæ partis, veluti ad ſe ſpectantis iure dominij, quantum importat creditum legis miniſterio, & præſumptione ſibi ſolutum, *Peregr. de fideicom. art.* 35. *ſud. n.* 17. *Mareſcot. reſol.* 37. *n.* 9. *lib.* 1.

Huiuſmodi interpretationi concordat tum ſententia ſuper deliberatione bonorum, in qua enunciatur, Io: Ludouicum per modum excipiendi comparuiſſe, tum etiam appellatio à Io: Ludouico interpoſita, preuiis proteſtationibus, quibus declarauit, ſe acceptaſſe ſententiam in ea parte dumtaxat, in qua loco bonorum ſibi de iure peruentorum per imaginariam ſolutionem legis miniſterio ad eius fauorem inductam, de tempore, quo ſucceſſit in hæreditate, mandatur ſibi conſignari, & tradi pecunias, dummodo in iſta parte non ſit contraria acquiſitioni dominij iam ad eius fauorem tranſlati, quæ quidem proteſtationes innuunt, voluiſſe Ioannem Ludouicum retinere illa bona tanquam ſua, & ſibi iure dominij ſpectantia pro rata eius crediti, & à dictis proteſtationibus non cenſetur receſſiſſe per ſubſequentem pecuniarum exactionem, nam hæc
15 facta dicitur ad euitandum maius damnum, † ne hæres eodem tempore bonis, & pretio priuatus remaneat, *Ceſ. Manent. conſil.* 38. *n.* 30. *Franc. Caſtill. dec.* 18. *nu.* 58. *lib.* 1. *Bocr. dec.* 100. *nu.* 16. *Merlin. Pignatell. controu.* 79. *num.* 15. *Capic. Galeott. controu.* 46. *n.* 47. *lib.* 2.

Et ita fuit reſolutum, mandatum A. C. non eſſe exequendum, vtraque parte informante, &c.

ARGVELLIO.

Romana Saluiani.

Veneris 12 Ianuar. 1646.

SVMMARIA:

1 *Saluiani requiſita.*
2 *Creditum probatur ex mandatis ſeruatis ſeruandis relaxatis.*
3 *Hypotheca probatur ex inſtrumento.*
4 *Poſſeſſio debitoris probatur ex inhibitione ab eodem obtenta.*
5 *Confeſſio propria omne genus probationum ſuperat, tam contra confitentem, quam contra habentem ab eo cauſam.*
6 *Locationes probant locantis poſſeſſionem contra ipſum, & habentem ab eo cauſam. Ampl. vt n.* 7.
8 *Carcerati obligatio quando teneat, vel non, & num. ſeqq.*
11 *Inuentarij non integri error non punetur criminaliter, ſed ciuiliter tantum.*
12 *Explicationis hæreditatis actio non datur contra hæredem, ſed hæredi contra alios.*
13 *Deciſio iam firmata in ſequenti dubio habetur pro ſuppoſita ex ſtylo Rotæ.*
14 *Carcerationis iniuſtitiam, ſeu nullitatem probare debet concludenter, qui in ea ſe fundat, exhibendo etiam proceſſum.*

15 *Carce-*

Digitized by Google

15 *Carceratio præſumitur iuſta.*
16 *Sententiæ qui acquieuit, & in illius executionem ſe obligauit, non eſt amplius audiendus.*
17 *Carcerationi propriæ qui cauſam dedit, non poteſt excipere, niſi doloſe.*
18 *Iure ſuo qui vtitur, non poteſt dici id fraudolenter, vel doloſe facere.*
16 *Decretum excarcerationis cum cautione de ſe repræſentando vim habet habilitationis, non abſolutionis.*
20 *Commiſſio appellationis cum clauſula, Perinde ac ſi ſententia non emanaſſet, circumducit ſententiam.*
21 *Saluianum non intrat ex obligatione conditionali non purificata.*
22 *Obligationi in euentum impedimenti, vel in ſufficientia bonorum locus eſt impedimento remouibili non remoto, & eo magis illo præſtito ab obligato alienatione mediante, & num. 26.*
23 *Executori creditur referenti circa alienationem bonorum in tertium poſſeſſorem.*
24 *Impedimenta quando dicantur manifeſta.*
25 *Mandata executiua non poſſunt exequi ſuper bonis penes tertios exiſtentibus.*
26 *Impedimentum maius, & grauius oritur ex diſtractione, quam ex hypotheca.*
27 *Donatio non præiudicat creditori habenti anteriorem hypothecam*
28 *Ampl. nec habenti anteriorem perſonalem actionem in relictis in hæreditate, & maxime in ſubſidium.*

DECISIO CXCV.

DOmini Taurini creditores DD. de Zeccadoris intentarunt remedium Saluiani interdicti ſuper Domo poſita in Regione Arenula, poſſeſſa per R. P. D. Ioannem Baptiſtam filium, & ſucceſſorem q. Michaelis Angeli hæredis q. Franciſci ſui fratris de Zeccadoris, Cauſa per Sanctiſſimum mihi commiſſa dubitaui, An prædictis Taurinis ſit danda immiſſio, & dandam DD. reſoluerunt.

Ratio reſolutionis fuit, quia docent de credito, hypotheca, & poſſeſſione anteriori Michaelis An-
1 geli, ac poſteriori D. Ioannis Baptiſtæ, † quibus extremi probatis paſſim intrat ſaluianum, *Doct. in l. 1. ff. de ſalu. interd. & in l. 1. C. de prec. Put. dec.* 201. *numero* 2. *lib.* 1. *in nou. Sanct. mem. Greg. XV. dec.* 491. *num.* 6. & fuit dictum in *Romana Saluiani* 14. *Iunij* 1641. *coram Eminentiſſ. D. meo Cardin. Panzirolo*, & *in Vrbinaten. Dotis* 28. *Iunij anni præteriti coram R. P. D. meo Royas*, *Paz in prax. tom.* 2. *cap.* 2. §. 4 *n.* 20. qui alios refert, *gloſ. in* §. *item ſeruiano*, 7. *verb. quaſi, Inſtit. de action. communiter recepta, ex Iaſ. ibid. nu.* 92. vbi, quod ſufficit probare poſſeſſionem de tempore obligationis, & faciunt tradita per *Ricard. in d.* §. 7. *num.* 30. 31. & 32. *Cuiac. lib.* 5. *ſent. Paul. tit.* 6. *verſ. fin. idem lib.* 49. *Digeſtorum Saluij Iuliani ad l.* 1. *de ſalu. Donell. de pignor. pag. mihi* 203.

2 Creditum * liquet ex pluribus mandatis Rotalibus pro diuerſis ſummis ſeruatis ſeruandis contra Zeccadoris relaxatis, *Rot. dec.* 425. *nu.* 19 *par.* 5. *recent. cum ſimil.*

3 Hypotheca † verificatur ex publico inſtrumento, quod facit probationem probatam, *Bart. in l.* 1. *num.* 8. *ff. de nou. oper. nunciat.* cum aliis congeſtis per *Rot. recent. deciſ.* 39. *num.* 2. & *deciſ.* 318. *nu. eod. par.* 6. *recent.*

4 Poſſeſſio quoad Michaelem Angelum † probatur ex inhibitione per eum obtenta de anno 1628. in qua fatetur, hanc eamdem domum poſſidere;
5 quæ * confeſſio ſuperat omne genus probationum, nedum contra ipſum confitentem, *l. cum precum* 9. *C. de lib. cauſ. l. cum te*, 5. *C. de tranſact. Buratt. dec.* 602. *num.* 4. verum etiam contra D. Ioannem Baptiſtam ab eo cauſa habentem, *Ruin. conſ.* 50. *nu.* 13. *verſ. licet titulus, lib.* 1. *Aretin. conſ.* 112. *num.* 2. *verſ. vtique iſta, Rot. in Romana Saluiani* 20. *April.* 1644. *coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Concurrentibus etiam pluribus inſtrumentis locationum factis tam per d. Michaelem Angelum, quam per D. Ioannem Baptiſtam eius filium, & pro-
6 curatorem, † quę ſufficiunt contra locatores, vt aliis congeſtis dictum fuit in *Theatina*, ſeu *Nullius Abbatiæ* 10. *Maij* 1641. §. *cum enim R. P. D. meo Bichio*, & *in Auximana Fideicommiſſi* 28. *Ianuarij* 1641. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, *in* §.
7 *ex hac igitur.* * Præſertim ſtante expreſſione, quod domus locata erat propria locantis, quæ aſſertio ſuperabundat contra poſſeſſorem, ne dum quia à Michaele Angelo locante cauſam habet, *Caualer. dec.* 105. *num.* 4. *Greg. dec.* 172. *num.* 1. *Buratt. dec.* 243. *numero* 7. verum etiam quia ab ipſo D. Io: Baptiſta poſſeſſore in aliquibus inſtrumentis talis aſſertio emanauit, idem *Caualer. dec.* 22. *n.* 3. *Greg. dec.* 143. *in fin. Buratt. dec.* 602. *n.* 4. Iuncta maxime ſubſtentatione litis, *Verall. dec.* 369. *num.* 1. *par.* 2. cum aliis in illa *Auximana Fideicommiſſi* 13. *Ianuarij* 1640. §. *dicta autem bona, coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in Romana Saluiani* 3. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Nec Dominis viſa fuerunt obſtare ea, quæ Zeccadori adducebant de nullitate inſtrumenti obligationis, tanquam factæ per Michaelem Angelum in carceribus ad fauorem Taurini detinentis, Nam obiectum non ſubſiſtit neque in facto, neque in iure.

Non in facto, quia ex lectura ipſius inſtrumenti patet legenti, quod ſtipulatum fuit non in carceribus, ſed in Cancellaria carcerum, Vnde in multis partibus Hiſpaniæ practicatur, quod facturi inſtrumentum obligationis educantur ad Porticum carceris, licet hoc non ſit hic neceſſarium, vt videbitur in §. ſequenti.

8 Minus in iure, quia * non omnis obligatio facta à carcerato eſt inualida, ſed illæ dumtaxat factæ ab iniuſte carcerato, quæ reputantur exortæ metu carceris, & ideo ſunt nullæ, vt ſancitur in *l. qui in carcerem*, 22. *ff. de eo. quod met. cauſ. ubi Bart. num.* 2. & *Bald. in* 1. *lect. verſ. item etiam, Rot. in Romana Repetitionis indebiti* 3. *Aprilis*, & 20. *Iunij* 1610. *coram bo: mem: Pirouano*, quæ ſunt penes *Farinac. in volum. crimin. in ord.* 286. *num.* 4. & 295. *num.* 2. vbi concordantes. *Farinac. tom.* 1. *crimin. tract. de carcer. q.* 35. *num.* 29. 43. & 44. faciunt tradita per *Bobadill. in politic. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *nu.* 96.

Secus autem illæ obligationes, quæ aliunde probantur iuſtæ, prout probatur iſta ex præcedenti Iu-
9 dicis decreto, † metus enim illatus per vim iuſtitiæ non dicitur iuſtus ad effectum, vt obligatio eius cauſa facta reputetur inualida, textus eſt expreſſus in *l. ſi mulier*, 21. *in princip. ff. de eo, quod met. cauſ.* & ibi *Bart. in princ.* & infra *verſ. promiſſio facta*, *Bart. in d. l. qui in carcerem*, 22. *verſ. ſi iuſte feci carcerari &c. gl. fin in l. qui in aliena*, 6. *in verb. non fieri, in fin. ff. de acquir. hæred.* cum aliis in *Romana Pecuniar. de Ruſpolis* 10. & 20. *Maij* 1589. *coram Platto*, penes *Marcheſ. de commiſſ. tom.* 1. *fol.* 1217.

Digitized by Google

1217. *num.* 4. *verſ. non etiam placuit Dominis, &c.* & in præallegata *Romana Repetitionis Indebiti,*
10 Ideoque, * quando prout hic carceratio eſt iuſta, tunc etiam obligatio facta à carcerato eſt valida, *Maſcard. de probat. concl.* 1051. *numero* 31 *verſ. hanc. tamen limitationem. Farinac. q.* 35. *n.* 29 *verſ. ſi vero carceratio eſt iuxta, & in fragment. in verb. metus, num.* 21. *Gratian. diſcept.* 479. *nu.* 30. *verſ. vnde valet contractus, Rot. deciſ.* 26. *num.* 2 1. vbi, quod hæc eſt concluſio receptiſſima, & paſſim per Rotam amplexa, & *dec.* 122. *n.* 6. *&* 12. *par.* 6. *recent.* cum aliis ibid. plene cumulatis.

Nec releuat, quod carceratio fuerit nulla, & iniuſta ex defectu actionis reſultante ex eo, quod Michael Angelus fuit inquiſitus de non integra con-
11 fectione Inuentarij hæreditatis fraternæ, † qui error non criminaliter erat puniendus, ſed ſolum ciuiliter in pœnis ſancitis in *l fin. §. licentia, C. de iur. delib. & in l. fin. C. de prob.* late *Honded. conſ.* 34. *num.* 1. 2. *& ſeq. & conſ.* 35. *num.* 1. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 181. *numero* 2. *& ſeqq. par.* 4. *recent.* & de expilatione eiuſ-
12 dem hæreditatis; * Actio autem expilatæ hæreditatis, certum eſt, quod non datur contra hæredem, qui cum ſit dominus bonorum hæreditatis, quamuis accipiat, vel ſurripiat, tanquam id re propria non committit crimen, vt diſponitur in *l.* 1. & ibi *gl. in verb. auferendo. ff. de furt. Farinac. conſ.* 74. *num.* 13. *verſ. ideo in hæreditate, lib.* 1. ſed competit ſoli ipſi hæredi contra eos, qui hæreditatem ſibi debitam expilauerint, *l.* 1. *&* 2. *ff. de crim. expil. hæred.* & ibi ſcribent.

Quoniam non impugnatur iſtatum concluſionum veritas, ſed applicatio, iuſtitiam enim huiuſmodi carcerationis ex aliis etiam cauſis ſequutæ alias guſtauit *Rota in Eugubina Refectionis Domorum* 4. *Iulij* 1640. *coram Reuerendiſs. D. meo Præſide Val-*
13 *liſoletano,* * quæ deciſio iuxta ſtylum habetur pro præſuppoſita. Si vero Zeccadori prætendunt con-
14 trarium, * debuiſſent concludenter probare, *l. metum,* 9. *Cod de his, quæ vi metus, tex. in l. non eſt veriſimile,* 23. ibi, ſed huiuſmodi præſumptioni debet apertiſſimas probationes violentiæ opponere, *ff. de eo, quod met. cauſ. l. interpoſitas,* 13. *C. de tranſact.* ibi, vnde ſi nil tale probari poteſt, conſenſu quæſtiones terminatas inſtaurare non oportet, vbi de metu loquebantur Imperatores, *Barboſ. cum multis per eum citatis in c.* 1. *num.* 7. de his, quæ vi, & quidem per exhibitionem in actis illius proceſſus criminalis, *Seraph. deciſ.* 290. *num.* 20. *& dec.* 1307. *numero* 3.
15 † Interim vero pro iuſtitia carcerationis eſt præſumendum, *l. ſi quidem,* 11. *C. de præd. min.* faciunt elegantiſſima verba, *Vlpiani in d. l. non eſt veriſimile,* ibi, non eſt veriſimile compulſum in Vrbe iniquè indebitum ſoluiſſe; & paulo inferius, cum potuerit ius publicum inuocare, & adire aliquem poteſtate præditum, qui vtique vim cum pati prohibuiſſe, &c.
16 * Cum ergo ipſe ſententiæ acquieuerit, & inſtrumentum obligationis fecerit, non debet ſuper hoc amplius audiri, ex optima doctrina *text. in l.* 2. *C. de re iudic.* præſertim cum appareat de culpa carcerati vt bene *text. in l. mulier,* 21. *in fin. princ. ff. de eo quod met. cauſ.* ibi, Quia hunc ſibi metum ipſe infert, indignus eſt. n., cui hæc exceptio patrocinetur, &c. vt ratiocinatur *Vulpian. in l.* 2. *§. ſi quis, verſ.*
17 *quod tamen, ff. ſi quis cautton.* * cum enim ipſe carcerationis cauſam præſtiterit, non ei proderit exceptio, ſed ipſius quidem dolus ei oberit, vt iiſdem verbis *in d. l. §. fin. Pariſ. conſ.* 5. *n.* 168. *lib.* 4. *Reuerendiſs. Vrgellen. dec.* 7. *n.* 23. *& ſeq. verſ. quia, vt ſæpius Rota diſtinxit, Seraph. dec.* 290. *num.* 20. *verſ. ex quibus ſequitur, Rot. dec.* 26. *nu.* 9. *par.* 6. *& dec.* 79. *n.* 4 *&* 5. *par.* 7. *recent.*

Præterea Iuriſconſultus Paulus in *d. l. qui in carcerem.* 22. ita demum contractum factum in carcere reſcindit, ſi ab eo, qui in carcerem intruſus eſt, carcerator extorqueat, & ob hanc cauſam in carcerem detruſerit, vt ibi aduertunt *Accurſ. & Ant. Fab. ex l. metum,* 9. *§ ſed licet. ff. de eo, quod met. cauſ.* & hoc ſi iniuſte detruſerit, *d l.* 23. *§. ſi fœnerator,* ibi, cauere compulerit vltra quantitatem debitæ pecuniæ; facit *text. in l. ſi accuſationis,* 10. *C. de his, quæ vi, l. quidem,* 9. *C. de contr. & committ. ſtipul.* Præſertim cum † nulla fraus, nulluſque dolus poſſit im-
18 putari creditori, qui vſus fuit iure ſuo, *l. nullus videtur dolo facere, §. l. nihil dolo* 129. ibi, *cum iuris remedio vſus ſit. ff. de reg. iur. l. iniuriarum,* 13. *§.* 1. *ff. de iniur. l. inter,* 51. *§. pen. ff. de fideiuſſ. l. fin. C. de in integr. reſtit. l. nihil,* 116. *§.* 1. *de reg. iur. cum vulg.* congeſtis *à Goffred. d. l. § littera C.* & optime conſiderat *Fab. in d. l. qui in carcerem.*

Minus ſuffragatur replicatio, quod remaneat probata iniuſtitia carcerationis Michaelis Angeli ex decreto illius relaxationis, ac etiam ex ſententia abſolutoria ſubſequuta.

Quoniam decretum non loquitur de relaxatione ſimpliciter, ſed cum cautione de ſe repræſentando toties, quoties etiam nouis non ſuperuenientibus inditiis, ex quo propterea non dicitur probata innocentia, nec reſultat iniuſtitia carcerationis, quia
19 * huiuſmodi decreta non habent vim abſolutoriæ, ſed potius habilitationis à carceribus, vt probat *Bal. in l. nemo,* 3. *ſub n.* 1. *v. ſecundo nota, C. de Epiſ. aud.*

Sententia verò abſolutoria non fuit habita in conſideratione, attento, quod Sanctiſſimus cauſam commiſerit cum clauſula, Perinde ac ſi dicta ſenten-
20 tia non emanaſſet, † quæ circunducit ſententiam, adeo vt res dicatur redacta ad ſtatum primæuum, in quo erat ante ſententiæ prolationem, vt in terminis deciſum fuit *deciſ.* 353. *nu.* 4. *verſ. reſpondebant etiam aliqui, par.* 1. *diuerſ. & in Ianuen. Pecuniaria ſeu Attentatorum* 24. *Ianuarij* 1642. *§ alterum quod ſecunda, coram Reuerendiſſimo D. Decano.*

Nec releuat, quod obligatio Michaelis Angeli ſit conditionalis in caſu impedimenti executionis,
21 aut in ſufficientiæ bonorum Franciſci; * qua conditione non purificata, non poteſt iurare ſaluianum ex adductis per Informantes. & *Parlador lib.* 2. *rer. quotid. cap fin. par.* 1. *§.* 12. *limit.* 5. *numero* 39. cum aliis, vt ibi. Quia * eo ipſo, quod Michael Ange-
22 lus non curauit remouere impedimenta præſtita executioni, fuit commiſſa ſtipulatio contra ipſum in bonis propriis, perinde ac ſi pure, & ſimpliciter ſe obligaſſet, *l qui balneum,* 9. *& l. potior.* 11. *ff. qui pot. in pign. hab. Surd conſ.* 179. *nu.* 11. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 48. *num.* 11. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 63. *n.* 27. *lib.* 1. *& dictum fuit in Bononien. de Pannolinis* 27. *Ianuarij* 1617. *coram Manzanedo.*

Impedimenta verò non ſolum probantur adeſſe, ſed. quod magis eſt, prouenire ex facto proprio eiuſdem Michaelis Angeli, qui bona Franciſci alienauit in tertios poſſeſſores, vt conſtat ex relatione Exe-
23 cutorum, * quibus plena fides eſt præſtanda, *Antonell. conſ.* 1. *num.* 2. *Buratt. dec.* 191. *num.* 5. *dec.* 196. *numero* 1. *dec.* 655. *numero.* 3 *& deciſ.* 675. *num. eod.*
24 † Quæ impedimenta propterea ſunt manifeſta *Paul. de Caſtr. conſ.* 219. *prope fin. verſ. ſed eis aliena-*

tur

tis, vol. 1. Peregr. de fideicomm. art. 42. num. 18. verſic. contra vero, Rot. Ianuen. deciſ. 156 numero 7. & ſequ.

25 Cum * ſuper illis bonis penes tertios exiſtentibus mandata executioni demandari non poſſint, vt fuit dictum in *Beneuentana Saltum* 15. *Decembris* 1634. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.* Ideò huiuſ-
26 modi † diſtractio viſa fuit longa maius, & grauius impedimentum præſtare, quam hypotheca, *Molin. de primog. lib. 4. cap. 5. num. 15. in fin.* cum alius penes *Buratt. dec. 482. n. 6.*

Denique nihil obſtat, quod per eumdem Michaelem Angelum de anno 1639 fuerit hęc domus donata
27 moderno poſſeſſori. Quoniam iſta † donatio non potuit aliquod præiudicium afferre Taurinis habentibus vſque de anno 1630. hypothecam anteriorem, *l. debitorem*, 15. *Cod de pign. & hypoth.* Quini-
28 mò * neque ſi perſonalem tantum habuiſſent actionem contra Franciſcum, ſi in illius hæreditate hæc domus remanſiſſet, nam eius vigore Taurini agere poſſent contra eam poſſidentem titulo lucratiuo, vt probat *Gutier. de iuram. confirmat. par. 3. cap. 15. numero 19. & ſequ. per tex. in l inter eos, 19. verſ. is quoque, ff. de re iudic. Rouit. dec. 48. num. 14. & ſeq.* ſaltem in ſubſidium, iuxta Theoricam *Imol. in l. plane 94. §. ſi rogatus, ſub numero 1. verſ. nata quod in ſubſidium. ff. de leg. 1. quem ſequitur Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 11 numero 20. verſ. & actio perſonalis, & Modern. de credit. cap. 4. num. 2070. verſic. quam concluſionem.*

Et ita, &c. fuit deciſum, &c.

Eminentiſſimo D.

CARDIN. CORRADO.

Iuuenacen. & Melphiten. Bonorum.

Lunæ 15. Ianuarij 1646.

SVMMARIA.

1 *Aſſiſtentiæ iudicium ſupponit poſſeſſionem, ſaltem naturalem penes reum conuentum.*

2 *Poſſeſſionis naturalis ad conſecutionem imploratur Officium Iudicis, vt aſſiſtat, aſſociationem præſtet actori, cui deinde aliquo ex remediis ſub eodem iudicio comprehenſis facilius ſatisfieri poſſit de eius credito.*

3 *Poſſeſſio ad manutentionis effectum probatur ex quo aduerſarius contra petentem intentauerit aſſociationem, & n. 5. Ampl. eo magis ſi obtinuerit, & concurrant adminicula. vt d. n. 5. 6. & 7.*

4 *Confeſſio in libello facit contra confitentem plenam probationem. Ampl. vt n. 5.*

7 *Singula, quæ ſint imperfecta, & non conſtituant legitimam probationem, adminiculantur tamen, & corroborant.*

8 *Manutentionis in iudicio admittuntur leuiores, & imperfectæ probationes.*

9 *Donationis inſtrumento non transfertur poſſeſſio, apprehenſione, & effectuatione non ſecuta.*

10 *Confeſſio propria omnes ſuperat probationes, & præ cæteris eſt attendenda.*

11 *Hæres poſſidens bona fide poteſt aliquam rem eligere, in qua ſibi de eius credito ſatisfiat.*

12 *Decl. vt tamen tutius ſit, id facere Iudicis auctoritate.*

13 *Subdecl. vt immo Iudex ſit neceſſarius, vbi alij creditores concurrunt.*

14 *Poſſeſſio nihil habet commune cum dominio.*

15 *Poſſeſſionem licet quis habeat, poteſt illam per acquiſitionem dominij, vel reiteratam apprehenſionem Iudicis auctoritate confirmare.*

16 *Sequeſtrum iudiciale an priuet poſſeſſione, & num. 17.*

18 *Poſſeſſio data, & capta non citato anteriori poſſeſſore non eſt alicuius roboris ſed de facto & abſque iuris ordine inuaſa. Ampl. vt n. 19.*

20 *Iudex Laicus non poteſt procedere contra Clericos, nec illos poſſeſſione priuare, niſi ſint actores, & nu. 21. & 22.*

23 *Poſſeſſor, qui non habuit ſe pro ſpoliato, nec depoſuit animum poſſidendi, ſed inſtetit, & inſtat pro manutentione, manutenendus eſt.*

24 *Acta illa ſolum tranſportanda ſunt coram Iudice appellationis, quæ geſta ſunt coram Iudice, a quo appellatum fuit, & cuius ſententia, ſeu decretum petitur reuocari, non quæ coram alio, & eo minus quæ coram alio notorie incompetente, & declinato, & num. 25.*

DECISIO CXCVI.

DEfuncto Iulio ſeniore de Luca, Franciſcus Antonius, Alfonſus, & Ioſeph eius filij, ac hæredes ex teſtamento cum beneficio inuentarij, inſtituto coram Iudice laico iudicio concurſus, ſeu diſcuſſionis d. hæreditatis, petierunt declarari ſibi ipſis pro eorum creditis, ac cæteris creditoribus ſatisfaciendum eſſe, vel ex pecuniis redigendis à venditione bonorum, vel, non comperto emptore, mediante illorum aſſignatione iuſta æſtimatione, atque ita fuit declaratum die 9. Iulij 1639. At Ioannes Maria, Iulius, & Ioſeph nepotes præfati Iulij ex Ioanne Petro alio filio prædefuncto, aſſerentes ſe creditores eiuſdem hæreditatis vigore cuiuſdam donationis, aliud particulare contra dd. Franciſcum Antonium, & fratres introduxerunt iudicium die prima Iulij 1638. coram eodem Iudice, præuia ſpeciali delegatione, inſtando, ſibi præſtari aſſiſtentia ſuper bonis in fine libelli deſcriptis per ipſos fratres hæredes antedictos poſſeſſis, Verum quia Franciſcus Antonius, & Alfonſus tanquam clerici declinarunt forum laicale 14. Octobris eiuſdem anni 1638 iudicium hoc fuit proſecutum contra Ioſeph alterum fratrem, & cohæredem laicum, & aduerſus eam lata ſententia die 30. Ianuar. 1641. concedens d. Ioanni Mariæ & conſortibus aſſiſtentiam ſuper duobus ex pluribus prædiis in libello deſcriptis, nuncupatis *la Machitella*, & *S. Benedetto* pro creditis per eos petitis, pro quibus vigore decreti R. C. ſub die 27. Februarij 1641 fuerunt relati inter alios creditores Iulij in d. iudicio diſcuſſionis deſcriptos; Et poſtmodum, proſequendo eorum particulare iudicium, obtinuerunt per alia decreta ſub diebus 12. Iulij, & 5. Octobris eiuſdem anni dicta eorum credita liquidari in ſumma ducat. 7870. & iar. 2. pro quorum integra ſatisfactione conceſſa fuit dict. Ioanni Mariæ immiſſio in poſſeſſionem tam dd. duorum prædiorum, quam aliorum bonorum hæreditatis per eum eligendorum iuxta æſtimationem, prout in executione d. ſententiæ, ac decreti nonnulla bona hæreditaria elegit, etiam non deſcripta in d. libello, eorumque poſſeſſionem fuit aſſecutus: Verum quia illa fuerat iam antea intimatus, & monitus per Reuerendiſſ. Epiſcop. Iuuenacen. & Melphiten. ne ſuper eis bonis præfatos Franciſcũ Antoniũ, & Alfonſum,

ſum, ac Iulium, & Matthæum filios d. Ioſeph, & ab
eo cauſam habentes omnes clericos, ac eorumdem
reſpectiue poſſeſſores moleſtaret, niſi cauſa cogni-
ta coram ipſis Epiſcopis eorum reſpectiue Ordina-
riis, ac competentibus Iudicibus; Ideo ab eiſdem
Epiſcopis obtinuit poſt factam d. executionem mo-
nitoria quoad bona eius vigore appræhenſa mode-
rati ex decretis 25. Septembris, & 3. Octobris 1643
à quibus interpoſita pro parte dd. Clericorum ap-
pellatione ad A. C. deuoluta, illo decreuit eos ma-
nutenere in poſſeſſione bonorum quæ fuerunt in
fine d. libelli deſcripta; Ab A. C. autem decreto, ap-
pellante Ioanne Maria cauſa mihi commiſſa fuit
cum facultate manutenendi quem de iure, Itaque
hodie propoſito dubio, cui, & in quibus bonis
eſſet danda manutentio, Domini reſponderunt pro
Franciſco Antonio, & conſortibus in bonis deſcri-
ptis in inſtrumento immiſſionis, ac executionis fa-
ctæ ad inſtantiam præfati Ioannis Mariæ ſub die 10.
Octobris 1641.

Nam illorum anterior poſſeſſio probatur non
ſolum ex qualitate intentati contra eos iudicij aſ-
1 ſiſtentiæ, † quod præſupponit poſſeſſionem, ſaltem
naturalem penes reum conuentum, *Franc. dec.* 101.
2 *num.* 12. *& ſeq. verſ. & vt poſſit obtineri* † pro cuius
conſecutione Iudicis imploratur Officium, vt aſſi-
ſtat, & aſſociationem præſtet actori, cui deinde
aliquo ex remediis ſub eodem iudicio compræ-
henſis facilius ſatiſfieri poſſit de eius credito, vt
probatur ex pragmatica Regni ſub *rub. de aſſiſtent.
ſine diſcuſſ. bonor. præſtan.* ibiq; tradunt *Rou. à nu.* 17.
*& plurib. ſeqq. verſ. in hoc tamen iudicio & alius Mo-
dern. gloſ.* 1. *ſub num.* 2. *& ſeqq. & gl.* 11. *per tot. Affl.
dec.* 383. *per tot. Capyc. deciſ.* 51. *ſub num.* 3. *verſ. ſed
decretum. Franc. dec.* 120. *ſub num.* 2. *&* 3. *Marant. in
prax. par.* 6. *art.* 8. *ſub num.* 30. *verſ. ſecundo principali
3 modo, &c.* Ideoque merito * inde reſultat proba-
tio in hoc iudicio ſufficiens poſſeſſionis aduerſarii,
contra quem petitur aſſociatio, vt fuit dictum in
Romana Domus 16. *February* 1632. *coram bo: mem.
Pironano impreſſ. poſt tract. Modern. Peruſ. de manu-
ten. dec.* 336. *ſub num.* 1. *& ſeq. verſi quia de naturali
eorum poſſeſſione &c.*

Verum etiam quia id expreſſis verbis declara-
runt in d. eorum libello, ibi, & pro dictis quantita-
tibus aſſiſtentiam in forma præſtari facere ſuper
infraſcriptis bonis quæ fuerunt in bonis, & de bo-
nis d. Iulij, & ad præſens poſſidentur per infraſcri-
ptos hæredes, & rurſus in fine poſt reſcriptionem
dd. bonorum, ibi, *quali beni ſi poſſedano per Gioſep-
pe, Franciſc. Antonio, & Alfonſo di Luca figlioli, &
4 heredi del q. Giulio di Luca.* † quæ quidem confeſſio
expreſſe facta in libello plenam aduerſus eos facit
probationem, *l. cum precum ibiq; D D. C. de lib. cauſ.
Dec. conſil.* 125 *ſub num.* 1 *verſ. de poſſeſſione enim &c.
Rot. deciſ.* 802. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 1. *diuerſ. & penes
San. Mem. Greg. dec.* 200. *ſub num* 2. *& dec.* 458 *ſub
num.* 5. *& Burati. dec.* 342. *num.* 1. *verſ. qua confeſſio,
& dec.* 393. *ſub num.* 2. *verſ. ex qua partis confeſſione,
&c. & dec.* 730. *num.* 2. *verſ. dicta autem poſſeſſio, &c.
Coccin. deciſ.* 14. *num.* 4. *Andr. deciſ.* 12. *num.* 3. *verſic.
qua confeſſio &c. & in recent. deciſ.* 351. *ſub numero* 1.
par. 2. *& dec.* 466. *num.* 3. *verſ. comprobatur ſecundo,
5 &c. par.* 4. * Eſto, quod verum eſſet, eumdem libel-
lum ab eorum Aduocato, ſeu Procuratore fuiſſe
productum, quia in hac parte exprimit neceſſarium
extremum in iudicio intentato; Eoque vſi fuerunt
non reuocata dicta confeſſione, Actores ipſi pro
fundamento proceſſus, ſententiæ, & decretorum,
quæ obtinuerunt, atque ideo cenſentur illum rati-
ficaſſe, ita vt perinde probet contra eos, ac ſi ab
ipſiſmet fuiſſet productus, iuxta tradita per *Oldr.
conſ.* 126. *ſub num.* 5. *verſ. ſed hic, &c.* Rot. *penes Put.
dec.* 396. *lib.* 2 *& dec.* 208. *num.* 4. *verſ. nec obſtat, &c.
ac deciſ.* 314. *num.* 4. *verſ. tamen fallit &c. par.* 4. *di-
uerſ. & in recent. deciſ.* 193. *n.* 6. *verſi. concurrunt etiam
&c. & deciſ.* 460 *ſub num.* 9 *verſic. ſed immo, &c. par.* 3.

Quo verò ad ea bona, quæ non leguntur deſcri-
6 pta in d. libello † probatur eorumdem Franciſci
Antonii, ac aliorum reſpectiuè poſſeſſio ex confeſ-
ſione pariter Ioannis Mariæ, dum petiit, & obti-
nuit aſſociationem, & reſpectiue immiſſionem in
poſſeſſionem eorum tamquam hæreditariorum
Iulij contra dd. eius hæredes; vt apparet ex inſtan-
tiis, & decretis prædictis ſub diebus 12. Iulij, & 21.
& 5. Octobris 1641. iuxta *gl. fin. in c. ſi Epiſcopum.
verſ. immo præſumitur.* 16. *q.* 6. *Menoch. præſumpt.* 64.
num. 18. *verſ. hinc cenſuit &c. lib.* 6. *Rot. dec.* 456. *ſub
num.* 4. *verſ. & ſignanter ex eo &c. par.* 2. *recent. & in
Romana Domus* 30. *Martij* 1629. *coram bo: mem. V-
baldo impreſſ. poſt d. tract. Modern de manuten. dec.*
261. *& penes Reuerendiſſ. Vrgell. dec.* 49. *num.* 2. *verſ.
bona vero, &c.* Et concurrunt etiam inſtrumenta
aſſignationem inter dd. Franciſcum Antonium, ac
Alfonſum de anno 1639. 27. Maii, & 1. Septembris
rogat. per Marcum Antonium Andreotium, & Io-
annem Andream Bocaſinum Notarios Melfiten-
ſes reſpectiue ad fauorem dd. Iulij, & Matthæi fi-
liorum Ioſephi de anno 1641. 18. Februarij ante
ipſam executionem celebrata; Inuentarium bono-
rum eiuſdem hæreditatis in Curia Melfiten. confe-
ctum de menſe Maij 1638. nec non plures teſtes in
dd. Curiis Epiſcopalibus examinati, & monitoria
7 ſubſecuta, † quæ ſingula licet imperfecta eſſent,
nec legitimam conſtituerent probationem aduer-
ſus Ioannem Mariam, bene tamen adminiculan-
tur, atque corroborant illam, quæ à proprio eius
facto, ac confeſſione deducta ex actibus mox rela-
tis infertur, *in l. admonendi, ſub numero* 41. *verſic.
ſed ſi parti. ff. de iur. iur. Rot. penes Verall. deciſ.* 208.
num 6 *verſ. teſtes etiam &c. par.* 2. *Burati. deciſ.* 302.
num. 5. *verſ. & alij teſtes, &c. & dec.* 533. *nu.* 2. *verſ.
tamen quatenus etiam &c. & dec.* 918. *num.* 7. *verſic.
maxime quia &c.* ita vt ſufficiens ex omnibus præ-
dictis reſultet probatio in hoc præſertim manu-
8 tentionis iudicio, † in quo leuiores, & imperfectæ
admittuntur. *Natt. conſ.* 121. *ſub num.* 9. *verſ. oſtendi-
tur etiam, Gaill. obſeru.* 7. *num* 6. *verſ. interim au-
tem, &c. lib.* 1. *Card. Caualer. deciſ.* 44. *ſub num* 3 *verſ.
qui teſtis. & ſeq. & dec.* 75. *num.* 4. *verſ. quæ probatio-
nes, &c. ac in Bononien. Affictus* 4. *Iulij* 1639. *coram
bo: me. Cardinali Virili in §. teſtis autem.*

Nec obſtat, quod d. Prædia *nuncupata la Ma-
chitella, & S. Benedetto* non remanſerint in hæredi-
tate Iulij, nec per eius hæredes poſſiderentur, quip-
pe fuerant iam antea de anno 1628. 20. Auguſti
per eum donata præfato Ioſeph alteri ex eius filiis
occaſione matrimonii contracti ad fauorem filio-
rum ex eo naſciturorum.

9 Quia † ex illo donationis inſtrumento non fuit
tranſlata in d. Ioſeph poſſeſſio, *l. poſſideri. in princ.
& l. quemadmodum. ff. de acq. poſſ. l. traditionibus, &
ibi D D. C. de pact.* nec conſtat de ſubſecuta appræ-
henſione, & effectuatione illius, ita vt de illa haben-
da ſit ratio, *Rot. dec.* 623. *ſub num.* 5. *verſ. præterea,
&c. par.* 4. *recent.* quinimmo habemus expreſſam

Digitized by Google

confeſſionem Ioannis Mariæ, & litis conſortum affirmantium, quod eo tempore, quo præfatum aſ-ſiſtentiæ iudicium inſtituerunt contra dd. Franciſcum Antonium, & fratres, eadem præuia poſſide-
10 bant, † quæ quidem confeſſio alias probationes præcellit, & præcæteris attendi debet, *c. per tuas. extra de probat. l. cum te la 2. C. de tranſact. & in ſpecie reſpondit Rot. penes Buratt. dec. 260. ſub n. 7. & ſeq. verſi. tum etiam quia conſtat &c. & dec. 200. ſub n. 1. verſ. qua confeſſione. ac dec. 630. ſub num. 2. verſ. dicta autem poſſeſſio &c. & penes San. Mem. Greg. dec. 357. ſub num. 3. verſ. cum confeſſio, & dec. 434. ſub num. 4. verſ. & clarum eſt, &c.*

Minus obſtat, quod cum prædicti Franciſcus Antonius, & alij eius fratres adiuerint Iudicem pro obtinenda aſſignatione bonorum hæreditatis, vt conſtat ex eorum inſtantia, & ex decreto ſubſecuto ſub die 6. Octobris 1639. eo ipſo cenſeantur renunciaſſe, ac dimiſiſſe eorum antecedentem poſſeſſionem.

Quia illi non adiuerunt Iudicem pro habenda ab eo poſſeſſione bonorum hæreditatis, quæ iam erat penes ipſos, vt dictum eſt, nec eius decreti beneficio in præſentia nituntur, ſed vt ſibi ex illis aſſignarentur, & adiudicarentur certa corpora pro ſatisfactione eorum crediti; & aſſignatio inter Franciſcum Antonium, & Alfonſum iam facta confirmaretur, vt legitur in petitione, ibi, inſtant aſſignari ipſi Ioſepho tot bona ſtabilia pro ducatis 7. mil. firma remaneat, &c. & in decreto Iudicis, ibi, aſſignatio facta inter Franciſcum Antonium, & Alfonſum firma remaneat pro concurrenti quantitate ducat. 14. mil. & nihilominus pro concurrenti quantitate ducat. 7. mill. adiudicentur ipſi Ioſeph tot bona ſtabilia aſcendentia ad d. ſummam, &c.
11 Idque iuſta ratione factum fuit, nam, licet * hæres poſſidens hæreditatem bona fide eligere poſſit rem aliquam, in qua ſibi de eius credito ſatisfaciat, iux. theoricam *Bald. in l. fin. §. in computatione, ſub nu. 4. verſ. ex hoc ſequitur, C. de iur. delib. Rota dec. 71. n. 4. verſ. circa tertium par. 1. diuerſ. & dec. 117. num. 11.*
12 *verſ. præſertim p. 7. recent.* † Tutius tamen eſt ſemper, quod Iudicem adeat, eiuſque auctoritate illam recipiat, vt ſentit idem *Bald. in l. debitori, ſub num. 4. verſi. ſed pone &c. C. de pact. ead. Rot. dec. 680. num. 6. verſi. non obſtant. par. 1. diuerſ. & penes Card. Seraph. dec. 967. ſub num 1. verſi. niſi vbi hæres. Burſat. conſil. 167. num. 38. verſi. ſecundo &c. Honded. conſ. 58 ſub num. 6. verſi. præterea &c. lib. 1. Mareſcott. reſolut. 37.*
13 *nu. 3. lib. 1.* * tunc vero neceſſarium, quando concurrunt alij creditores hæreditarij, de quorum agitur intereſſe, *ad l. 1. ff. de ſeparat.* & rurſus tradit *Bald. in l. 2. ſub num 4 verſi. reſponde &c. C. de bon. authorit. Iudic. poſſid. Rot. d. dec. 71. ſub d. num. 4. verſic. neque obſtat, &c. par. 1. diuerſ. Rolan in tract. diuerſ. de inuent. quæſt. 170. ſub num. 9 & ſeqq. verſi. pone, quod hæres, &c.*

Ex huiuſmodi autem inſtantia, quæ reſpicit aſſecurationem, & acquiſitionem dominij dd. bonorum hæreditatis pro concurrenti quantitate crediti hæredum, nullum illis illatum fuit præiudicium
14 in eorum antecedenti poſſeſſione, † quæ nihil habet commune cum dominio, iuxta *l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. Rot. penes Buratt. de-*
15 *ciſ. 605. ſub num. 2.* † nec enim repugnant, ſed bene conueniunt, quod quis poſſeſsionem retineat, & nihilominus illam per acquiſitionem dominij, quin etiam per reiteratam appræhenſionem auctoritate Iudicis magis confirmare, & corroborare intendat, ad *l. fin.* vbi *DD. C. de iur. domin. impetr.* & probatur in *l. 3. §. miſſum, ff. de Carb. edict. & in l. 1. C. eod. tit. Bart. in l. vti frui, §. verum autem, nu. 2. verſ. quod not. ff. ſi vſufr. pet. & in l. creditoris ſub num. 26. verſ. mihi autem, C. de pignor.* & pluribus comprobat *Menoch. de adipiſc. remed. 4. ſub num. 348. verſ. quadrageſimo quarto &c. & ſeq. Rot. penes Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 269. num. 20. verſic. & præterea,* &c. ac in aliis.

Non etiam obſtat aſſertum ſequeſtrum à Iudice appoſitum ſuper bonis d. hæreditatis, vel eorum fructibus.
16 Quia † non ideo priuati fuerunt hæredes prædicti eorum poſſeſsione, nam huiuſmodi ſequeſtra, quæ Iudicis auctoritate fiunt, cenſentur regulariter facta cauſa tutioris cuſtodiæ, non autem animo præiudicandi alicui in eius poſſeſsione, niſi alia probetur ipſius Iudicis voluntas, vt diſtinguendo declarat, *Cyn. in l. vnic. ſub num. 1. verſ. ſed quid de neceſſaria, C. de prohibit. ſequeſtr. & Bart. in l. intereſſe, numero 4. verſic. dicit gl.* quam ibi ſequuntur *Imol. Aret. & alij, ff. de acq. poſſeſſ. Rot. dec. 162. num. 9. verſ. denique reſpondebatur, par. 4 diuerſ. & penes bo: me: Card. Mant. dec. 152 nu. 6. verſ. neque ſequeſtrum, &c. & Sanct. Mem. Greg dec. 9 nu. 2. verſ. quia ſequeſtrum, &c. ac Buratt. d. c. 186. num. 7. verſic. tum quia, &c. & in recent. dec. 516. num. 2. verſic. non obſtat, &c. & dec. 604. ſub num. 2. verſ. his autem, &c. par. & deciſ. 372. numer. 2. & 3. verſ. quibus non obſtat, par. 4.*
17 † quod procedit, etiam ſi poſſeſſor huiuſmodi ſequeſtro aſſenſerit, quia, dato præcedenti Iudicis decreto, ex quo eius poſſeſsioni priuatio non reſultabat, ſubſequens eius aſſenſus in executione eiuſdem decreti cenſetur præſtitus, & ad eius limites reſtrictus, non autem, vt maius inferat præiudicium conſentienti, vt fuit dictum in *Calaguritana Beneficij de Ermilla* 11. *Ianuarii* 1608. *coram bo: mem: Card. Sacrato, in recent. dec. 171. num. 4 verſ. non obſtat &c. & per tot. par. 3. & in Carthagmen. Canonic. 25. Maij 1609. in §. circa tertium, coram bo: mem, Card. Lancelloto,* & probat *Menoch. de retin. remed. 3 à n. 86 & ſeqq. verſ. quæro vndecimo &c.*

Firmata igitur ex prædictis anteriori poſſeſsione dd. Franciſci Antonij, & litis conſortum, ſequi-
18 tur, quod * poſterior poſſeſsio per Ioannem Mariam appræhenſa 10. Octobris 1641. nullius roboris ſit, quippe nulliter appræhenſa fuit, tum quia non citatis prædictis Clericis anterioribus poſſeſſoribus, vt neceſſarium erat, *c. licet Epiſcopus, de præben. in 6. l. de vnoquoque. ff. de re iudic.* alias enim dicitur de facto, & abſque vllo iuris ordine inuaſa fuiſſe, *Bald. conſ. 149.* proponitur, quod quædam tutela *ſub num. 1. verſ. ſolutio. lib. 3. Ancharan. conſi. 292. ſub num. 1. verſ. ſed his non obſtantibus, Roman. conſ. 158. ſub num 1. verſ. primo quia, &c. Roland. conſ. 5. num. 15. verſ. vlterius dicitur &c. lib. 2. Gabr. conſi. 31. ſub num. 20. verſ. quinto quia &c. & ſeq. lib. 2. Peregr. de fidcicomm. art. 48. ſub num. 36. verſ. & eſt notandum &c. Rot. penes Card. Seraph. dec. 492. num. 6. verſ. nec obſtat &c. & dec. 1106. ſub nume. 2. & Card. Caualer. dec. 189. ſub num. 5. & ſeq. verſ. vnde poſſeſſio. ac Sanct. Mem. Greg. dec. 171. num. 2. & Buratt. dec. 746. num. 2. & in dec. 402. ſub nu. 1 & ſeq. verſ. vnde ſubſequens. par. 4. diuerſ. & in recent. deciſ. 279. ſub n. 1. verſ pro quo facit. &c. par. 3. & dec. 562. n. 3. verſ. tum etiam &c. par. 4.*
19 Eoque * magis ſtantibus eorum proteſtationibus, ac monitoriis illi antea notificatis 13. & 23.

Martij

Digitized by Google

Martij eiuſdem anni 1641. vt apparet ex relationibus Curſorum, *Bald. in l.ob maritorum, ſub nu.5. verſ.quæro nunquid pendente proteſtatione, C. ne vxor pro marit. Angel. in l à Diuo Pio, § ſi ſuper rebus, ſub nu.1. verſ.& ideo, ff de re iudic.* quem ibi ſequuntur *Alex. & alij DD.Gozad. conſ. 103.ſub num.10. verſ. & ideo, Roland.d. conſ.5. ſub nu.15.verſ.& eo fortius, &c. ac ſeq. lib.2. Contard.ad l.vnic. d q 24.ſub n.34. verſ. & quod ſuccurratur &c. ſi de moment. poſſeſſ. Rot.penes Buratt. dec 627. ſub num.3. verſ immo ipſa &c. & in dict. deciſ. 279. num 1. verſ. præſertim &c. par.3.recent.*

20 Tum quia in executione ſententiæ, & decreti, ac de mandato Iudicis laici, † qui contra præfatos Clericos non potuit procedere neque illos eorum bonis, ac poſſeſſione priuare, *ad l.ſi quis ex aliena, ff.de iudic.l.vlt ff.de iuriſd.omn.Iudic. l, 2. C.eod.tit. c.nullus Iudicum.c.ſi quis contra Clericum.c.ſi diligẽti, c.ſignificaſti. extra de for compet.c.nullus Iudicum, & c.continua 11 q.1.Auth. ſtatuimus, C.de Epiſcop.& Cler.& in Auth. vt Clerici apud proprios Epiſcopos, in princ. Rot penes Card.Seraph. dec.804. ſub num.4. verſ. neque obſtat, Crauett.conſ. 258. num.8. verſ.poſſit tamen &c. Roland. conſ 23. num 6. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus &c. lib.2. Didac.pract.quæſt.351 ſub num.1. verſ. primum etenim &c. Menoch. de adipiſc.remed.4.ſub n.476.verſ. ſed ſecus ſi poſſunt &c.*

21 Nec obſtat, quod præfati † Clerici cenſendi ſint in propoſito caſu Actores, dum ipſi inſtituerunt iudicium diſcuſſionis hæreditatis citatis creditoribus, quibus inſteterunt adiudicari bona iuxta appretium in actis deductum, prout fuerunt adiudicata Ioanni Mariæ.

Quoniam eſt aduertendum, quod Ioannes Maria, & fratres non fuerunt citati, nec conuenerunt cum aliis creditoribus Iulij in d.iudicio concurſus, ſeu diſcuſſionis per hæredes inſtituto; ſed illi ſeorſum ab aliis particulare inſtituerunt iudicium aſſiſtentiæ, agendo contra ipſos hæredes, d. die 1. Iulij 1638. quod fuit proſecutum contra ſolum Ioſeph. alterum ex eis laicum, ſtante declinatoria fori per Clericos appoſita, & per Iudicem admiſſa, vt apparet ex decreto 14. Octobris eiuſdem anni 1638. & in hoc iudicio particulari emanauit ſententia, qua conceſſa fuit aſſiſtentia ſuper dd. duobus corporibus ad fauorem Ioannis Mariæ die 30. Ianuar. 1641. & alia prædicta decreta ſuper diebus 12. Iulij, & 5. Octobris 1641. quibus fuit liquidata ſumma eius crediti, & conceſſa immiſſio in poſſeſſionem aliorum bonorum per eum eligendorum, de quorum executione agitur.

Licet enim d. Ioannes Maria, & fratres ex decreto R.C. ſub die 22. Februarij 1641. fuerint relati & deſcripti inter alios creditores hæreditatis Iulii pro eorum credito contento in d. ſententia per eos obtenta 30. Ianuar. antecedentis ad effectum, vt illud innoteſceret, & ne in præiudicium eorum aliis creditoribus bona aſſignarentur, vt apparet ex eodem decreto; non tamen vigore illius, vel alterius decreti in d. iudicio vniuerſali emanati elegerunt bona, eorumque poſſeſſionem aſſecuti fuerunt, ſed vigore dd. decretorum pro executione ſententiæ in prædicto particulari iudicio latæ emanatorum, vt in eis legitur, ad quorum tenorem facta fuit d. die 10. Octobris per Ioannem Mariam bonorum electio, eademque die appræhenſa poſſeſſio, vt apparet ex publicis actis productis, quæ ſane nullo iure fieri poterant in præiudicium dd.Franciſci Antonii, & aliorum Clericorum, qui ea bona poſſidebant, nec in d. iudicio particulari, in quo emanauit ſententia aſſiſtentiæ 30. Ianuarij, & alia prædicta decreta, neque in

22 executione illorum citati fuerant; † Ideoque merito nulla fuit immiſſio, & executio ſuper bonis ab eis poſſeſſis, vt reſpondit I.C. in *l.iudicatæ quidem rei.ff. de except.rei iudic.gl. in l.à Diuo Pio, §.ſi ſuper rebus, in verb.fiat. ibique Bart.ſub num.6 verſ. quæro ſecundo &c. Caſtr.ſub nume.4 verſ. ex prædictis &c. Alex.nu.10.verſ.item in gloſſ.& ſub n.15.verſ.item circa d. articulum &c.& alij.ff.de re iudic.Salycet. in l. properandum.§.ſin autem Reus, ſub n.20 verſ ſi vero ſit penes ipſum tertium, C de iudic. Rot. penes Card. Mantic.dec.218.n.14.verſ vnde etiamſi &c.& in recent.dec.211.ſub nu.1.verſ.non obſtat. latius deciſ.764.*

23 *ſub num.1.par.2.& deciſ. 279 ſub num.1.par.3.* † Neque eius vigore fuerunt præfati Franciſcus Antonius, & litis conſortes eorum poſſeſſione priuati, cum non habuerint ſe pro ſpoliatis, neque depoſuerint animum poſſidendi, ſed inſteterint, ac iugiter inſtant pro manutentione, quæ illis concedi debet, *Rot. penes Put. deciſ.411. n.2.verſ. tamen &c. & nu.5. & ideo &c.lib.2.& dec. 187. par. 4. diuerſ.* ac penes *Card. Seraph. dec.1041 ſub nu.3.verſ. & ideo &c. & San.Mem.Greg.dec.555. num.6.verſ.& D. Antonium &c.ac Buratt. dec. 11.ſub n.1.verſi. & ideo &c. & in recent. deciſ.260. par.3. & dec. 30. ſub nu.2. verſ. non obſtat.quod Abbas &c. & ſeq.par.4.ac dec.411. ſub nu. 1.verſ.& huius quidem iuris &c par.5.*

Quæ vero obiiciebantur de omiſſa tranſportatione actorum coram D. iudice laico viſa fuerunt Dominis non releuare; nam hæc cauſa per viam appellationis à decretis Reuerendiſs. Epiſcoporum Iuuenacen. & Melphiten. deuoluta eſt primum ad A.C. coram quo fuerunt tranſportati proceſſus coram eiſdem formati, ex quibus præmiſſa facti ſenes bene iuſtificatur; deinde vero ab A. C. ad Rotam, coram qua vtriuſque inſtantiæ acta pariter fuerunt

24 producta; Ac proinde † non erat neceſſaria tranſportatio actorum coram aliis Iudicibus, quam coram illis, à quibus fuit per dd. Clericos appellatum, & quorum ſententiæ, ſeu decreta petuntur reuocari, vt fuit dictum in *Bononien. Bonorum Emphyteuticorum 24. Ianuarij 1600. coram bo: mem:* Pecunia *in Volum. crimin. Farinac. deciſ.143. nu.3.verſ.ceterum & in Vratislauien Matrimonij coram Caualerio.dec. 43. ſub num,1.verſ.ſed poſtmodum &c. & ſeq.* & aliis relatis *dec.635.ſub nu.13.verſi. D. quidem Marcus &c. par.4 recen.* & penes *Reuerendiſſ.Vrgellen.dec 94.n.4. verſi.appellans autem &c.& deciſio.116.n.1.verſi.quæ propterea &c.ac dec.375.nu.13.verſ.atque ideo &c.* eoque minus illorum, quæ coram Iudice notoriè incompetenti, & per eos declinato ab aduerſario geſta fuerunt, vt firmauit *Rot. in Veneta Illegitim. 2. Maij 1597. coram Penia in 4.par.diuerſ.dec.28.verſ.ſed illud in primis conſtituerunt &c.*

Et ita fuit concluſum vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Ianuen. Fructuum Dotis.

Lunæ 29. Ianuarij 1646.

SVMMARIA.

1 *Ceſſio in incorporalibus, & locis montium abdicat domi-*

dominium,& poſſeſſionem.Lim.vt num.7.& 9.

2 *Adiudicatio præſumitur æquare creditum, ſeu illud reddit turbidum, non docto concludenter de inſufficientia. Contrarium num.12.*

3 *Conſenſus præſtitus reſignationi locorum montium lite pendente dicitur nullus, & attentatus. Lim. vt num.14.*

4 *Impedimentorum præſtitorum executioni,& ſubhaſtationi cognitio ad quem Iudicem ſpectet, & num.16. & ſeq.*

5 *Impedimenta præſtita in ſpretum inhibitionis ſunt nulla,& attentata,& remouenda,& n.6.*

8 *Mandatum non præſumitur datum ad actum illicitum.*

10 *Locorum Montium ceſſio,& translatio, quæ requirat.*

11 *Conſtituti clauſula in contractu nullo nullum operatur effectum.*

12 *Satisfactionem aduerſarij allegans ex adiudicatione tenetur probare, non autem aduerſarius docere de inſufficientia.*

13 *Creditori ſufficit ſolutionem negare.*

15 *Attentata non intrant de vna ad aliam cauſam diuerſam.*

16 *Iudex Executor an poſſit cognoſcere de viribus Inhibitionis alterius.*

17 *Iudex Executor non cognoſcit exceptiones quoad merita,ſed quoad executionem tantum.*

DECISIO CXCVII.

IOanni Baptiſtæ ab Aurio vltimo,& plus offerenti anno 1641. deliberata fuerunt loca quinquaginta Montis Fidei, cuius deliberationis cum notitiam habuerit paucos poſt dies Barbara Spinola , citatis tā Ioanne Baptiſta filio deliberatario,ſiue illius Procuratore, quam Marcello Galleano Marchione ab Auria eius patre , obtinuit ab A. C. eiſdem inhiberi, ne ſcilicet auderent loca Montium, vt ſupra deliberata, diſtrahere, ſiue illorum reſignationi,vel alienationi conſentire in ipſius præiudicium, quæ ſtare deberent loco depoſiti, nemini conſignanda, niſi ipſa Barbara legitima citata pro ſuo iure Summ. illius num.2.

Die 30.Maij 1643. Ioannes Baptiſta deliberatarius præuiis conſenſu, præſentia , & voluntate Patris Procuratorem conſtituit ad exigendum fructus quorumcumque locorum Montium, annuorum redituum, & cenſuum ad ipſum ſpectantium, nec non dicta Loca Montium, & annuos cenſus reſignanda, vel in ſolutum danda cuicumque perſonæ,tam cum pretio, quam ſine, cum conſenſu tamen,& voluntate d. eius Patris, & non alias, &c. ſumm. num. 7. Qui Procurator vigore iſtius mandati per inſtrumentum publicum , dicta Barbara, minime vocata, loca Montium 50.vt ſupra deliberata ceſſit , & aſſignauit in cauſam alimentorum eidem Marchioni Patri, qui deinde in vim d.ceſſionis, & aſſignationis,litteris tamen patentibus ad ſui fauorem non expeditis impetrauit ab Illuſtriſſimo D. Theſaurario generali inhibitionem , vt nemo auderet ſuper illis, illorumque fructibus aliquid innouare in illius præiudicium,ſumm.n.5.

Anno ſuperiori die vero 18.Nouembr.eadem Barbara creditrix Marchionis viri pro fructibus dotalibus vſque tunc decurſis , obtento prius mandato executiuo , & præuiis conſenſibus, nedum Ioannis Baptiſtæ deliberatarii , ſed etiam Iſabellæ de Franchis hæredis Michaelis Angeli Burſotti deliberationem paſſi, litteras Patentes dd.locorum, 50. Montis Fidei pro concurrenti rata ſui crediti ad eius fauorem expediuit,firmis tamen remanentibus citatione cum inhibitione coram Eminentiſſimo D. Signaturæ Iuſtitiæ Præfecto, inhibitione d.Theſaurarij,aliiſque impedimentis impoſitis ſuper dictis locis Montium ad inſtantiam eiuſdem Marchionis ab Auria, Summ.num.3. & 4. Verum cum Barbara perierit exactionem fructuum dd. locorum Montium, quæ ſibi impedita remanſit ob præfatas inhibitiones per ipſum virum impetratas, inſtetit coram me Iudice Exequente à S.D.N.deputato pro illorum remotione, &, propoſito dubio , pro negatiua reſolutione ex parte Marchionis multa deducta fuerunt:Et

Primò , quod, dum Ioannes Baptiſta mediante eius Procuratore loca Montium præfata ceſſit, & aſſignauit de anno 1643. ipſi Marchioni Patri in cauſam alimentorum , non voluit poſtmodum de anno 1643.conſentire illorum reſignationi ad fauo-
1 rem Barbaræ matris , cum † in incorporalibus prout ſunt loca Montium, de quibus agitur , per ſimplicem ceſſionem abdicerentur à cedente dominium,& poſſeſſio, *Card.Caualer. dec.319.n.5.*

2 Secundò, quod Barbara † videtur pluſquam ſatisfacta de eius credito, ſcut. 50. mill. & fructibus decurſis, ex quo in Regno Conſilio Neapolitano obtinuerat ſibi adiudicari omnes redditus Fiſcales ad ipſum Marchionem ſpectantes capitalis ducat.107.mill.& annui redditus ducatorum 8000. vel ſaltem eius creditum remanſit adeo turbidum, vt non poſſit hodie fructus dotales petere,niſi concludenter docuerit de inſufficientia dd. redditruum.

Tertiò, quod Iſabella de Franchis hæres Michaelis Angeli Burſatti, qui deliberationem paſſus
3 fuit, † non potuit abſque vitio nullitatis, & attentatorum conſentire reſignationi horum locorum Montium ad fauorem Barbaræ, non vocato, nec citato Marchione , dum inter ipſam conſentientem,& eundem Marchionem ſuper eis pendebat,& hodie pendet lis in Rota coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.

4 Quartò demum,quod,* dum non agitur de impedimentis præſtitis executioni, vel ſubhaſtationi iam perfectæ vigore mandati Rotalis, ſed de impedimentis petitis reſignationi factæ per Patrem abſque miniſterio Iudicis, cognitio illorum remotionis non pertineat ad Rotam, ſed ſpectet ad Iudicem, qui impedimenta,& inhibitionem conceſſit.

His tamen minimè obſtantibus Domini , cauſa inter propoſita, in affirmatiuam ſententiam inclinarunt,impedimenta ſcilicet eſſe remouenda;Quia,
5 * cum emanauerint in ſpretum inhibitionis A. C. & conſequenter nulliter, & attentatæ,*c. non ſolum, de appell. in 6.* veniunt remouenda, *Roman. conſil. 488.num.1.* & dictum fuit in *Leodien. Abbatiæ. 25. Maij 1622. coram bo:mem: Vbaldo ſeniore, quæ eſt dec.400.num.3.par.8.recent.*

Primò non obſtat,quod dicta loca Montium fuerint prius ceſſa Marchioni patri à Procuratore Ioannis Baptiſtæ filii in cauſam alimentorum.

6 Quia, † dum A.C. per ſpeciale decretum *illis* inhibuit , ne auderent loca præfata alienare , ſiue illorum ceſſioni , ſeu reſignationi conſentire , niſi
7 citata ipſa Barbara pro ſuo iure , & intereſſe,† ceſſio facta per Procuratorem nomine Ioannis Baptiſtæ nulla fuit ex defectu poteſtatis, quia mandatum procuræ datum generaliter ad reſignandum, & alienandum loca Montium ad conſtituentem

vbique

Digitized by Google

vbique ſpectantis non porrigitur hæc loca, quæ alienari, ſpræta Barbara, non poterat abſque deli-
8 cto attentati, cum † mandans non præſumatur deſiſſe mandatum ad actum illicitum, *l. creditor, 60. §. Lucius Titius ff. mand. Imol. in c. dilecto. numer. 21. de præb. Fulgoſ. in l. ſi procurator, num. 8. & ſeq. ff. de cond. indeb Curt. iun. conſ. 149. lib. 2. Capell. Tholoſ. dec. 477. num. 1. Rot. dec. 261. num. 8. par. 1. recent.*
9 Ideoque, dum huiuſmodi † ceſſio nulla redditur ex præfatis, abdicatum non fuit dominium dd. locorum Montium à Ioanne Baptiſta mandante, & conſequenter eidem licitum fuit illa cedere, & reſignare ad fauorem Barbaræ matris, *ad reg. text. in c. non præſtat, de reg. iur. in 6. Gabr. de empt. & vend. concl. 2. num. 50. Surd. dec. 40. num. 4. verſ. ad deciſionem, & num. 6. cum ſeqq. Card. Caualer. dec. 612. num. 14. cum pluribus ſeqq. & dec. 718 per tot.*
10 Eoque magis dum † ceſſio ad fauorem Marchionis facta fuit non ſeruata forma Conſtitutionis San: mem: Vrbani VIII. ſcilicet abſque conſenſu Officialium, & litteris patentibus non expeditis ex decreto enim irritanti in d. Conſtitutione appoſito nec dominium, nec poſſeſſio transferri potuit in Marchionem ceſſionarium, vt dixit *Rota dec. 613. num. 1. par. 1. dec. 48 num. 3. & deciſ. 200. num. 6. par. 5. recent.* Idque etiamſi in ceſſione adſit clauſula con-
11 ſtituti, cum † ea in contractu nullo, nullum quoque operetur effectum, vt aliis relatis dictum fuit in *Romana, ſeu Æſina Donationis 23. Martij 1640. cor: R. P. D. meo Ghiſilerio §. data autem.*

Secundò non iuſtificatur, Barbaram fuiſſe ſatisfactam ex adiudicatione reddituum fiſcalium capitalis duc. 107. mill. & annui reddit. duc. 8000.

Quia ex decreto Conſilij Neapolitani conſtat, adiudicationem factam fuiſſe pro ſcutis 48. mill. in ſatisfactionem ſortis principalis ſuæ dotis, non autem pro fructibus, de quibus hodie agitur, nec Barbara tenetur docere de inſufficientia redditũ per transportationem proceſſus adiudicationis, quia, cum Marchio ex ea alleget ſatisfactionem
12 etiam quoad fructus, † tamquam fundamentum ſuæ intentionis, illam concludenter probare tene-
13 tur Barbaræ verò creditrici, & agenti ſufficit ſolutionem negare, iuxta *gl. in l. 2. verb. repellitur.* ibique *Bart. nu. 9. C. de iur emphyt. Aym. conſ. 313. n. 1.* cum aliis per *San. mem. Greg. dec. 159. nu. 1. & 3.*

Tertiò non obſtat, quod Iſabella de Franchis attentauerit conſentiendo reſignationi ad fauorem Barbaræ in ſpretum litis pendentiæ, coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.
14 Quia animaduerterunt Domini, quod † lis, quæ pendet coram D. meo Decano eſt ſuper validitate & iniuſtitia deliberationis factæ A. C. ad fauorem Ioannis Baptiſtæ, conſenſus verò, quem Iſabella præſtitit d. reſignationi, nihil commune habet cum præfata litis pendentia, cum illa conſenſerit dumtaxat remotioni ſequeſtri ſuper illorum fructibus,
15 & † conſequenter non poteſt dici attentaſſe quoad cauſam pendentem in Rota, quæ eſt omnino diuerſa, vt tradit *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4 lib. 3 in princ. num 8.* quem ſecuta fuit *Rot. in Romana de Lante 10. Iunij 1613. coram bo: me: Vbaldo, verſic. ſecundo principaliter.*

Quartò demum prætendi non poteſt, quod cognitio remotionis impedimentorum ſpectat ad D. Theſaurarium Iudicem inhibentem.
16 Quia, † cum S. D. N. commiſerit mihi cauſam executionis mandati relaxati ad fauorem Barbaræ pro huiuſmodi fructibus dotalibus in cuius executionem illi facta fuit ceſſio dd. locorum Montium, inhibitio verò tendat ad impediendum illius proſequutionem, videlicet exactionem fructuum, cenſuerunt Domini coram me vti Iudice Exequente diſcutiendum eſſe de viribus huius inhibitionis tendentis ad impediendum vlteriorem exequutionem, ſeu effectum ceſſionis factæ in illius exequutionem iuxta diſpoſitionem *tex. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic. vbi Bart. nu. 6. 7. & 8.* diſtinguit, quod, vel ſunt exceptiones, quæ reſpiciunt merita
17 principalis cauſæ, † & de iſtis non poterit cognoſcere talis Exequutor, vel ſunt exceptiones, quæ ſolum reſpiciunt exequutionem, & de iſtis cognoſcit Exequutor, *gl. in c. paſtoralis, 28. §. quia vero, in verb & ſi ſciat, circa med. verſ. mixta dicitur exequutio, de offic & poteſt. Iudic. deleg. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 2. de iuriſdict. omn. Iudic. num 267 Couarr. pract. quæſt. cap. 16. num. 5. §. hoc probari videtur. Menoch. de arbitr. q. 38. num. 2. 3. & 6. dixit Rota in Vrbeuetana Reſtitutionis Dotis 14. Decembris 1643. coram R. P. D. meo Peutingerio §. ſecundum vero obiectum.*

Et ita reſolutum vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Spoletana Manutentionis.

Veneris 16. Martij 1646.

SVMMARIA.

1 *Laudum, à quo eſt appellatum ab vtraque parte, non eſt exequibile.*
2 *Appellatio in parte, & partibus præiudicialibus à laudo vti indiuiduo habetur pro pura, & ſimplici.*
3. *Laudum non poteſt eſſe pro vna parte obligatorium, & pro altera non.*
4 *Appellatio procuratoris ratificatur ex proſequutione iudicij.*
5 *Ratificatio æquiparatur mandato, etiam in requirentibus ſpeciale.*
6 *Laudi acceptationi renunciatum dicitur ex ratificatione, & proſecutione appellationis, iniuſtitia detecta.*
7 *Conſenſu vtriuſque partis recedi poteſt à laudi acceptatione. Lim. vt n. 8.*
9 *Appellatione infra decem non interpoſita, decretum ſeu ſententia quoad partes tranſit in iudicatum.*
10 *Sententia quando ſuſpendet executionem laudi, & vulneret viam executiuam, laudumque tollat & num. 11.*
12 *Laudum tollitur per tranſactionem.*
13 *Res iudicata æquiparatur tranſactioni.*
14 *Executioni qui conſenſit, non eſt amplius audiendus. Ampl. vt nu. 15.*
15 *Proteſtatio non tollit ius iam parti quæſitum ex re iudicata. Ampl. vt n. 16.*
17 *Subhaſtatio exceſſiua dicitur iniuſta.*
18 *Subhaſtatio, & condemnatio pro fructibus non debitis eſt iniuſta. & n. 26.*
19 *Electio facienda per debitorem, ab eodem in termino non facta, transfertur in creditorem.*
20 *Cenſus fructus quando peti poſſint, & ſuccedant loco damnorum, & intereſſe.*
21 *Electio pro facta habetur à creditore, prout ſibi magis expedit, ſtante in eligendo debitoris mora.*
22 *Melioramentis liquidandis non liquidatis, non poteſt agi ad*

Digitized by Google

agi ad eorum pretium, nec fructus.
23 *Fructus crediti illiquidi non debentur.*
24 *Mora debitoris in ſoluendo non cadit in credito illiquido.*
25 *Tribunal A.C.& Locumtenentium an ſit idem.*
26 *Debitor habens pro ſe rem iudicatam, & tranſactionem in mora ſoluendi dici non poteſt ante ſecutam repoſitionem.*
27 *Fructus ſine mora non debentur.*

DECISIO CXCVIII.

SVper deciſis die 12. Maij 1645.conceſſa Ancaianis noua Audientia,Domini ſteterunt in deciſis ex omnibus fundamentis,quibus ipſa deciſio nititur;
1 ſubſiſtit enim, † quod laudum eſſet inexequibile propter appellationem ab eo vtrinque interpoſitam, vt præter allegatos tradit *Alex. conſ. 119.ſub numer.15.verſ.& tanto fortius, lib.2. alijque relati per Blanc.de comprom.q. 10.ſub num.3.* de qua appellatione non poteſt dubitari, quia adeſt in actis appellatio Franciſcæ, & Martæ auctricum Baldi Martani interpoſita, ſeptima die poſt laudum promulgatum, pariterque adeſt appellatio à die habitæ notitię laudi interpoſita per Flaminij Anchaiani aduerſariorum Auctoris Procuratorem, qui non appellauit, quatenus opus ſit, vt ex aduerſo prætenditur,ſed ſimpliciter appellationi fœminarum, quatenus opus ſit, inhærendo,vt patet, ibi, habita notitia laudi,&c. & appellationem pro parte aduerſariorum interpoſitam fuiſſe dictæ appellationi, quatenus opus ſit, inhærendo &c.ab eodem laudo, & ſententia in parte,& partibus eidem ſuo principali præiudicialibus, & non alias, appellauit, prout in cedula; Adeò quod Procurator duo fecit, adhęſit nimirum appellationi aduerſariorum, quatenus opus ſit, & ſimul ex integro abſque aliqua clauſula reſtrictiua ſuam appellationem interpoſuit, &,
2 † licet appellauerit in parte, & partibus ſibi pręiudicialibus, nihilominus quia laudum originaliter ex voluntate compromittentium eſt indiuiduum, perinde eſt,ac ſi purè, & ſimpliciter appellaſſet, ex
3 allegatis in deciſione §.*fuit autem*, † neque laudum poteſt eſſe pro vna parte obligatorium, & pro illa non,*l.ſi cum dies, 26.ſ. penul.ff.recept. arbitr. Seraph. dec.752.n.1.Buratt.dec.14.n.34.& ſeqq.*

Non obſtat, quod pręceſſerat acceptatio laudi, neque conſtat de mandato Procuratoris, qui pro Flaminio deinde appellauit; Quia de mandato non
4 eſt dubitandum, cum Flaminius, † proſeqnendo poſtmodum iudicium coram A. C. Iudice appellationis, dicatur, ipſam appellationem ratificaſſe, *Lancell.de attent par.1.cap. 1.numer.63.& ſeqq.Vant. de null. tit.qualit.ſent. num.103.Rota dec. 176. num.9.*
5 *coram San.mem. Greg. XV.* & † ratificatio æquiparatur mandato, etiam in requirentibus ſpeciale mandatum, *Dec.in l.ſemper, qui non prohibet, num.7. ff. de reg.iur.Cagnol. ibid. num.15. Surd.dec. 159. num.*
6 *11.& ſeq.Rot. dec.285. num.4.par.1.recent.* * ex qua ratificatione, & iudicij proſecutione reſultat vlterius receſſus à præcedenti acceptatione laudi,cum fuerit à Iudice appellationis detectum iniuſtum, *Put.dec.202.lib.2. Mohed. deciſ.4.de re iudic.Coccin.*
7 *dec. 234.num.4.* & † potuit recedi de vtriuſque partis conſenſu, *ad tex. in l.ab emptio, ff.de pact.l.prout quiſque, ff.ſolut.l.nihil tam naturale,ff.reg. iur.Surd.*
8 *conſ.136.num.2.* † quicquid ſit, quando vna tantum pars appellat, & poſtquam illa laudum approbauerat, altera, quæ à principio acquieuerat laudo, vult vti appellatione, quibus terminis loquitur *deciſio 588.par.2. recent.*

Cumque A.C. Iudex appellationis, coram quo fuiſſe productum laudum, apparet ex verbis mandati de manutendo per ipſum relaxati ad fauorem auctricium Baldi Martani manutentionem huiuſmodi decreuit contra formam laudi, quippe illud mandabat ſolui Flaminio ſcuta 450. pro melioramentis; A. C. vero,reiecta hac liquidatione, mandauit præſtari cautionem de reficiendis melioramentis, poſtquam fuerint liquidata, prout præſtita apparet ex verbis dicti mandati de manu-
9 tenendo. & hoc † decretum ob non interpoſitam exaduerſo appellationem infra decem dies tranſierit quoad partes litigantes in iudicatum, *c. Romana,§.ſi vero,de appell. in 6. auth.hodie, C.eod.tit.c. quoad conſultationem, de re iudic. Rot.dec. 170.nu.1.*
10 *par.6.recent.* † fuit exinde, ne dum ſuſpenſa executio laudi, ſed vulnerata via executiua *Zacch.de obl. camer. qu.37. num. 16. Rota deciſ. 153. num. 3. inter impreſſ.poſt Zacch.d. tract. deciſ. 78.num.1.coram bon. mem. Coccino deciſ. 37. num.5. coram bon. mem. Bu-*
11 *ratt.*† & ipſum laudum de medio ſublatum, *Rota*
12 *dec.296 num.5.dec. 301.num.5.par.7.recent.* † prout ſi partes per tranſactionem à laudo receſſiſſent,*Ro-*
13 *ta dec.99. num.10. par.4. recent. tom.* 2. quia † res iudicata æquiparatur tranſactioni, *l.non minorem, C. tranſact. l.2.ff.iureiur.Surd. conſ.418. num.11.Rota dec.125.n.8.p.5.recent.*

Quæ ex abundanti vltra rem iudicatam adeſt in caſu noſtro, nam partes in executionem *d.* mandati de manutenendo deuenerunt ad tranſactio-
14 nem,& diuiſionem bonorum, cum tamen † ſufficeret, quod executio facta fuiſſet Flaminio acquieſcente, vt ipſe amplius audiri non debeat, *Rot. dec. 348. num.9. par.5. recent.* licet ſtatim poſt factam executionem, & initam tranſactionem proteſtatus fuerit de nunquam approbando d. mandatum de manutenendo, quinimò illud ſemper impugnando animo obtinendi quamprimum reuocationem.
15 hęc enim * proteſtatio non tollit ius alteri parti quæſitum ex re iudicata, *Menoch conſ.370.num. 5. ex tex.in l. ex morte, in fin. C. de pact.conuent. gl.in l.*
16 *vnic.ſ. accedit, verb. fuerit. C.rei vxor.act.* &, † ex quo proteſtans fere per 20. annos nihil oppoſuit, & ſemper fuit iuxta formam rei iudicatæ obſeruatus pacificè contractus tranſactionis, dicitur à proteſtatione receſſum, vt bene ad propoſitum *Altograd. conſ.1. num.26. verſ.& opus, & nu.27. & ſeqq. ex tex.in l.cum in plures, §. locator horrei, ff. locat. Rimin.iun.conſ.487. num. 26. & ſeqq.conſ.529. num. 45.Bald.conſ.8.in fin. lib.1. Anton. de Amat. reſolut. 50.nu.18. verſ.item.*
17 Subſiſtit † etiam iniuſtitia ſubhaſtationis ratione exceſſus, nam vt ponderat prima deciſio §. pen. ſubhaſtatio facta fuit pro ſorte principali melioramentorum, liquidata per laudum in ſcutis 456.
18 nec non pro fructibus, † qui tamen nullo modo debebantur, *c.vſura, c.quia plerique, 14.q.3.Rota coram San. mem. Greg XV. dec.4.n.2.*

Nec releuat, quod vigore laudi præfixus fuiſſet terminus trium menſium ad ſoluendum d. ſcuta 450. & conceſſa debitricibus electio ſoluendi in pecunia, vel accollando cenſum, quem Flaminius credito melioramentorum debebat Baſtiano Comete, vnde infertur, quod lapſo termino trium
19 menſium, & † electione non facta à debitore, ea-
dem

dem electio tranſlata fuerit in creditorem, *l. ſtatu liberum.§.ſtichum,vbi Bart.num.2.ff.de leg.2. Ciriac. controu.481.num.4. Anton. de Amat. reſol.34. nume.*
20 *25.Buratt.dec.* 287. *num.*7. ita vt † petere potuerit
fructus ſcut. 450. loco fructuum cenſus tanquam
damna,& intereſſe, ac ſi elegiſſet ſatisfieri per ac-
21 collationem cenſus, quia, † ſtante mora debitoris
in eligendo, electio habetur pro facta à creditore,
prout ſibi magis expedit, *Io.Franc. à Pont.conſ.* 49.
*num.*28. *lib.*1. *Rota dec.*911. *nu.*1. *in fin.par.4.diuerſ.*
& in proximis terminis *Caſtill. deciſ.* 38. *num.* 5. *poſt Monter.dec.Aragon* 48.*n.*20.

Nam,cum laudum fuerit de medio ſublatum, vt
ſuprà dictum eſt, mediante decreto iudicis appel-
lationis,in iudicatum lapſo, & mediante tranſactio-
ne ſecuta, non debet attendi condemnatio,ſeu ter-
minus ad ſoluendum in pecunia, aut per accolla-
tionem cenſus, ſed reiecta tam d. condemnatione,
quàm liquidatione melioramentorum contenta in
22 laudo, † antequam eadem melioramenta iterum
liquidarentur, non poterat agi ad illorum pretium
23 eoque minus ad fructus,† qui nullatenus debentur,
quando creditum eſt illiquidum, quia tunc nulla
24 adeſt mora * debitoris in ſoluendo, *Bald. in l. acceptam in 6.appoſit.C.vſur.Iaſ. in l.quod te,num.9.ff.ſi certum pet Angel. in l.4.§. ait Prætor. num.2.ff.re iudic.Alex. conſ 49.nu.3.verſic.& præſertim,lib. 2. Menoch.conſ.1027.num.8.Surd.conſ.38 nu.13.& dec. 260. num.15.*

Non obſtat, quod Locumtenens A. C. qui de eo-
dem Anno 1639. relaxauit mandatum executiuum
vigore laudi,& ad ſubhaſtationem proceſſit, repo-
ſuerit à quocunq; alio decreto præiudiciali; Quia
hæc repoſitio referri non poteſt ad decretum con-
trarium laudo emanatum ab A. C. met de Anno
25 1622. cum, † licet ſit, idem Tribunal A. C. & eius
Locumtenentium ſint tamen diſtincti Iudices, &
vnus non ſe ingerat in cauſis alterius niſi quate-
nus idem A.C. met cauſas remiſiſſet, vt ſemper fuit
obſeruatum, & ego obſeruari vidi pluribus annis,
quibus fui Locumtenens A. C. Et in omnem euen-
26 tum ſemper eſt verum dicere,quod † ante hanc re-
poſitionem debitor, cum haberet pro ſe rem iudi-
catam; ac tranſactionem, non fuit in mora ſoluen-
di,*l.quod te, ff.ſi cert. pet. Menoch. conſ.* 381. *num.*46.
*Hond.conſ.4. num.69. conſ.36. num. 23. Franc.Ant. Coſt.conſ.56. num.*30. ac per conſequens iniuſta, &
exceſſiua eſt condemnatio ad fructus ſcut.450.cum
27 † ſine mora non debeantur, *l.lecta, ff ſi cert. pet. l. mora,§. in bona fidei. ff.vſur. Menoch. conſ.664. n.14. & magis in terminis Gratian.diſcept.931.n.10.*

Et ita deciſum, vtraq; parte informante, &c.

R.P.D. PEVTINGERO.

Anconitana Cenſus.

Lunæ 7.Maij 1646.

SVMMARIA.

1 *Cenſus pupilli nomine imponendus requirit ſolemnitates iuris communis, & Statuti loci.*
2 *Ampl. etiamſi cenſus vendatur alio pupillo, & æque priuilegiato.*
3 *Priuilegium mulieris ratione ſexus potentius dicitur priuilegio pupilli ratione ætatis.*
4 *Lim.niſi pupillus agat de damno vitando.*
5 *Pupillus, & minor quando dicatur agere de damno euitando, eiuſque cauſa ſit vtilior, & n.7.*
6 *Verſio in vtilitatem minoris probanda eſt ab allegante.*
7 *Reus, & conuentus agere dicitur de damno euitando.*
8 *Accollatio cenſus nulli non inducit illius ratificationem nullitatis ſcientia non probata.*
9 *Ratificatio cenſus nulli non inducitur ex acquieſcentia; vbi Statutum præſumit dolum.*
10 *Ratificatio eaſdem requirit ſolemnitates,quas contractus principalis.*
11 *Contractus cenſus antequam detur de nullitate, habet ſtatum validitatis, & debentur ex eo fructus.*
12 *Nullitatem allegare non poteſt tertius, tacente muliere, vel minore,ad cuius fauorem inducta eſt, Decl. vt num.13.*
14 *Subhaſtatio redditur nulla, ſi in ea pecunia non interueniat. Lim.& ſublim.vt n.15 16.& 18.*
17 *Iudex non poteſt in ſubhaſtatione habere fidem de pretio.*
19 *Res iudicata ceſſat, iniuſta exiſtente ſententia.*

DECISIO CXCIX.

DOmini dixerunt, non conſtare de re iudicata
ſententiæ A. C.in vtili ſaluiano pro Carolo
Ceſareo contra Sanctem Ioannellum latæ pro
ſolutione fructuum cenſus annui ſcutorum 24. ad
fauorem hæredum q. Georgij Mariani impoſiti à
Clarice Ferretta, & filiis, quia hæc ſententia fuit
1 iniuſta, ex eo quod † cenſus impoſitus nomine
pupillorum filiorum Claricis, & ipſius Claricis ca-
ret ſolemnitatibus requiſitis à iure communi, & à
Statuto Anconitano canonizato à Rota in *deciſ.*
282.par.4 diuerſ.

2 Nec † refert,quod ibi cenſus fuerit venditus aliis
pupillis, & ſic pariter priuilegiatis; Quia, cum pri-
uilegium ratione ætatis militet hinc inde, & re-
3 ſpectu mulieris habentis illud ratione textus,† cum
dicatur potentius eo, quod competit pupillis ra-
4 tione ætatis, niſi quatenus agatur † de damno vi-
tando, vt ex doctrina *Bart. in l.ſi apud minorem.ff. de minor.* concludit *Lambert.de contract. in fin. verſ.*
121. & 122. ſubdit, quod, ſi mulier agit de damno
vitando, ipſius priuilegium præfertur priuilegio
minoris, ſic ex hac ratione præualet priuilegium
ex parte impoſitorum cenſus, qui licet pecunias
5 receperint à pupillis ementibus cenſum, † dum ta-
men non probatur, quod eaſdem pecunias in vtili-
tatem ſuam verterint, dicuntur agere de damno
vitando, vt in puncto eſt *tex. in l.verum, 12.§.item quæritur. ff. de minor* vbi habetur,quod, ſi minor
minori pecuniam dedit, & iſte caſu perdidit,vtilior
eſt cauſa eius, qui eam accepit, & dilapidauit, vel
perdidit; idem habetur in *l.ſi minor, 35. ff eod.* &
comprobat *Peregr. conſ. 77. num.39. lib. 1. Lamberteng. de contract. loco alleg.nu.*125.vbi,quod hæc opi-
nio eſt verior,*Marc.Ant.de Amat.dec.77.n.9. Rot. in Romana Saluiani 27. Ianuarij 1640. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano,*& in *Romana.ſeu Peruſina Cenſus 23. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Bichio,*in
quibus declaratur, quod deciſio apud *Cenc. de cenſib.* exaduerſo allegata procedit in caſu, quando
6 probata eſt verſio in vtilitatem minoris, † quæ per
allegantem probanda eſt, *Soccin.ſen. conſ. 115. nu.13. lib.1.Rot.dec.18.num. 28. cum ſeq. coram Reuerendiſs. Vrgellen.& dec. 678. num.7.par. 1. recent.dec.1.num. 5. apud Pic. ad Stat. Vrb.* Cui rationi accedit alia,

7 quod Claricε eſt rea, & conuenitur, ac † proptetea dicitur agere de damno vitando, *Peregr. d.conſ. 77. num.39. lib.1.Rot.dec 473.num.14. coram S.M. Greg. XV.* & *in Romana Pecuniaria 27. Aprilis 1637.coram bo:me: Merlino.*

Non obſtat huius contractus ratificatio, poſtquam pupilli venditores facti fuerunt maiores; Quia exaduerſo non probatur aliquis actus poſi-
8 tiuus ſolutionis fructuum, & * ſola accollatio huius cenſus ab altero ex ipſis facta in diuiſione bonorum paternorum non releuat, non probata ſcientia nullitatis cenſus, quam ramquam à matre tutrice impoſiti, ignorare potuerunt, *Burat. dec.* 410. *num.11. vbi Adden. littera E.* allegat concordantes, *Greg.XV. dec.* 260. *num.15 deciſ.* 470. *num.*20. *Rota in puncto Statuti Anconitani deciſ.* 282. *num.7. par.4.diuerſ.*

9 Tantoque * minus acquieſcentia ratificationem inducit, quia Statutum præſumit contractum dolo extortum, vt ponderat *Greg. XV. dec.*473.*n.*18. vbi *Adden. num.* 24. allegat concordantes, *Buratt. dec.*410.*num.*10. & quo ad Claricem ceſſat difficultas, dum, ſicuti contractum ſine ſolemnitatibus celebrare nequiuit, ita nec ſine eiſdem ratificare
10 potuit, cum † ſolemnitates neceſſariæ in contractu particulari non requirantur etiam in ratificatione, *Surd.dec.*70.*num.*15.cum ibi alleg.

11 Similiter non obſtat, quod * antequam detur de nullitate contractus, habeat ſtatum validitatis, ideoque debeantur fructus antea decurſi, vt in
12 *dec 41.nu.26.par.6.recent.* † Nec tertius poſſit dare de nullitate, muliere, vel minore tacente, *Rot.dec.*406. *num.49.& 50.par.7.recent.*

13 Quia † hæ doctrinæ loquuntur in caſu, quando nullitas eſt ſolum inducta fauore minoris, vt, eo tacente, contractus teneat, vel quando tertius non habeat cauſam à minore; ſecus eſt, quando nullitas eſt inducta ipſo iure fauore publico etiam contra voluntatem minoris, vel quando tertius ab eo cauſam habet, vt bene declarat *Gratian. diſceptat.* 691. *num.*2. *Rot.in Romana Salviani* 27. *Iunij* 1640. *coram Reuerendiſs*.D.*meo Decano*, qui eſt caſus noſter; Nam Ioannellus Reus conuentus habet cauſam immediatè ab impoſitoribus cenſus, & Statutum Anconæ diſponit, quod contractus ſit nullus ipſo iure, nec teneat, tam pro ipſa muliere, quam contra.

In iuſtitiam quoque ſententiæ auget, quod Cæ-
14 ſaranus * cenſum acquiſiuit ex ſubhaſtatione nulla ob defectum præſentis pecuniæ, quem licet
15 † conſenſus Sanctini Paulelli ad cuius inſtantiam
16 emanauit, ſuppleat, id tamen * procedit reſpectu ſummæ, cuius ipſe erat creditor, ſed in reſiduo talis conſenſus, vel fides de pretio non ſuffragatur,
17 cum † nec iudex poſſit habere fidem de pretio, ex allegatis in *Maceraten. Dotis* 27.*Maij* 1620.*co-*
18 *ram bo:mem.Pirouano*, §. *reſponſum*; & † conſenſus creditoris, qui ſupplet præſentiam partis pecuniæ pro concurrente quantitate ſui crediti non poteſt validam reddere ſubhaſtationem, quemadmodum valida non erat, ſi pars tantum pecuniæ interueniſſet, *Gratian. diſcept. 7.num.*4, cum aliis alleg. per *Modern.Peruſin.de ſubhaſt. inſp.*37.*n.*20.

19 Quare, cum, † ſtante iniuſtitia ſententiæ, ceſſet res iudicata, *Seraph. dec.* 1123. *num.6. Caualer. dec.* 600.*num.7. Add.ad Greg. dec.1.n 6.* non conſtare de re iudicata Domini merito reſponderunt, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Romana de Luraghis.

Lunæ 4. Iunij 1646.

SVMMARIA.

1 *Aſſignatione inſolutum facta pro credito declarando, declaratio ſubſecuta à principio adfuiſſe dicitur.*

2 *Aſſignatio in ſolutum in dubio facta cenſetur in cauſam anteriorem, & antiquiorem, alio non conuento, & num.6.*

3 *Verba,* In euentum, *in quam, denotant conditionem ſuſpenſiuam.*

4 *Clauſula,* Et non alias, *inducit conditionem ſuſpenſiuam, & vt ea purificato actus habeatur pro non facto.*

5 *Ampl. vt immo in caſu praiudicij remoueat conſenſum ab actu.*

6 *Aſſignatio in ſolutum ad dictamen Sapientis operatur, vt ſolutio cenſeatur facta in cauſam, in quam de iure fieri debet.*

7 *Solutio in diſcuſſionibus, & ſententiis graduatoriis de iure fieri debet gradatim, anteriori prius, & deinde poſteriori.*

8 *Electionis ad effectum in quam cauſam ſolutio cedat. ſufficit mandatum generale.*

9 *Animus in incognitum non fertur.*

10 *Solutio in dubio referenda eſt ad debitum certum, & non controuerſum.* Decl.*vt n.*11.

12 *Liquidatio retrotrahitur ad diem petitionis, & num. 14, & 28.*

13 *Liquidatio eſt declaratio.*

14 *Declaratio retrotrahitur ad principium actus.*

15 *Tempus indeterminate prolatum non reſpicit magis vnum tempus, quam aliud.*

16 *Reſeruatio in ſententia graduatoria facultatis declarandi, & liquidandi aliud creditum operatur, vt creditum deinde declaratum, & liquidatum habeatur pro graduato in prima ſententia.*

17 *Actio, & paſſio non datur in eodem ſubiecto, & n.25.*

18 *Compenſatio ipſo iure legis miniſterio inducitur in creditore anteriori, qui recepit ſub obligatione prioribus, & potioribus reſtituendi, & num.24. Ampl.vt num.25.*

19 *Compenſatio non ipſo iure, ſed parte tantum opponente inducitur, & à die oppoſitionis.* Contrarium.*n.*20 *& 22.Lim.& decl.vt n.21.& 23.*

24 *Compenſatio etiam non facta appoſitione ipſo iure inducitur ab initio, vbi alias compenſanti reſultaret praeiudicium. Ampl.vt nu.25.*

25 *Creditor, & debitor ſui ipſius quis eſſe non poteſt, ſed compenſatione ipſo iure creditum, & debitum extinguitur. Lim.& decl.vt n.26.*

27 *Compenſationis oppoſitio ſemel, & ex internallo facta retrotrahitur ad tempus, quo fieri poterat.*

28 *Sententia retrotrahitur ad diem petitionis, etſi de illo tempore, quod petebatur, eſſet controuerſum.*

29 *Retrotractionis ad fictionem non requiritur concurſus actualis extremi ad quod, ſed ſufficit potentialis.*

30 *Liquidatio retrotrahitur ad principium iudicij ad compenſationis effectum.*

31 *Compenſationis facienda ipſo iure ad effectum non requiritur ſcientia compenſare debentis, ſed ſufficit creditum eſſe certum per rerum naturam, & nu.33. Ampl.vt n.34.*

32 *Ignoran-*

Digitized by Google

32 *Ignorantia hominis non impedit legis operationem.*

DECISIO CC.

COnſulta Rota ab A.C. ſuper aſſignatione Domus traditæ Venerabili Congregationi Lateranenſi à creditoribus illorum de Luraghis, An ſcilicet fuerit tradita ad computum primi partiti anni 1585. vel potius ſecundi anni 1588. per binas deciſiones ſub diebus 11. Maij 1637. & 26. Aprilis 1638. coram bo: me: Merlino reſolutum fuit, Domum fuiſſe traditam in computum ſecundi partiti, & iuxta Rotæ reſolutionem fuit ab A. C. pronunciatum; ſed interpoſita appellatione per D.Primicerium, & Baſilicanotum Sancti Marci Venetiarum donatarios Delfini, & diſputato dubio An ſententia A. C. ſit confirmanda, vel infirmanda, me proponente, infirmandam eſſe reſponſum fuit.

Etenim ſub die 25. Ianuarij 1596. factum fuit decretum in Congregatione Deputatorum Creditorum q.Pompilij, & Ioannis Baptiſtæ de Luraghis dandi in ſolutum Domum, de agitur, d.Venerabili Congregationi Lateranen. pro ſcutis 13. mill. prout ſub die 9. Aprilis eiuſdem anni fuit actualiter in ſolutum data pro d.ſumma ſcutorum 13000. compenſanda in ſumma, in qua eadem Congregatio fuerit declarata creditrix ſub his pactis, & conditionibus, & per hæc eadem verba; Cum ſit, & fuerit &c.quod poſt decoctionem &c. Deputati à Creditoribus decreuerint dare, aſſignare, & transferre, ac dederunt, &c. Venerabili Congregationi Canonicorum Regularium Lateranen.&c.præfatas Domum magnam, & Domunculas in ſolutum, & pagamentum, ſeu ſatisfactionem pro ſcutis 13000. monetæ compenſan.in ſumma in qua fuerit declarata eadem Congregatio creditrix eiuſdem Luraghi, cum aliis pactis, & conditionibus in eodem decreto contentis, & in ſpecie conficiendi deſuper inſtrumentum ad ſenſum ſapientis &c. Hinc eſt &c. quod Deputati à d. Congregatione, &c. reſeruata dd. creditoribus in omnem, & quemcunque caſum, & euentum ſpeciali hypotheca ſuper dictis Domo, & Domunculis, quæ nunquam modo aliquo intelligatur à dictis creditoribus abdicata, & in dicta Venerabilem Congregationem tranſlata, niſi ad finem, & effectum validitatis, & perpetuæ firmitatis præſentis inſtrumenti, ac ſatisfactionis, ſeu in ſolutum dationis prædictæ, ſine tamen præiudicio quorumcumque iurium aliis creditoribus, ſi qui ſint, prioribus, & potioribus competen. in euentum, in quem de tali prioritate, & potioritate aliquo congruo tempore legitime conſtaret, & non alias &c. ſupradictam Domum magnam iure proprio, & in perpetuum cum reſeruatione d.hypothecæ, & aliis reſeruationibus, de quibus ſupra, dederunt, & ceſſerunt, & in ſolutum, & pagamentum tranſtulerunt &c. Et inferius; Quę ſcuta 13000. idem Procurator &c.bona facere, & compenſare promiſit, prout ex nunc compenſauit, & bona fecit eiſdem DD. Creditoribus abſen. &c. in ſumma, & quantitate pecuniarum, in qua d. Venerabilis Congregatio fuerit declarata creditrix d. D.Ioannis Baptiſtæ &c.

Hinc autem fit euidens, aſſignationem factam non fuiſſe determinatè pro vno credito magis, quam pro alio, ſed indeterminate pro credito in futurum declarando; vnde, dum poſtea per ſubſecutam ſententiam bo: me: Iuſti Congregatio de anno 1601. fuit declarata creditrix vigore primi partiti, conſequens eſt, vt in hanc cauſam ceſſent aſſignatio vſque ab initio perinde ac ſi ab eo inſtanti facta fuiſſet declaratio, cum † per relationem ad
1 declarationem faciendam, eadem declaratio videatur à principio ineſſe aſſignationi, *l.aſſe toto.ff.de hæred.inſtit.Caputaq.dec.204.n.4.p.1. Rot. deciſ.362. nu. 4.p.1.recent.*

Comprobatur hæc veritas ex antecedentibus mediis, & ſubſequentibus: Clemens enim VIII.Sanmem.per ſpeciale decretum, quod legitur in eius Breue, Motu proprio emanato expreſſe præcepit, aſſignationem fieri vnicuique ex creditoribus iuxta prioritatem, & potioritatem ipſorum, ac iuxta æſtimationem per peritos faciendam, ſumm. Primicerij num.6 Dum itaque Deputati in executionem huius decreti Domum hanc aſſignarunt Venerabili Congregationi Lateranen. aſſignatio cenſetur facta ad limites decreti, hoc eſt in cauſam
2 anteriorem, & antiquiorem, * in qua, circumſcripto etiam decreto, de iure ceſſiſſet, dum alia conuentio in contrarium facta non fuit, per *text. in l. in his vere.& l.ſi ex pluribus, ff.de ſolut. Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt. 136. ſub numer.10. & ſeqq. Surd. dec. 186. ſub num.5. Rot. dec. 113. ſub nu.3. verſ. aut ſaltem p.1. diuerſ.*

Pacta etiam, & conditiones appoſitæ in ipſo inſtrumento aſſignationis hoc clare indicant, quia aſſignatio fuit facta ſine præiudicio creditorum anteriorum, quibus tamen fuiſſet præiudicatum, ſi aſſignatio ceſſiſſet ad commodum ſecundi partiti. Et vlterius addita fuit clauſula, In euentum, in quem de tali prioritate, & potioritate aliquo vnquam
3 tempore legitime conſtat, & non alias &c.† Dictio enim, In euentum, in quem, denotat conditionem ſuſpenſiuam, *Caſ. de Graſſ.dec.11. num.4. de teſtam.*
4 Et,† clauſula illa, Et non alias, inducit conditionem ſuſpenſiuam; ita vt, ea purificata, actus habeatur pro non facto, *Rota apud Verall. dec.82.num. 3. p. 1.*
5 *& dec. 446. num.5. par. 1. diuerſ.* † Immò remouet conſenſum ab actu in caſu præiudicij, *Verall. d. deciſ.82. num.4. Rot.in recent. dec.115. num.6. par.1. & dec.746. num.1. ad fin. par.2.* Dum ergo partes tam enixe præſeruarunt præiudicium anteriorum, volentes, quod alias potius actus haberetur pro non facto, ſuſpicari non poteſt. quod noluerint aſſignare Domum pro ſecundo partito in euidens anteriorum præiudicium contra tot expreſſas, & geminatas proteſtationes: Cum præſertim aſſignatio fue-
6 rit ad dictamen Sapientis, † quod operatur, vt ſolutio cenſeatur facta in eam cauſam, in quam de iure fieri debebat, vt notat *Bald. in l.1. num.1.C.de ſolut.*
7 & ſic in cauſam antiquioris debiti, cum * de iure, & conſuetudine in diſcuſſionibus, & ſententiis graduatoriis ſolutio fieri debeat gradatim prius anteriori, & deinde poſteriori, *l.pro debito, & ibi Bald. & Caſtr.num.1. Salicet.num.2. caterique ſcribentes, C. de auctor.Iudic.poſſid.*

Ex ſubſecutis etiam hoc declaratur: Tum quia, Congregatio mediante ſuo Procuratore iteratis vicibus in iudicio declarauit, ſe retinere Domum, de qua agitur, ex cauſa eius crediti prouenientis ex dicto primo partito, vt legitur in eodem ſumm. Primicerij num. 16. & 17. & vigore huiuſmodi declarationum ſe defendit in eius poſſeſſione aduerſus
8 alios creditores anteriores ſecundo partito, * Ad effectum enim eligendi in quam cauſam cedat ſolutio, ſufficit generale mandatum, *Bart. in l. cum ex pluri-*

*pluribus nu.103.poſt princ.ff.ſolut. Imol. in l.1.num.6.
ad fin.verſ.ſi autem elegit.ff.eod. Gratian.diſcept.fo-
renſ.cap.224 num 4. verſ.prout idem eſſet.* Tum quia
eadem Congregatio obtinuit ſibi aſſignari partem
Caſalis in computum crediti ſecundi partiti, quod
obtinere non potuiſſet, ſi hoc ſecundum creditum
fuiſſet iam extinctum per antecedentem aſſignatio-
nem Domus.

Ideò non obſtat motiuum deciſionum bo: me:
Merlini, quod, cum de tempore dationis in ſolutum
non eſſet cognitum Deputatis, minuſque liquidum
creditum primi partiti non potuerit in eius ſatis-
9 factionem cedere datio, cum † animus non feratur
in incognitum, *l.mater decedens, ff.de inoffic. teſtam.
l.hæres inſtitutus.ff.de acq. hæred. Aretin conſ. 5. n.2.*
10 & † in dubio ſolutio ſit referenda ad debitum cer-
tum,& non controuerſum, *l.1.vbi gloſ.& Bart.ff.de
ſolut.Anna allegat.* 111.*num.*7.8.& 9. cum pluribus
adductis in vtraque deciſione.

Quia ex hodierno ſummario Primicerij ſub nu.
14.apparet, creditum primi partiti deueniſſe ad
notitiam Deputatorum vſque, & ab anno 1595.
mediantibus actibus iudicialibus factis de menſe
11 Martij, & Octobris eiuſdem anni, & † licet adhuc
non fuiſſet liquidatum, nec etiam erat liquidatum
creditum proueniens ex ſecundo partito; vnde ex
hoc capite non poteſt referri ſolutio magis ad cre-
ditum ſecundi, quam primi: Et ſanè defectus li-
quidationis obſtare non poteſt, dum partes ex-
preſsè ſe retulerunt ad tempus futurum, & ad li-
quidationem, ac declarationem in futurum facien-
dam, ibi, In ſumma, in qua fuerit Congregatio de-
clarata creditrix. Vnde nihil refert, quod non eſſet
liquidum, ſed ſatis eſt, quod vtrumque creditum fue-
rit à Congregatione petitum: In materia enim li-
quidationis non attenditur tempus ſententiæ li-
12 quidationis, ſed dies petitionis, † ad quam liqui-
datio retrotrahitur, *Galleſ. in tract. de formul.came-
ral.oblig. tit. de liquidat. num 6. in fin.Menoch.conſ.*
13 858.*num.6.cum ſeqq.* † liquidatio enim nihil aliud
eſt, quam declaratio, declaratio verò retrotrahitur
ad principium actus, *gl. in l.ſi mulier, in princ.ff.de
leg. 3. Soccin. conſ. 23. num.19. lib.4.* bene *Menoch.
vbi ſup. d. conſ.858. num 9. 10. & 11.* vbi, quod non
14 eſt opus ab initio liquidare, ſed † liquidatio ſuper-
ueniens trahitur retro, & operatur, ac ſi ab initio
petitionis facta fuiſſet.

Similiter nihil obſtat, quod fuerit prius liquida-
tum creditum ex ſecundo partito in ſententia la-
ta de anno 1600.quam ex primo per aliam ſenten-
15 tiam anni 1602. Quia, † cum aſſignatio, vt dictum
eſt, fuerit indeterminatè concepta pro ſumma de-
claranda, non reſpicit magis tempus primæ, quam
ſecundæ declarationis, hæc enim eſt virtus temporis
indeterminatè prolati, iuxta theoricam *Soccin. in
l.ſolemus, num.6.ff. de condit. & demonſtr.* quam ſe-
quitur *Caſanat. conſ.4. nu.105. & 106. Caſtill. contr.
iur.lib.5. cap. 89. num.31. & 32.* Et vlterius Iudex
in prima ſententia graduatoria expreſsè ſibi re-
ſeruauit facultatem declarandi, ac liquidandi aliud
creditum eiuſdem Congregationis ex cauſa primi
partiti anni 1585. vt in ea legitur ſub *num. 8. in fin.*
16 *verſ.& inſuper.* † Dum itaque ſubinde illud decla-
rauit, & liquidauit cum expreſſa graduatione ſu-
per omnia alia credita tempore poſteriora in an-
tecedenti ſententia graduata, vt expreſsè habetur
ſub num 9. verſ. & vlterius, perinde habetur, ac ſi
in eadem prima ſententia illud quoque creditum
fuiſſet graduatum, ad trad. *per Rimiuald.iun. conſ.
259.ſub nu 51. verſ. quoniam declaratio, cum ſeqq.
Surd. deciſ.29. num.4.*

Cæterum vbi adhuc ab initio aſſignatio non ceſ-
ſiſſet in cauſam primi partiti, dum Congregatio
accepit Domum in ſolutum ſub obligatione reſti-
tuendi prioribus, & potioribus, eo ipſo tenebatur
ſibi ipſi reſtituere in cauſam primi partiti tanquam
17 anterioris, proindeque,* ne in eodem ſubiecto dare-
tur actio, & paſſio contra *tex. in l.frater à fratre.ff.*
18 *de cond. indeb.* † fuit ipſo iure legis miniſterio in-
ducta compenſatio, ad celebrem text. in *l.ſi con-
ſtat,4. C. de compenſat.* & in *l.virum.* & in *l. poſt-
quam.21.ff.eod.*

Nec obſtat reſponno poſtremæ deciſionis in
19 *verſ. non obſtat,* quod ſcilicet † compenſatio non
inducatur ipſo iure, ſed parte tantum opponente,
& ab ipſa die oppoſitionis, ex trad. per *Surd. dec.
191. num.15.& 16. & conſ. 246. n.28. Honded. conſil.*
20 38.*num.15.& ſeqq.lib.2.* Quia præter quod † con-
trariam opinionem tuentur DD. magni ponderis,
& in ſpecie *Martin.antiq.gloſſat.relatus à gloſſ. in d.
l.ſi conſtat.& in l.vlt.C.de compenſat.Tyndor.de com-
penſat.art.6.num.47.& 51.* cum aliis relatis à *Rota
in Romana Pecuniaria 11.Maij 1643.corami R.P.D.*
21 *meo Veroſpio,* † opinio contraria non recipitur,
quando agitur de inhibendo curſu vſurarum, in
odium enim illarum compenſatio fit ipſo iure., &
ab initio miniſterio legis, non expectata partis op-
poſitione, vt probant textus clari in *l.eius, 7.C.de
ſolut.*& *in l.etiam, C. eod.* & limitando regulam in
contrarium tradunt *Alex.conſ. 74.nu.4. lib.5. Soc-
cin.conſ.130.nu.20. lib.4. Peregr. conſ. 70. nu.1. lib.4.
Aldouin. conſ.84. num.17. idem Honded. conſ.38. nu.
19.d.lib.2. Scacc.de commerc. & camb.§. 2.gl. 5. nu.
425. Fontanell. de pact.nuptial. clauſ.6.gl.2.par.6.nu.
61. cum ſeqq.* referens, ita obtinuiſſe in Senatu Ca-
taloniæ, *Craſſ. de except. except.16. ſub n.49.Gig. de
penſion.q.92. num 8. Roland. conſ. 87. nume.28. lib. 1.
late Ioann. Franc. à Ponte conſil. 19. per tot.Valenz.
conſ.78. num.34. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q.18.
num. 1. cum ſeqq. & q.19. num.2. Tiraqu. de retract.*
22 *lignag.§.3.gl.3. nu.10. in fin.* vbi, quod, † etſi in aliis
caſibus tutius ſit, hanc exceptionem opponere, vbi
tamen agitur de vitandis vſuris, non eſt opus alia
proteſtatione, vel declaratione; quod idem refert,
& ſequitur *Munnoz. de Excubar.de ratiocin.par.2.
comput.14.num.2. cum pluribus ſeqq. & n.13. Franc.
dec.462. num.5. Rota Ianuen. deciſ.14.num.2. Capic.
Latr. deciſ.25.num.15. & 16. Rot. diuerſ. dec.53.nu.1.
par.1.& dec.483.n.4.par. 3 recent.*

Nec proinde multum eſt curandum de eo, quod
23 dicit *Surd.dec.* 117. Quia † eius doctrina eſt com-
muniter reprobata, vt aduertit *Hodiern.in addit.ad
d.deciſ.* & loquitur contra communem, vt probant
omnes ſupra adducti, & idem *Surdus* tenet con-
trarium in *tract. de aliment. tit.1. q.42. num.85. cum
ſeqq.* Diſtinctio verò ab eodem tradita *num.6. cum
ſeqq.* inter vſuras odioſas, & fauorabiles caret fun-
damento, vt aduertit idem *Fontanell. loc. ſupra cit.
d.clauſ.6. gl.2.par.6.num.67.* qui proinde tenet con-
trarium etiam in vſuris dotalibus; quæ ſunt fauo-
rabiliores, conſuluerunt *Alex. conſ.74. nu.4. lib.5.
Peregr.conſ.70.num.1.lib. 4. Aldouin. conſ.84. nu.16.
Surd.de aliment.d.q.42. num.85.Rot. d.dec.53. nu.1.
par.1. diuerſ.* licet in caſu noſtro non agatur de
vſuris dotalibus, vel aliis fauorabilibus, ſed de
vſuris ob moram non extincti cenſus, in quibus
etiam

Digitized by Google

etiam ipſe Surdus admittit compenſationem i-
pſo iure.

Vlterius in his facti circunſtantiis Domini ha-
buerunt hanc concluſionem pro indubitata, aliter
enim ſine compenſatione magnum fieret præiudi-
cium creditoribus, qui ob ingentia damna, & in-
tereſſe, quæ decurriſſent ex primo credito non poſ-
ſent conſequi ſuam ſatisfactionem ex bonis com-
24 munis debitoris, † vbi autem aliàs fit præiudicium,
& reſultat damnum ei, qui compenſare poterat,
lex ad euitandum hoc præiudicium inducit ab ini-
tio compenſationem, etiam non oppoſitam, *Fa-
ber in §.bonæ fidei, nu.8. Inſtit. de action. Sebaſt. Me-
dic. tract.de compenſ.par.1.q.40. num.2.& 8. Roder.
de ann. reddit. d.lib.2.q. 18. num.3. & 4. Scacc. de
commerc.& camb.d.§. 2 gloſſ. 5. num. 431. Valenzuel.
conſ.78. num.37. Hodiern. ad d. deciſ. 117. Surd. ſub
num 6.& 7. Capic. Latr. d.dec. 25. n.2*. Rot. pluribus
relatis in d. Romana Pecuniaria* 11. *Maij* 1643. *co-
ram* R.P.D. *meo Veroſpio. verſ. in eamdem etiam.*
25 Idque † tanto magis quia in hoc caſu debitum,
& creditum concurrunt in eadem perſona; Vnde,
cum idem non poſſit eſſe creditor, & debitor ſui
ipſius, ipſo iure fit compenſatio per extinctionem
crediti,& debiti, vt per *text. in l. Vranius, ff. de fide
iuſſ.* optimè explicat *Alex. conſ.*149. *ſub num.*2. *verſ.
tamen quando poneremus. lib.*2. & eo relato *Rot. Ia-*
26 *nuen. dec.*190 *num.*10. Doctores autem, † qui con-
trarium tenent, vel non loquuntur, vbi creditum,
& debitum concurrunt in eadem perſona, vel non
loquuntur ad euitandas vſuras, vel intelligendi ſunt,
vt requiratur quidem partis oppoſitio pro decla-
27 rando animo compenſare volentis, † oppoſitione
tamen ſemel, & ex interuallo facta, retrotrahitur
eius effectus ad tempus, quo fieri poterat, vt de-
clarat *Ioann Fab. in §.bonæ fidei num.*11. *& .*12. *verſ.
ex hoc concluditur, Inſtitut. de action. Coſt de retro-
tract.cap.*9. *caſ.*4. *num.*13. *Surd. de aliment. vbi ſup.
tit.*1.*q.*42. *num.*88.

His poſitis nihil obſtat, quod ab initio creditum
primi partiti non eſſet certum, nec liquidum, nec
28 Congregationi notum. quia, * ſequuta liquidatio-
ne, & certificato credito, ſententia retrotrahitur
ad diem petitionis, licet de illo tempore eſſet con-
trouerſum id, quod petitur, *Bald. conſ.*174. *numer.*1.
*lib.*3. *Theſaur. iun. quæſt. forenſ. lib* 4 *quæſt.* 21. *num.*7.
29 † ad fictionem enim retrotractionum non requi-
ritur, vt extremum ad quod concurrat actualiter,
ſed ſufficit, quod potentialiter, vt conſuluerunt
*Bero. conſ.*46. *num.*34. *lib.*1. *Giouagn. conſ.* 35. *num.* 15.
30 *lib.*1. & in terminis, quod * liquidatio retrotraha-
tur ad principium iudicij ad effectum compenſa-
tionis, dixerunt *Theſaur. iun. d q.*21 *num* 7. & 12.
31 *lib.*4. *Fontanell. dec.* 206. *num.* 16. † Pro facienda
vero compenſatione ipſo iure non requiritur ſcien-
tia, & notitia compenſare debentis, ſed ſufficit,
32 creditum eſſe certum per rerum naturam, † igno-
rantia quippe hominis non impedit operationem
legis, vt probatur ex difficili *text. in l. ventre præte-
rito,* 84. *l. cum quidam,* 30. *§ ſuum heredem, ff. de acq.
hered.* vbi *Bart.* & reliqui ſcribentes, & in materia
compenſationis conſuluit *Corn. conſ.* 111. *nume.* 7.
*lib.*4. & tradit in his terminis *Capic. Latr. d. deciſ.*
33 25. *num.*40. † Cum præſertim nihil intereſſet Con-
gregationis, quod in primum, vel ſecundum credi-
tum cederet ſolutio, ſed ſolum intereſſet exigere à
34 decreto, & extenuare ſua credita, * quo caſu noti-
tia crediti compenſandi non requiritur, vt in ſimi-
libus terminis bene reſpondit *Rota deciſ.*131. *ſub n.*
9. *verſ.*4. *non obſtat, par.*2. *diuerſ.*

Et ita parte vtraque informante reſolutum
fuit, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Portuen. Stagni.

Mercurij 13. Iunij 1646.

SVMMARIA.

1 *Deliberatio docenti de poſſeſſione ex publicis inſtru-
mentis locationum, & receptione penſionum compe-
tit manutentio.*

2 *Poſſeſſio alicuius approbata per eiuſdem admiſſionem
ad Congregationes impugnari non poteſt.*

3 *Poſſeſſio ſemel acquiſita continuata præſumitur vſque
ad obitum, non probato contrario.*

4 *Exactio poſt inhibitionem dicitur attentata, & non
conſtituit exigentem in quaſi poſſeſſione manuteni-
bili.*

5 *Poſſeſſor ex ſuperuenienti titulo poteſt mutare cauſam
poßdendi abſque alia declaratione manuteneri.
Decl. vt n.*6.

7 *Conſuetudinem qui allegat debet concludenter proba-
re. Ampl. vt n.*8.

9 *Conſuetudo non ſolet extendi de perſona ad perſonam,
nec de re ad rem, nec de caſu ad caſum.*

10 *Clauſula, In perpetuum, & pro heredibus, & ſucceſ-
ſoribus, in deliberatione appoſitæ quamlibet reſtitu-
tionem excludunt, & extraneos etiam omnes com-
prehendunt.*

11 *Exceptiones redditæ turbidæ ex deciſionibus deſuper e-
manatis reijci debent ad petitorium, non ſunt diſcu-
tienda in poſſeſſorio.*

12 *Immiſſionem qui petijt, faſſus eſt à poſſeſſione, quam
antea obtinuerat, cecidiſſe.*

DECISIO CCI.

AGentibus Participantibus Stagni Portuen. ac
Campani Salini pro manutentione portionum
olim ad Marcum Aurelium Catalanum ſpectan-
tium, quæ ad inſtantiam Venerabilis Hoſpitalis S.
Sixti eiuſdem creditoris Franciſco Piccino delibera-
tæ fuerant tamquam vltimo licitatori, & per obi-
tum ipſius Marci Aurelij omnibus Participantibus
contendebantur accretæ; Dubium propoſui, à quo
tempore eiſdem Participantibus debeatur manuten-
tio, quam Domini abſolutè denegarunt.
1 Poſt ſubſecutam enim deliberationem † debea-
tur manutentio Franciſco de ſua poſſeſſione do-
centi ex publicis locationum inſtrumentis per re-
ceptionem penſionum effectum ſortitis, iuxta *gl. in
l. qui vniuerſos, §. quod per colonum, ff. de acqu. poſſ.
verb. colonum,* vbi etiam *Bart. num.*1 & *in § ſi con-
ductor, num.*2. *gl. in l. quamuis, §.*1. *verb. retinet ff. eod.
tit. Angel. in l. quædam mulier ff. de rei vindicat. nu* 6.
*Bald. in auth. quas actiones, num.*18. *C. de Sacroſanct.
Eccleſ. Gabr. de locat. concl.*4. *nu.*2. *Boccat. de interd.
vti poſſid. cap.*14 *num.* 7. *Menoch. de retin. remed.*3.
2 *numero* 572 † quæ à Participantibus impugnari
valet, poſtquam ſemel approbata oſtenditur, per
admiſſionem eiuſdem Franciſci ad Congregatio-
nes, vt ponderauit *Rot.* in his terminis *dec* 572 *nu.*2.
3 *par.*2. *recent.* & † continuata præſumitur vſque ad
obitum,

obitum ; donec exaduerſo contrarium probetur ex
ex not.in *l.ſine poſſidetis*, C.*de prob. l.3. §. in admit-
tenda,& §.quod ſi ſeruus, ff. de acq. poſſ. l.cum qui, C.
de procurat.Butr.in c.cum ad ſedem. de reſtit.ſpoliat.
num.15. Abb. n.16.Jmol.n.5.*

Nec interrupta dici poteſt poſſeſſio Franciſci
per exactionem earumdem portionum factam no-
mine Participantium poſt obitum Marci Aurelij,
Talis enim exactio ſubſecuta fuit poſt inhibitio-
nem Iudicis Hoſpitalis S. Sixti , ad quem ex San-
4 ctiſſimi Reſcripto fuerat cauſa remiſſa , † nec pro-
pterea vti attentata eſt manutenibilis , ex not. in
*c.non ſolum, de appell.lib. 6. tradit Lancell.de attent.
par.3.cap.31, numero 184. & ſeq. Bolcat. in tract.vti
poſſid. cap.3.n 10.& 11.Rot.coram Mantic.dec.191.nu.
4 & dec.374.n.4.par.3.diuerſ.& in Tudertina Pradij
24.Maij 1610.coram Ortembergo.*

Suffragari nec valet Participantibus allegata
conſuetudo accreſcendi, ſeu non decreſcendi cæ-
5 teris portionem decedentis ſine filiis,† ex quotam-
quam ex ſuperuenienti titulo per obitum Marci
Aurelij purificato ſibi mutare potuerint cauſam
poſſidendi ex indiuiſo , & in communi abſque alia
animi declaratione, *l. cum nemo, C. de acqu. poſſeſſ.
Bald. in l.pignoris, num.1. C. de pignor.action.Rot.co-
ram Achill. dec.4 de cauſ.poſſ & propr. & 143. nu.4.
par.2.diuerſ.& dec.761. nume.2.par.1.recent. & co-
ram Greg. deciſ.546. num.1.* vbi etiam aſſerit,hanc
poſſeſſionem ſic mutatam eſſe manutenibilem ,
& coram Reuerendiſſ. Vrgellen.dec. 269. nu.10.& in
Firmana Domus 23.Maij 1631.coram bo.me:Coccino.

6 Quia † mutatio poſſeſſionis admittitur, quoties
titulus ſuperueniens aliquo nullitatis vitio non
laborat , ſed habet ſubſiſtentiam reſpectu portio-
nis controuerſæ. vt not, *DD. in l.ſi quis ante,ff.de
acq.poſſ. Menoch. conſil.381.num 4.Surd dec.51. n 19.
7 Rot. dec.205. num.2.par. 1.diuerſ.** in qua debuiſſet
in ſpecie probari allegata conſuetudo accreſcen-
di Participantibus per obitum decedentis ſine fi-
liis (& tamen non concluditur) vt tradit *Oldrad.
conſil.337.nu.3.verſi, ad contrarium, Alex.conſil. 196.
num.14 lib.2. Aym.conſil.96.num.4.Rolan.conſil.53.
num.39. lib.2 Surd. dec.31.numero 12.Rot.coram Caſ.
de Graſſ.dec.6.num.5.de preb.& coram Greg.deciſ.
8 161. nume.2. & 4.* vbi † id ampliat etiam in conſue-
tudine interpretatiua. Et ratio eſt, quia conſuetu-
9 do extendi † non ſolet de perſona ad perſonam,
nec de re ad rem, nec de caſu ad caſum , *l.quod ve-
ro, ff. de legib.l.ſi vnus, 28. §. ante omnia, ff. de pact.
Bald. in c.1. in princ.de feud. cognit.Dec.conſ.215.n.5.
Oſaſc. deciſ.19.num 16. Gramm.deciſ.92.num. 5. & 7.
Surd.d.deciſ.131.num 9.*

Neque accreſcendi conſuetudinem iuſtificat , vel
præſumpta deliberatio portionum ad vitam M. Au-
relij , tum ex promiſſione ſuperuiuentiæ in benefi-
ciis ceteriſque vacabilibus Officiis conſueta, tum
ex eo quod deliberatio concepta fuit ſub eo modo,
ac forma,quibus ante a M. Aurelius fruebatur ; vel
duplex Iudicis mandatum poſt M. Aurelij obitum
10 fauore Participantium relaxatum ; † Illa enim ex-
cluditur ex tenore deliberationis ſub clauſulis. In
perpetuum , & pro hæredibus, & ſucceſſoribus
quibuſcumque, quæ quamlibet reſtitutionem ex-
cludunt, & omnes etiam extraneos in hac indiffe-
renti materia compræhendunt , vt tradit *Suarez in
l.quoniam in prioribus , q.5. numero 10. C. de inoffic.
teſtam. Fab. in Cod.lib.2. tit. 3. diffin.22.verſ.plerum-
que.Molin.de tit.empt.lib.3. q.85.num.60.& 64.Clar.
in §. emphyteuſis, q.28.numero 4 Monter.dec. Ara-
gon.3. num.3. Rot. dec. 251. numero 3. par. 5.recent.*

Promiſſio verò ſuperuiuentiæ pro indemnitate cre-
ditoris adiecta præſumitur ad excluden. deuolutio-
nem Abbatis directi Domini , quæ per obitum M.
Aurelij ſine filiis committi potuerat , cuius fauore
cenſetur appoſita altera qualitas, ad effectum ſcili-
cet, quod eamdem portionem tanquam emphyteu-
ticam reciperet idem Franciſcus. Mandata verò,
per Iudices relaxata ex defectu iuriſdictionis non
ſuffragatur, prout etiam iura , & alia à Participan-
tibus adducta pro iuſtificatione prædictæ conſuetu-
11 dinis, cum vel tollantur, vel ſaltem * turbida red-
dantur ex tribus deciſionibus emanatis in hac cau-
ſa coram Eminentiſſ. D. Cardin. Panzirolo ſub die
27. Aprilis 1640. *in §. nec ad euitan. & 10. Junij
1641. in §. nec dici poteſt* , & 16. *Decembris eiuſdem
anni §.ſecundo principaliter.* Ideoque ſunt ad iudi-
cium petitorium reijcienda, non autem diſcutien-
da in hoc iudicio poſſeſſorio, vt conſuluit *Abb. in
conſ.73. num.5. par.2. Pariſ. conſ.54. nu.18.vol.4.Rot.
dec.7. num.14. dec.77.num.2. par.1.recen.*in quo pro-
pterea DD. eiuſdem Participantibus manutentio-
nem abſolutè denegarunt , & Victorio Franciſci fi-
lio poſt obitum patris , quia ab eo tempore nullum
oſtendit actum poſſeſſorium manutenibilem. Immo
12 † petendo immiſſionem , ſe à poſſeſſione cecidiſſe
(quam antea obtinuerat) faſſus fuit , *Rot. coram
Mantic. deciſ. 20. numer.1. & coram Greg. deciſ. 46.
num.4.& coram Reuerendiſſ.Vrgellen.dec. 269. num.
17.& 328.num.6.*

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. MELTIO.

Vrbeuetana Frumenti.

Mercurij 27.Iunij 1646.

SVMMARIA.

1 *Mandati fines non ſunt excedendi , ſed diligenter ſer-
uanda.*
2 *Principalis non obligatur ex promiſſione Procurato-
ris contra eius voluntatem, & in mandato ex-
preſſam.*
3 *Mulier prohibetur fideiubere.*
4 *Mulieris obligatio ſine ſolemnitatibus ex Statuto re-
quiſitis eſt nulla.*
5 *Mandatum executiuum exceſſiuum in parte rema-
net nullum in totum, & iniuſtum , nec eſt exe-
quendum.*
6 *Obligatus ſi ſit aliquis quoad perſonam , quatenus,
factis diligentiis contra bona , non potuerit ad eo-
rum ſubhaſtationem deueniri, mandatum ſi plus con-
tineat,dicitur notoriè nullum,& iniuſtum, & in to-
tum reuocandum.*
7 *Mandatum relaxatum pro maiori ſumma , quam de-
beatur,eſt exceſſiuum, & in totum cum executione
vitiatur.*
8 *Partita quando cenſeantur diuerſa,& n.9.*

DECISIO CCII.

DE Anno 1621. Capitaneus Antonius Balduc-
cius contraxit cum Bigazzino de Bigazzinis,
Iacobo Vbaldo , & aliis vti Abundantieriis Ciuita-
tis Peruſiæ , à quibus recepta certa pecuniarum
ſumma,

ſumma, ſe obligauit illis tradere certam quantitatem frumenti, vt apparet ex apoca inter eoſdem tunc temporis confecta, vt ex Summ. Balduccij n.1. qui cum poſtea quantitatem frumenti conuentam conſignauerit; ſicut econtra dd. Abundanzetij eidem Balduccio diuerſas pecuniarum ſummas exburſarunt. Fuit deinde de anno 1625. inter eos ad tranſactionem deuentum, iu qua fuit declaratum, d. Balduccium in pluribus vicibus recepiſſe ſcuta, 3586. & vice verſa d. Balduccium Miniſtris eorumdem reiteratis vicibus conſignaſſe rubra 242. frumenti, & minas duas quæ conſtituebant valorem ſcutorum 2324. & ſic dictus Balduccius debitor remanſit in ſcutis 1261. in hac parte factis deinde computis, & calculatis calculandis inter partes dictus Balduccius fuit creatus debitor dd. Abundanzeniorum in ſcutis 1334. 80. qui vt ſatisfacti remanerent de tali eorum credito, conati fuerunt cenſum imponere ſcut. 97. b. 10. ad fauorem hæredum Capitanei Rodulfi Roncalli pro pretio ſcutorum 1381. 26. vt ex inſtrumento confecto ſub 19. Septembris 1624. per acta .... animo tamen illa recuperandi ab eodem Balduccio, qui vlterius occaſione fructuum decurſorum d. cenſus erat etiam debitor in ſcutis 55. 8. quæ in totum conſtituebant ſummam ſcutorum 1389. 88. & iſta Procuratores d. Balduccij promiſerunt ſoluere infra ſeptem annos proximos, ſcilicet anno ſingulo ſcuta 200. & interim etiam teneri voluerunt ad ſolutionem fructuum d. cenſus ad rationem ſeptem pro centenario, cui obligationi accedere fecerunt etiam Tamiriam Corradinam matrem Balduccij, tam pro ſorte, quam pro fructibus d. cenſus & Ptholomeum, & Ninum de Adamis pro ſorte tantum, non autem pro fructibus cenſus, pro quibus ipſi noluerunt teneri ex pacto appoſito in eodem inſtrumento, vt apparet ex eodem Summ. num. 5. Et inter cætera fuit pariter conuentum, quod contra perſonas Ptholomei, & Nini non poſſit agi, niſi in euentum, in quem, factis diligentiis contra eorum bona, deueniri non potuiſſet ad illorum ſubhaſtationem. Abundanzetij autem, ſeu eorum hæredes in executionem prædictæ obligationis obtinuerunt relaxari mandatum non ſolum pro duabus paghis maturatis, ſed etiam pro fructibus decurſis, & non ſolutis occaſione d. cenſus, & illud exequi fecerunt contra bona dd. Ptholomei, & Nini. Cauſa ad Rotam deuoluta, fuit ſub hac die dubitatum, An mandatum A.C. ſit exequendum, vel reuocandum, &, informantibus tantum illis de Adamis, fuit reſolutum, eſſe illud reuocandum tam ex capite nullitatis, quam iniuſtitiæ.

Prima enim nullitas deducitur ex eo, quod Procuratores eorumdem de Adamis habebant mandatum procuræ ad iniendam concordiam, ac ad illos obligandum pro credito tantum Abundanzeriorum, non autem pro fructibus decurſis à die impoſitionis cenſus, & in futurum decurrendis vſque ad actualem extinctionem, ad quos expreſ-
1 sè noluerunt teneri, vt ſupra dicebatur. Vnde † non
potuerunt dicti Procuratores excedere fines mandati, cum illi diligenter ſint ſeruandi, *l. diligenter, §. mandati ff. de mand. c. cum dilecti, de reſcript.* vbi latè *Felin. Iaſ. in l. Procurator, nume. 9. C. de procurat. Surd. conſil. 105. numer. 27. ibi, firmat autem, Menoch. conſ. 246. num. 49. in fin. conſ. 295. numer. 33. lib. 4. Rot. dec. 18. num. 2. ibi, Primo quia, & dec. 708. ibi, quo caſu, par 3. & dec. 43. numer. 1. verſ. Vnde non poterat, par. 4. recent. Caualer. dec. 612. num. 19. 6 8. numer. 13.*
2 *& 14.* † atque ita dd. de Adamis mandantes non
remanſerunt obligati per promiſſionem ab eorum Procuratoribus facta contra illorum voluntatem, ac contra expreſſa in eiſdem mandatis, *l. 3. §. vlt. d. l. diligenter, l. poteſt.* & ibi *gl. ff. mand. d. l. ſi Procurator.* & ibi *gl. verb. potuit, C. de procurat. Cyriac. contron. forenſ. 278. nu. 3. cum pluribus ſeq. tom. 2 & nu. 8. Burſatt. conſ. 395. num. 13. & ſeqq. lib. 4. Cephal. conſ. 220. num. 7. & 14. lib. 2. Surd. dec. 209. num. 8. ibi, non obligat. dominum, & deciſ. 79. num. 1. 2. & 3 par. 6. diuerſ.*

Elicitur etiam alia nullitas, ex quo Tamiria fide-
3 iuſſit ad fauorem Abundanzeriorum, & tamen † il-
li erat prohibita, ſicuti eſt omnibus mulieribus fideiuſſio, vt firmatur in *deciſ. 497. num. 57. & nume. 171 par. 5. tom. 2. diuerſ. Rot. dec. 363. num. 3. coram Papa Gregor. XV.* & *in Ariminen. Dotis 11. Maij 1620. coram bo: mem: Coccino*; maximè quia in inſtrumento huius fideiuſſionis nulla interuenit ſolemnitas
4 Statutaria, * qui ſolus defectus ſufficit, vt illius obli-
gatio non ſuſtineatur, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 691. numero 2. Surd. deciſ. 108. Rot. in recent. dec. 85. num. 2. par. 4. & dec. 203. num. ead. par. 4. tom. 2. 691. num. pariter, ead par. 4. tom. 3. 497. num. 92 par. 5. tom 2. & dec. 98. nu. 29. par. 6. diuerſ. Romana prætenſi Saluiani 4. Iulij 1640 coram Reuerendiſſ. D. meo Decano. Anconitana Pradij 7. Martij præteriti coram R.P.D. Peutingero.*

Nec etiam iniuſtitia d. mandati poteſt euitari, quia, vt dicebatur, Ptolomeus, & Ninus ſe obligarunt tantum pro ſorte, non autem pro fructibus, mandatum vero fuit relaxatum tam pro duabus paghis conuentis in d. inſtrumento, tam pro extinctione ſortis principalis, quam pro fructibus decurſis, & non ſolutis d. cenſus, ad quos noluerunt teneri, vt patet ex eodem inſtrumento. Vnde hu-
5 iuſmodi * mandatum ratione indiuiduitatis red-
ditur nullum in totum, atque iniuſtum etiam quoad eos, qui ſe obligarunt tam pro ſorte, quam pro fructibus, & propterea exequi minimè potuit, ad not. per *Cyn. & Salicet. in l. 2. C. de re iudic.* idem *Cyn. & Bald. in l. 1. C. de error. calcul. Gratian. diſcept. for. cap. 671. num. 22. Poſt. de manutent. obſer. 12. num. 69. & 104. Afflict. dec. 218. num. 4. ibi, quia Iudicis decretum, Buratt. dec. 29. num. 17. & dec. 177. nu. 5. & in recent. deciſ. 576. num. 5. ibi. & ideo ſententia. &c. par. 4.* Et in omnem caſum, quatenus etiam non conſtaret de nullitate, & iniuſtitia d. mandati, vt
6 patet; * nec etiam poterat relaxari mandatum con-
tra perſonas dd. Ptholomei, & Nini, qui tunc ſolum noluerunt, poſſe agi contra eorum perſonas, quando, factis diligentiis contra eorum bona, ad eorum ſubhaſtationem deueniri ob aliquam cauſam non potuiſſet. Vnde, cum mandatum fuerit relaxatum, & executum contra tenorem obligationis, & contineat plus, quam ſit in obligatione, dicitur notoriè nullum, & iniuſtum, & ſic in totum reuocandum. *Inſtit. de action. §. plus, verſ. huic, Caſtrenſ. in l. ſi ſortem, §. ſi centum. numer. 2. vbi Iaſ. nu. 1. ff. de cond. indeb. Gratian. diſcept. foren. cap. 926. n. 26. Caſtr. 129. num. 1. ibi, quod conſignet in Camera, lib 2. Anconitana Bonorum 27. Aprilis 1622. coram bo: mem: merlino, apud Maugil. de ſubhaſt dec. 3. num. 5. & dec. 235. num. 17. ibi, ea ſcilicet ratione, coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*

Præterea mandatum huiuſmodi fuit etiam relaxatum pro tota ſumma petita à dd. Abundanze-

riis, nulla habita ratione rubrorum frumenti 175.
quæ fuerunt illis tradita à Balduccio, vltra prius
conſignata, de qua noua conſignatione deponunt
teſtes in 2. Summ. num. 1. & 2. vbi deſcribuntur ſin-
7 gulæ partitæ: Et, † cum ex hoc negari non poſſit ex-
ceſſus mandati, ac illius executionis, in totum illud
vitiatur, atque inualidatúr, *Bart. & alij in l. ſi non
ſortem. §. ſi centum ff. de condit. indeb. Greg. XV. dec.
48?. num. 4. & in recent. dec. 135. n. 9 & 10. ac dec. 359.
in fin. par. 1. 630. n. 2. 3. 690. n. 3 p. 2. 682. n. 4. par. 4. & dec.
411. n. 4. par. 5. diuerſ.*

Nec dicere valet, quod dicta rubra 175. rema-
neant compræhenſa, & excomputata in aliis par-
8 titis. Quia, † cum iſtæ partitæ ſint diuerſarum ſum-
marum, ac ſub diuerſis temporibus factæ appareant,
immo etiam fuerint conſignatæ diuerſis Miniſtris
Abundanzeriorum cenſeri debent prorſus diuerſæ
à primis partitis, ad not. in *l. quinquaginta, ff. de prob.
l. triticum. ff. de verb. oblig. Buratt. deciſ. 157. nume-
ro 2. & 3. & dec. 298. numero 4.* Et iſtum effectum
ſufficeret ſola temporis diuerſitas, quæ excludit præ-
ſumptionem vnitatis, & compræhenſionis actuum,
ac includit illorum pluralitatem *Maſcard. de pro-
bat. concl. 54. num. 74. Rot. dec. 154. nu. 18. par. 4. re-
cent. tom. 2.*

Et ita, illis de Adamis tantum informantibus, fuit
reſolutum.

Eminentiſſimo D.

CARD. OTTHOBONO.

Beneuentana Domus.

Veneris 14. Decembr. 1646.

SVMMARIA.

1 *Poſſeßio manutenibilis ad fauorem alicuius probatur ex petita ad aduerſario reſtitutione, & mandati executione.*

2 *Poſſidens auctore Prætore iuſtè poſſidet.*

3 *Iudex nulliter procedens non priuat poſſeſſione.*

4 *Minor nulliter conuenitur curatore ſibi non dato.*

5 *Minore per Curatorem non defenſo, iudicium contra ipſum nullum eſt.*

6 *Minor procuratorem conſtituere non poteſt, non dato, nec adhibito curatore.*

7 *Minori non datur procurator ad lites, ſed curator.*

8 *Agens contra minorem vti hæredem probare debet aditionem cum ſolemnitatibus in contractibus requiſitis.*

9 *Mandatum contra bona hæreditaria non poteſt exequi contra bona per defunctum viuentem alienata. & num. 10.*

10 *Clauſula, Conſtituti, transfert dominium, & poſſeſſionem.*

11 *Hæreditaria qualitas vbi ab actore prætenditur, eſt probanda in iudicio etiam executiuo.*

12 *Mandati executiui forma eſt in executione ad vnguem ſeruanda, nec poteſt reſtringi, vel ampliari, nec procedi per viam traditionis poſſeßionis.*

DECISIO CCIII.

FVit per Dominos reſolutum, dandum eſſe man-
datum de manutenendo in poſſeſſione Domus,
de qua agitur, D. Claudiæ Muſtæ, cum eius ante-
rior poſſeſſio de tempore motæ litis neque à Ca-
riſſimis manutentionem eiuſdem Domus præten-
1 dentibus reuocari poſſit in dubium, quia † contra
illam fuit petita reſtitutio, atque facta executio
mandati, *Greg. dec. 402. num. 1. & 3. & deciſ. 458. num.
2. in recent. dec. 561, num. 1 par, 1. & deciſ. 630 num. 1. &
2. & deciſ. 476. num. 1. par. 2. Buratt. deciſ. 393. num. 1. &
2. & dec. 505. num. 3. Duran. dec. 113. num. 1.* & fuit di-
ctum in *Romana Domorum in Burgo* 18. *Maij præte-
riti coram me.*

Neque obſtat, quod illi de Cariſſimis prætendant
2 poſſeſſionem acquiſiuiſſe authore Prætore, *l. iuſtè
poſſidet, ff. de acqu. poſſ.* Quia, cum in propoſito caſu
3 † Iudex nulliter proceſſerit, non potuit priuare
Claudiam ſua poſſeſſione, *Rot. dec. 561. nu. 3. par. re-
cent. & dec. 417. n. 2. coram recol. me. Coccino, Caualer.
dec. 432. n. 2. Buratt. d. dec. 393. n. 3. Reuerendiſſ. Vrgel-
len. dec. 114. n. 3. & 4.*

Nullitates vero euitari non poſſunt, Tum quia
4 Cariſſimi † egerunt contra Claudiam minorem abſ-
que eo, quod ipſi fuiſſet datus curator, *Afflict. dec.
366. num. 7. Surd. dec. 108. n. 1. Creſcent. deciſ. 9. num. 3.
de ſent. & re iudic. Greg. dec. 319. num. 2.* Tum etiam
5 quia, cum † Claudia non fuerit defenſa, etiam ſi cu-
ratorem habuiſſet, iudicium eſt nullum. *l. cum & mi-
nores, C. ſi aduerſ. rem iudic. vbi Bart. n. 4. Caſtr. nu. 4.
Salicet. numero 6. ante med. Ruin. conſil. 36. numer. 4.
lib. 5. Surd. dec. 108. nu. 16. Burat. dec. 617. nu. 7. Coccin.
dec. 24. nu. 1. poſt Mangil. de ſubhaſt. in recent. dec. 406.
n. 6. par. 4.*

Nec releuat, quod Claudia conſtituerit ſibi Pro-
curatorem cum obligatione habendi ratum omne
6 totum, & quidquid ab eo geſtum foret, quia † hoc
Claudia facere non poterat, dum ei non fuerat da-
tus curator, *l. non eo minus, 14. C. de procurat. l. de-
creto, ff. de adminiſtr. tutor. l. cum & minores, 4. C. ſi
aduerſ. rem iudic. Iacob. Gent. de ord. iud. cap. 2. n. 15.
7 Nepot. à Montalb. de except. art. 8. num. 16.* † Minor
enim non datur Procurator ad lites, ſed Curator,
*§. item inuiti, Inſtit. de curat l. 2. C. de in lit. dan. tutor.
vel curat. Andr. Gaill. pract. obſeru. obſeru. 208. n. 1. libi
2. Afflict. dec. 256. n. 2.*

Alia etiam nullitas reſultat, quia fuit actum con-
tra Claudiam tamquam hæredem *Lutij patris*, tamen
8 non conſtat de aditione valida, cum † minor adi-
re non poſſit ſine ſolemnitatibus requiſitis in con-
tractibus minorum, *Simoncell de decret. lib. 2. tit. 6.
n. 53. Franc. Vegius conſ. 39. per tot. Tiraq. de legib. con-
nub. gl. 5. n. 125. Pic. ad Statut. Vrb. gl. 7, nu. 108. Ioſeph.
Ludouic. dec. Lucen. 45. per tot. Rot. in Interamnen. Bo-
norum 1. Februarij 1641. coram R. P. D. Cerro, &
in Maceraten.* Redditionis *Rationis* 8. *Martij, & 21.
Iunij 1641. & 27. Ianuarij 1642. coram bo: mem.
Merlino.*

9 Neque * mandatum relaxatum contra bona
hæreditaria Lutij prætenſi debitoris exequi pote-
rat ſuper Domo, de qua agitur, quia illa fuerat ab
eodem data Claudiæ in dotem cum clauſula, con-
10 ſtituti, † quæ eſt apta ad transferendum dominium,
& poſſeſſionem, adeo vt non potuerit remanere in
illius hæreditate vt in hac ſpecie dixerunt *Oldrad.
conſil. 139. nume. 9. & ſeqq. Surd. conſil. 263. numero 7.
11 Rot. dec. 277. numero 1. par. 1. recent.* & † qualitas hæ-
reditatis erat per Cariſſimos Actores probanda in
quocumque iudicio, etiam executiuo, alias proceſ-
ſus eſt nullus, *Dec. in l. fin. numero 47. C. de edict. Diu.
Adr. toll. Crauett. conſil. 164. num. 1. Neuiz. conſi. 18.
num. 4. Roland conſi. 46. num. 2. lib. 2. Rot. poſt Zacch.*

de oblig.

Digitized by Google

de oblig. camer.dec.76.num.6. quæ eſt in recent. deciſ. 28.num.4.par.2.Buratt.dec.434.n.6.

Et demum cum mandatum executiuum fuerit relaxatum ad cogendum, & compellendum per ſequeſtrationem, venditionem, & ſubhaſtationem bonorum hæreditariorum, non poterat hoc caſu Executor vigore mandati executiui tradere poſſeſſionem
12 creditori, cum † forma mandati executiui ſit ad vnguem obſeruanda, nec Executor poſſit reſtringere, aut ampliare, Verall.dec.333.n.2.& 3.par.1.Mantic. dec.303.n.1.& 2.Seraph.deciſ.929.num.1. Buratt.dec. 891.num.6.

Stantibus itaque tot nullitatibus, Domini cenſuerunt, Claudiæ dandum eſſe mandatum de manutenendo vtraque parte informante, &c.

R.P.D. ROYAS.

Farſen. Bonorum.

Veneris 14. Decembris 1646.

SVMMARIA.

1 *Manutentio non debetur non probata poſſeſſione de tempore motæ litis.*

2 *Poſſeſſio perditur per confiſcationem, & per ſubhaſtationem, & declarationem ad creditorum inſtantiam.*

3 *Statutum ſuper continuatione poſſeſſionis defuncti in hæredem poſſeſſionem reſpicit de tempore obitus, & ab illa deſumit initium.*

4 *Nec habet locum in poſſeſſione à tertio occupata defuncto viuente.*

5 *Inueſtitura in emphyteuſim præbet titulum.*

6 *Statutum de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredem non habet locum in bonis emphyteuticis in præiudicium Domini directi, vel habentis ab eo cauſam, & num 7.*

8 *Conſtitutum in poſteriori inueſtitura non præiudicat anteriori.*

9 *Remedium l.fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. non competit ſecundo inueſtito contra primum habentem parem titulum. Ampl. vt nu.10. Sed eſt prius diſcutiendum, quæ inueſtitura præualeat, vt n.15.*

11 *Contradictor dicitur legitimus parem titulum habens, & anteriorem.*

12 *Deſcendentia probatur ex confeßione partis aduerſæ.*

13 *Tranſportatio actorum omnium requiritur ad effectum docendi de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ, & ſubhaſtationis ſequutæ.*

14 *Sententiæ ſoluis exhibitio non ſufficit ad docendum de illius, & ſequutæ ſubhaſtationis nullitate.*

16 *Inueſtitura ſecunda regulariter non præiudicat anteriori. Ampl. vt num.17.*

17 *Clauſula, Sine alterius iniuria, virtus.*

18 *Titulus nullus an impediat immißionem alterius.*

19 *Inueſtituram habens poſteriorem agere tenetur contra anteriorem vti habentem parem titulum via ordinaria, non autem prætendere poteſt immiſſionem.*

20 *Immiſſio quando detur hæredi in vim Statuti continuantis in eum poſſeſſionem defuncti.*

DECISIO CCIV.

DVbitaui hodie, An Iulio Ranallo eſſet danda manutentio, vel potius immiſſio, & Domini reſoluerunt Ranallo eſſe dandam immiſſionem tantum in prædio *del Peſchio*, in reliquis vero immiſſionem, & manutentionem denegandam, quia nullibi conſtitit de aliqua eius poſſeſſione de tem-
1 pore, motæ litis, † ſine qua manutentio non datur, §.retinendæ. Inſtit. de interd. l.1. & ibi Bart. ff. vti poſſid. Mantic. deciſ.252. numer.2. Duran. deciſ.320. num.1. Coccin. dec.488.num 1.

Nec præfato Iulio ſuffragatur poſſeſſio, quæ allegatur fuiſſe penes Tholomeum eius progenito-
2 rem, cum * idem Tholomeus longe ante obitum fuerit omni eius poſſeſſione priuatus, tam ob ſequutam confiſcationem per Curiam Farſen. ob patrata ab eo delicta, quam etiam per actualem ſubhaſtationem, ac delibetationem ad inſtantiam illorum de Fœlicibus creditorum eorumdem de Ranallis, cuius crediti vigore dominium, & poſſeſſionem fuerunt aſſequuti, l. eleganter, in princ. ff. de pignor. act. Rot.dec.153.num.3.& 5.par.3.recen. inde Statutum Vrbis cap.147.lib.1.de continuanda poſſeſſione, cui d.Iulius innititur, non intrat, quia non fuit proba-
3 ta poſſeſſio patris de tempore mortis, † à quo tempore d. Statutum ſumit initium, & operatur effectum ſuum, Tiraquel. de retract. de mort. ſaiſit par.5. declar.3. num.1. Ant.Gabr.lib.15.concl. vlt. nume.18. de acq.poſſ. vbi concordantes adducit, Greg.XV. dec. 307.num.43 vbi Add. nu.27. in fin. Rot. in Terracinen. Fideicommiſſi 14.Decembris 1643. coram Domino meo
4 Otthobono, &, † dum poſſeſſio bonorum, de quibus agitur, viuente patre d.Iulij à tertio occupata, d. Statutum de continuanda poſſeſſione non habet locum, Gabr. de acq.poſſ.d. concl.vlt. numer. 18. Tiraq.d. tract. de mort. ſaiſit.5. par. declar. 3.numero 1. & ſeqq. Verall. dec.191.numero 4. par.2. Coccin. dec. 488.num.3.

Animaduertebant etiam Domini, bona controuerſa eſſe emphyteutica Eccleſiæ, de quibus fuerunt ab Abbate Farfenſi poſt mortem Tholomei de Ranallis inueſtiti præfati de Fœlicibus 21. No-
5 uembris 1595. † ex qua inueſtitura prouenit titulus eorum, Pariſ.conſ.1. num.106. cum ſeqq. & prius
6 num.28. Ideo, ſicuti † d.Statutum de continuanda poſſeſſione locum non haberet in iſtis bonis emphyteuticis in præiudiciom Abbatis Domini directi, vt ex doctrina Hoſtien. in c.olim. num. 16. de reſti. ſpoliat, dixit Rota coram Coccino dec.488. nu.10. & par.1. recent. dec.513. num.15. vbi allegat Cuman. conſ.173. ad fin. eadem Rota in Mediolanen. Bonorum 28. Martij 1598. coram Card. Mellino, Gratian. diſcept. 722.num.79. Mareſcott.var. reſol. lib.2.cap. 116.n.6. cum aliis relatis per Modern. Peruſin. de manuten. obſeru.55. numer.64. & ſeqq. ita pariter nec contra Fœlicios à Domino directo cauſam habentes,
7 † non ſecus, ac ſi impedimentum proueniret ab ipſo Domino directo, Cyriac. controu. 12. num.55. & ſeqq.

8 Minus * Ranalli refragatur conſtitutum appoſitum in inueſtitura reportata à clar. mem. Card. Alexandro Montalto Abbate Farfen. de anno 1602. in præiudicium conſtituti, & inueſtituræ anterioris factæ Fœlicibus præfatis vſque de anno 1595. Tiraq. de iur. conſtitut. par.1. num.27. & 28. Alex. conſ. 25. numero 8. lib.3. Angel. conſ. 106 quadam mulier donauit. in fin. Dec. conſ.226. num.1. Rot. dec.85. num.12. poſt Modern. Peruſin. de manuten. ex quibus omnibus ſimul iunctis merito fuit denegata manutentio Ranallis.

9 Nec * in vim d. ſecundæ inueſtituræ reportatæ

de anno 1602. per Iulium valet ipſe obtinere in
iudicio adipiſcendæ ex remedio *l. fin. C. de edict.*
Diu. Adrian. tollen. contra Felicios habentes inue-
ſtituram anteriorem reportatam ab eodem Abbate
de anno 1595. & conſequenter titulum parem,
10 † ſintque etiam poſſeſſores auctore Prætore, *Rot.*
11 *dec.415. num.11. par.4. recent. tom.* 2. * Inde dicun-
tur legitimi contradictores ad impediendam im-
miſſionem petitam per Ranallum, *ad trad. in l. fin.*
vbi Bart. num.21. Caſtr. num.11. Dec. num. 41. *C. de*
edict. D. Adrian. toll. Comitul. dec 67. numer.1, Rot. in
Romana de Spinoſis 10. *Maij* 1629 *coram bo: mem. Pi-*
rouano.

Deſcendentia præfatorum de Fœlicibus ab An-
gelo prius inueſtito non fuit in dubium reuocata,
cum de ea doctum fuerit ex confeſſione Ranalli, vt
12 ex iuribus productis, † ex quibus releuans confeſ-
ſio fuit deprompta, *c. cum olim. de cenſ. l. publica, §.*
fin. ff. depoſ. Rot. dec.55?. n 9. p.1. recent.

Nil vrgent prætenſæ nullitates, vel iniuſtitia ſen-
tentiæ, & ſubhaſtationis ſequutæ ad inſtantiam præ-
13 fatorum de Fœlicibus, cum † ad hunc effectum eſ-
ſent tranſportanda omnia acta, *Mohed. deciſ.* 11. *de*
ſent. & re iudic. Put. dec.98. lib.1. in correct. Rot. dec.
170. *num.7. par.3. recent.* & *in Iuuenacen. & Melphi-*
ten. Bonorum 8. *Iunij* 1646. *coram D. meo Corrado,*
14 *vbi concordantes;* † Non autem eſt verum dicere,
quod ex ſola exhibitione ſententiæ eius nullitas de-
ſumatur, prout apparebat in *Romana Vinea* 18. *Fe-*
bruarij 1644. *coram R.P.D. meo Bichio.* Quapro-
pter, cum Fœlicis nitantur ne dum ſententia, & præ-
fata ſubhaſtatione, verum etiam anteriori inueſti-
tura, inde adhuc ad immiſſionem procedi non va-
15 let, † ſed eſſe prius diſcutiendum, quæ inueſtitura
præualet, vt in *Vercellen. Canonicatus* 4. *Maij* 1616.
coram Franciſco Vbaldo, Greg. XV. dec.105. num.18.
16 *in fin. vbi nu.19.* ſubditur, quod † regulariter ſecun-
da inueſtitura non præiudicat anteriori, ſed ante-
riori præualet, arg. tex. in *l. quoties, C. de rei vendic.*
Pariſ. conſil.1. num.105. & conſ.11. num.18. lib.1. Ce-
phal. conſ.367 nu 9. & ſeqq. Caſtr. conſ.142. in fin. lib.2.
Dec. conſ.163. num.3. & 390. num. 2. in fin Greg. XV.
17 *dec.105. num 19.* † licet contineat clauſulam, Sine
iniuria iuris alterius, quia talis clauſula non eſt ſu-
ſpenſiua, nec valet inducere reſolutionem, niſi
poſtquam conſtiterit de meliori iure alterius, *Rot.*
dec.513. num.3. par.1. recent.

Ad ea vero, quæ dicta fuere, quod titulus illorum
18 de Fœlicibus ſit nullus, & inefficax, † inde non va-
leat obſtare immiſſioni petitæ per Ranallum, fuit
reſponſum, eſſe intelligendum de titulo nullo ipſo
iure, & euidenter tali, in quibus terminis loquun-
tur Doctores in contrarium adducti, vt bene di-
ſtinguendo declarat *Modiern. Bononien. de legit. con-*
trad. q.7. art.7. num. 144 vbi concordantes adducit
Rot. in Romana Vineæ 29. *Maij* 1597. *coram Comi-*
tulo penes *Marcheſan. de commiſſ. tom. 1. fol.1039. nu-*
19 *mero* 1. &, † dum præfati de Fœlicibus habent pa-
rem titulum cum Ranallis, quinimmo inueſtituram
anteriorem, idcirco non valent prætendere immiſ-
ſionem, ſed via ordinaria venit agendum, *Bart. in l.*
fin. num.21. verſ. aut comparet aliquis. C. de edict. Diu.
Adrian. tollen. Roland. conſ.78. num. 15. & 27. Mo-
hed. dec.13. vt lit. pend. Et hæc quoad Molendinum
ad vſum olei, ac Oliuetum, de quibus in inueſtitura,
ac ſententia.

Quo vero ad Prædium *del Peſchio*, merito fuit
hodie conceſſa immiſſio præfato Iulio Ranallo, ex
quo illud neque in inueſtitura anteriori anni 1595.
emanata ad fauorem præfatorum de Fœlicibus, ne-
que in d. ſententia legitur comprehenſum, & fuiſſe
à Tholomeo patre, & auctore d. Iulij Ranalli poſ-
ſeſſum præfatum Prædium *del Peſchio*, probant eius
20 teſtes Summ. num.8. † quibus concurrentibus im-
miſſio nequit denegari, *§. ſi quis igitur. primo. Auth.*
de hæred. ab inteſt. venient. auth. defuncto. C. ad Trebell.
l.1. ff. & C. quor. bon Ruin. conſil. 164. in fin. lib.2. Me-
noch. de adipiſc. remed.1. per tot. præſertim nu.3. 31. 35.
43 & 49. Idemque in *prælud. nu.12.* & dixit *Rota dec.*
20 *n.5. coram Mantica*, & alibi paſſim.

Et ita fuit reſolutum vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Romana Subhaſtationis de Alexiis.

Veneris 15. Februarij 1647.

SVMMARIA.

1 *Tertius non poteſt executiuè conueniri. Lim. vt n.20. & 21. & 22. & 32.*

2 *Tertius pro executione impedienda non tenetur dominium, & titulum iuſtificare, ſed ſufficit vt illum alleget, & probet poſſeſſionem. Decl. vt num. 23. 24. 25. 26. 28. & ſeq.*

3 *Verbum, Aſſignare, quando importet, vel non tranſlationem dominij, & dationem in ſolutum.*

4 *Datio in ſolutum vim habet ſolutionis, & extinguit ab initio debitum, ac deliberationem inducit.*

5 *Ennunciatiua mandati de immittendo an, & quomodo probet, & num.6.*

6 *Aſſertioni Iudicis ſine actis pro facti iuſtificatione non creditur.*

7 *Mandatum Iudicis continens notorium errorem eſt notoriè nullum, & iniuſtum.*

8 *Mandatum Iudicis non nocet creditoribus poſſidentibus non citatis. Ampl. vt n.9.*

10 *Clauſula, Sine præiudicio poſſidentium, & habentium meliora, & potiora iura, quid operetur.*

11 *Mandatum præſumitur ex impenſis vnius ducati, & excedente iulios decem. Ampl. vt n.12.*

13 *Eccleſia nomine quilibet de populo poteſt poſſeſſionem adipiſci.*

14 *Negare, aliquem eſſe procuratorem, quis non poteſt, poſtquam illum pro tali approbauit, niſi contrarium clare probet. Ampl. vt n.15.*

16 *Mandatum ad lites non ſuffragatur pro capienda poſſeſſione. Ampl. vt ibid. Lim. vt n.17.*

18 *Mandatorum multiplicatio concurrere poteſt in eadem perſona, expreſſi ſcilicet, & præſumpti.*

19 *Debitor, detectis creditoribus, non poteſt in fraudem paratæ executionis bona diſtrahere, & vni in ſolutum dare. & n. ſeqq.*

24 *Titulus præſumitur ex poſſeſſione.*

27 *Dominus ſemel ſemper præſumitur dominus, niſi contrarium probetur.*

29 *Filius emancipatus aſſerens bona prouenire à patre, ſed ſibi fuiſſe donata, tenetur hoc probare, ſiue agat, ſiue conueniatur.*

31 *Proteſtatio ex cautela Angeli, & poſſeſſio quando non ſuffragetur ad impediendam executionem.*

32 *Subhaſtatio impediri non poteſt à tertio poſſidente iure pignoris etiam anteriori. Ampl. vt n.34.*

33 *Mandatum eſſe relaxatum pro ſubhaſtatione non eſt opus, vbi petens executionem poſſidet, & licentiam ſub-*

Digitized by Google

ſubhaſtandi obtinuit à Sanctiſſimo.

DECISIO CCV.

SVb die 12. Decembris 1644. dictum fuit, non eſſe procedendum ad ſubhaſtationem bonorum ab Antonina poſſeſſorum, cum ab ea poſſiderentur titulo dominij, & proprietatis vigore da-
1 tionis in ſolutum habitæ à Iulio Vrſino, * propter quam vti tertia non poterat exequutiuè conueniri iuxta theoricam. *Alex. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic.* Quantumuis huiuſmodi datio-
2 nem plene non iuſtificaret, cum * tertius poſſidens iure dominij non teneatur pro impedienda executione titulum iuſtificare, ſed ſufficiat illum allegare, & probare poſſeſſionem, per ea, quæ tradunt DD. & in ſpecie *Bart. in d. l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus nu. 4. cum aliis* in deciſione ſub d. die emanata adductis: A qua tamen hodie Domini receſſerunt, quia per exhibitionem inſtrumenti conſenſus apparet euidenter Iulium non dediſſe Antoninæ bona huiuſmodi in ſolutum ſed ſolum eidem aſſignaſſe certam ratam fructuum, & penſionum temporaliter duraturam, donec, & quouſque eidem reſtituerentur ſcuta 3000. pro reſiduo ſuæ dotis, ibi, Deliberauit eidem Antoninæ eius germanæ ſorori ad bonum computum ſcutorum 4500. vt ſupra debitorum ſoluere, & exburſare ſcuta 1500. & pro fructibus aliorum ſcutorum 300. cedere, & aſſignare penſiones domorum ad rationem ſex cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, donec, & quouſque totam integram ſummam ſcutor. 3000. eidem Antoninæ ſoluerit, &c. & ibi, Pro fructibus eorumdem ſcutorum 3000. tantum, & non vltra pro reſiduo, & ſorte principali dotis prædictæ, vt ſupra debitæ vſque tamen ad integram ſolutionem, & illius reſtitutionem ceſſit; tranſtulit, & aſſignauit eidem D. Antoninæ Vrſinæ ſine præiudicio anterioritatis, & aliorum quorumcumque iurium, &c. tot penſiones annuas ad rationem ſex cum dimidio pro quolibet centenario, & anno domorum ad Iulium ſpectan. & pertinen. &c. licet enim † verbum
3 Aſsignare, quando patitur ſubiecta materia, importet dominij tranſlationem, & dationem in ſolutum, vbi tamen, prout hic aſsignantur tantummodo fructus temporaliter, quouſque creditori de ſorte ſatisfiat, adiecto pacto, quod non cenſeatur facta donatio, nec inducta liberatio obligatorum, impoſsibile eſt, quod importet dationem in ſolu-
4 tum, cum † hæc tamquam habens vim ſolutionis extinguat ab initio debitum, & inducat liberationem debitoris, aliorumque obligatorum, vt notat *Bart. in l. ſi quis aliam in princ. ff. de ſolut. & l. libera. C. de ſent. & interloquut. Iudic. Pariſ. conſ. 81. nu. 35. lib. 2. Surd. d. conſ. 243. n. 7. Rot. in recent. dec. 261. num. 15. & 17. par. 7.*

Proinde nihil releuat enunciatiua mandati de immittendo conceſsi ab A. C. anno 1621. Tum
5 quia † non docto de alio conſenſu, referri debet, & intelligi de conſenſu præcedenti ſupra expreſſo præſtito per Iulium die 13. Iulij 1617. qui tamen; vt dictum eſt, continet ſimplicem aſsignationem fructuum, ad *tex. in l. 2. ff. de lib. & poſth. Ruin. conſ. 165. n. 8 lib. 2. Giurb. dec. 145. num. 9. Rot. coram San. me. Greg.*
6 *dec. 90. num. 1.* Tum quia * aſſertioni Iudicis ſine actis pro facti iuſtificatione non creditur, vt conſuluit *Menoch. conſ. 449. num. 28. Maſtrill. deciſ. 80. num. 10.* & dixit *Rota in recent. deciſ. 451. num. 12. par. 2. & in Anconitana Spolij 9. Iulij 1610. coram Card. Sacrato impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 2. fol. 235. num. 2.*

Eoque minus, quia præfatum mandatum laborat aperto vitio nullitatis, & iniuſtitiæ, dum A. C. illius relaxatione: ſuppoſuit conſenſum à Iulio præſtitum continere veram dationem in ſolutum dominij tranſlatione, ibi, & ſuum conſenſum perfectum dedit, & præſtitit, vt iure medio d. D. Antonina pro ſatisfactione, &c. dicta bona poſſideat, fruatur & gaudeat naturali, & titulari dominio, &c. ad illum expreſſam relationem habuit, ibi, Quoniam, ſtante inſtrumento dotalis, reſpectiuè ceſſionis & conſenſus præſtiti, &c.

Hinc enim dum præfatus conſenſus in effectu continet tantummodo ſimplicem aſſignationem ratæ fructuum, & penſionum temporaliter dura-
7 turam, vt dictum eſt, † ex capite notorij erroris mandatum remanet ipſo iure nullum, & iniuſtum, vt notant *Anton. de Butr. in c. cum Bertoldus. ſub nume. 22. verſ. quintus caſus eſt de ſent. & re iudic. Dec. in c. errorem calculi ſub num. 11. verſ. ſecunda Bartoli concluſio eſt. C. de err. calcul. & conſ. 603. num. 14* bene *Alex. conſ. 123. nume. 6. & 7. verſ. tamen quoad propoſitum. lib. 1. Curt. iun. conſ. 170. nume. 7. & 8. Surd. conſ. 223. num. 4. Vant. de nullit. ex defect. proceſ. nu. 129. Afflict. dec. 47. num. 3. & 4. Cardinal. Seraphin. dec. 641.*
8 *num. 1. & 2.* * Ideoque nocere nequit creditoribus, qui vlterius iam in poſſeſſione reperiebantur, nec in illius relaxatione vocati, ſeu citati fuerunt, *l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Clem. ſæpe. ibique gloſ. de verb. ſignif. Rot. penes Acchill. dec. 3. num. 2. de re iudic. Card. Seraph. dec. 1477. num. 2. verſ. nam in ſententia*, & dixit *Rot. in Bononien. Iuriſpatronatus 23. Ianuarij 1640 coram R. P. D. meo Bichio, aliiſque relatis in Biſuntina Cenſus 27. Nouemb. 1645. coram*
9 *R. P. D. meo Corrado §. finali.* Cum † præſertim Iudex addiderit clauſulam, ſine præiudicio poſſiden-
10 tium, & habentium meliora, & potiora iura, * quæ operatur, vt reſpectu poſſidentium immiſſio habeatur pro non tradita, vt bene declarat *Peregrin. de fideicomm. art. 47. 47. num. 19 & art. 48. num. 36. verſ. & indubitanter*, pluribuſque adductis firmauit *Rota in Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ 24. Nouembris 1621. coram bo: me:* Pironano apud *Merlin. de legitim. dec. 32. num. 5. & 23 Ianuarij 1630. & 30. Aprilis 1632. coram eodem.* altera *in recent. dec. 340. nu. 14. & 15. par. 5.* altera *deciſ. 10. num. 6.* poſt *Tamburin. de iure Abbatiſſ. & coram* Card. *Caualerio dec. 62 num. 6. inferens n. 7.* poſſe adhuc creditores exequutiuè procedere.

De poſſeſſione autem creditorum Domini non dubitarunt, cum ſola exceptio, quod capta fuerit à Caſtano Procuratore ſine ſpeciali mandato, non ſit releuans, dum idem Caſtanus litem hanc ab initio vſque ad finem pro creditoribus egit, plureſ-
11 que fecit impenſas in ea capienda, * ex quibus mandatum ſufficiens præſumi, dixit *Rota coram Card. Seraph. deciſ. 856 num. 5. & dec. 913. nume. 2. coram Sanct. mem. Greg. dec. 324.* vbi *Add. numer. 6.* firmat ſufficere impenſam vnius ducati, *in recent. deciſ. 187. numer. 16. par. 6.* vbi, quod reputatur ſufficiens impenſa, quæ excedit Iulios decem. *cum aliis in Ciuitanen. Archipræsbiteratus 24. Martij 1645. §. primo autem, circa fin. & in Bononien. Reſciſſionis Contractus 28. Iunij eiuſdem anni coram me, §. nec ſa-*
12 *tisfacit.* † Iuncto præſertim, quod idem erat etiam Procurator in aliis, vnde facilius etiam præſumi-

tur conſtitutus procurator ad hunc actum, vt in his
terminis ponderauit *Rota in Maceraten. Magazeni,*
ſeu Manutentionis 24. *Ianuarij* 1642. *coram Reueren-*
diſſimo D. Patauino. Vltra quod poſſeſſio fuerat e-
tiam capta pro Eccleſiis, & locis piis pariter credi-
toribus quorum reſpectu non erat opus alio man-
13 dato, cum † quilibet de populo poſſit Eccleſiæ no-
mine poſſeſſionem adipiſci, vt monuit *Bart. in l.Ci-*
uitatibus 125. *num.* 3. *& ſeqq.ff.de leg.*1.*Felin.in c.cum*
olim. num. 2. *de teſtib.* cum cœteris adductis in alia
Maceraten. Magazeni, ſeu Manutentionis 28. *Iunij*
1641.*coram bo.mem.Merlino.*

Antonina tamen nullatenus opponere poteſt
huiuſmodi defectum, dum Caſtanus poſſeſſionem
cœpit vti Procurator, & ipſa vti talem illum reco-
gnouit, eidemque vti Procuratori creditorum pro-
14 miſit penſiones ſoluere. † Hinc enim non poteſt
amplius negare eſſe talem, niſi contrarium clarè
probet, vt tradunt *gloſ.& DD. in l.Pomponius,§. ra-*
*tihabitionis,ff. de procurat.Natt.conſ.*262. *nu.*7.*Surd.*
*dec.*104. *numer.*12. *& ſeqq.bo: me: Buratt. deciſ.* 409.
num. 12. & dictum fuit in *Spoletana Hæreditatis* 2.
15 *Aprilis* 1618. *coram S.D.N.* † Recognitio autem
huiuſmodi non poteſt impugnari ex defectu ſo-
lemnitatum, dum ex ea non deſumitur obligatio,
ſed dumtaxat probatio, vt fuit dictum *in Romana*
Dotis 12.*Ianuarij* 1600. *coram bon: mem:Cardin. Sa-*
crato.

16 Ideo nihil releuat, quod † ſimplex mandatum
ad lites non ſuffragetur pro capienda poſſeſſione,
quantumuis habeat clauſulas ampliſſimas cum fa-
cultate faciendi omnia, quæ principales ipſi facere
poſſent pro finali complemento executionis crediti,
ex latè deductis *in Romana Palatij* 29. *Aprilis* 1643.
coram Reuerendiſſimo D. meo Chiſilerio.

17 Quia † vltra mandatum expreſſum ad lites alle-
gatur etiam præſumptum ad capiendum poſſeſſio-
nem, quæ ſimul cócurrere poſſunt, vt conſuluit *Ruin.*
*conſ.*35. *num.*20. *lib.* 1. & dixit *Rota coram Reueren-*
*diſſimo Vrgellen. dec.*9. *nume.*25.*cum aliis in Romana*
Alimentorum 4. *Decembris* 1641. *coram R.P.D. meo*
Bichio, & in ſupracitata *Maceraten. Magazeni, ſeu*
18 *Manutentionis coram Reuerendiſſimo Patauino,* † in
vna enim, & eadem perſona datur multiplicatio
mandatorum, expreſſi ſcilicet, & præſumpti, vt di-
xit *Rota in dictis Ciuitanen. Archipresbiteratus §.fin.*
& Bononien.Reſciſſionis Contractus d.§. nec ſatisfacit
in fin. coram me.

Sed vlterius dixerunt Domini, perperam allegari
dationem in ſolutum, quæ probata non eſſet effi-
cax ad impediendum exequutionem creditorum,
dum illi non ſolum erant detecti, ſed exequutionem
cœperant, reportando ſententiam in Saluiano, & il-
19 lius vigore capiendo poſſeſsionem. † Debitor enim
detectis creditoribus, non poteſt in fraudem para-
tæ exequutionis bona diſtrahere, & vni in ſolutum
20 dare, † alioquin contra tertium acquirentem exe-
quutiuè proceditur, etiam abſque reuocatoria, vt
tradit *Cancer. var. reſol. li.*3. *cap.* 17. *num.*462. *cum*
*ſeqq.latè Giurb. dec.*62.*n.*8. *cum ſeqq.* & pluribus re-
latis firmauit *Rota coram Reuerendiſſimo Vrgellen.*
*dec.*364.*nu.*26.*&* 32. *& bon: mem:Burat.dec.*927.*ſub*
*num.*5. *verſ.quia vltra quod.Addit.ad eumd.dec.*450.
*n.*6. & in terminis, quod agi poſsit contra mulierem
ſe tuentem titulo dotis, deciſum fuit in *Narnien.Do-*
tium, & Alimentorum 29.*Maij* 1630.*coram Reu.P.D*
meo Ghiſilerio impreſſ.apud Modern. Peruſin. de ſub-
*haſtat.deciſ.*84.*n.*3.*&* 4.

21 Quod * ſine difficultate procedit hoc caſu, concur-
rente in Antonina ſcientia litis, & exequutionis iam
cœptæ ob recognitionem factam in dominum erga
creditores in actu captæ poſſeſsionis, & quia datio
in ſolutum fuiſſet de omnibus bonis: Contra ſcien-
tem enim litem, & exequutionem facilius procedi-
tur recta via, per ea, quæ in his terminis dicta ſunt
in ſupracitata *Narnien. Dotium, & Alimentorum n.*6.
22 Et † quando alienatio eſt vniuerſalis omnium *bo-*
norum, eo magis præſumitur in fraudem aliorum, ne
aliunde conſequi poſsint ſatisfactionem, vt ponde-
rauit *Rota coram Vrgell.d.deciſ.*364. *n.*12.*&* 13.& ad-
mittitur in alia deciſione huius cauſæ, *verſic.neque*
Doctores voluerunt.

Ex his itaque habetur reſponſio ad theoricam
Bart. in ſupracitata l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus,
23 4.*ff. de re iudic.* † Vt poſsidens non teneatur iuſti-
ficare titulum ſuæ poſſeſſionis pro impedienda
exequutione; procedit enim quando poſſidens
non allegat titulum, ſed ſolum dicit, ſe poſſidere,
24 tunc enim non cogitur docere de titulo, † cum hic
ex poſſeſſione præſumatur, & in his terminis lo-
quuntur *Couarr.pract. quæſtion. cap.*16. *num.*4. *Par-*
*lador. rer.quotidian.lib.*2.*cap.fin. par.*4.*§.* 5.*nu.*3.*Pe-*
*guer.dec.*205. *num.*7. *Greg. dec.*22. *num.* 3. cœterique
25 omnes ad propoſitum allegati, † quando allegat
titulum aliunde habitum, quam à debitore, tunc
enim ſufficit docere de titulo colorato, & appa-
renter abſque onere plenioris iuſtificationis, in
quibus terminis loquuntur *Felin. in ca.ſuper. nu.*16.
*verſ. intellige tamen de re iud. Gozzad. conſ.*103.*num.*
10. *verſ.ſecundo reſpondeo, ſeſſ.de inhibit.ca.*5. *§.* 10.
26 *num.*48. † Secus autem, quando, vt hic, poſſidens
allegat titulum habitum ab eodem debitore ex do-
natione, datione in ſolutum, & ſimilibus, alle-
gando enim titulum, adſtringitur ad illius iuſtifica-
tionem, ad quam aliàs non adſtringeretur, &, alle-
gando illum habuiſſe à debitore, fatetur, debito-
rem olim fuiſſe Dominum, dum ergo ſubdit, debito-
rem amplius non poſſidere, ſed poſſeſſionem ad ſe
deueniſſe titulo dationis in ſolutum, tenetur docere
validè, & legitimè deueniſſe, & ſic concludenter
probare validitatem dationis in ſolutum, vt *magi-*
ſtraliter diſtinguendo conſuluit *Caſtr. conſ.*143.*ſub*
*num.*3.*verſ.probatio autem lib.*1.reddens optimam ra-
tionem; quia intentio petentis exequutionem ſuf-
ficienter fundatur in eo, quod poſſidens cauſam
27 habeat à debitore † ex quo enim ſemel fatetur,
fuiſſe Dominum, præſumitur etiam nunc Domi-
28 nus, niſi contrarium oſtendatur, † & ſic onus hu-
iuſmodi probationis incumbit ipſi poſſeſſori, alle-
gatque bonum textum *in l.ſiue poſſidentis, C.de pro-*
29 *bat.* vbi † filius emancipatus aſſerens, bona proue-
niſſe à patre, ſed ſibi ab eo fuiſſe donata, tenetur
hoc probare; ſiue agat, ſiue conueniatur, & in his
terminis emanarunt reſolutiones *in Romana, ſeu*
Æſina Donationis 23. *Maij* 1640.*coram R.P.D.*
30 *meo Ghiſilerio,* vbi, † quia poſſidens allegauerat do-
nationem habitam à debitore proteſtando, ne fie-
ret executio ſuper bonis ſibi ab eodem debitore
donatis, Rota cenſuit, huiuſmodi proteſtationem
non releuare, non docto de valida donatione, & le-
gitimo dominio bonorum, & in *Anconitana Dotis*
28. *Aprilis* 1643. *coram me,* vbi in ſpecie dictum fuit
contraria procedere, quando poſſeſſor non habet
cauſam à debitore, & cum hac diſtinctione conci-
liantur omnes auctoritates, & deciſiones ad id alle-
gari ſolitæ. Cum ergo Antonina non ſteterit in ter-

minis

Digitized by Google

minis ſimplicis poſſeſſionis, ſed vlterius allegauerit titulum dationis in ſolutum habitum ab Vrſino hærede debitoris, obligauit ſe ad illius iuſtificationem,
31 † adeo vt, non iuſtificata datione in ſolutum, nec poſſeſſio, nec proteſtatio deſuper facta iuxta cautelam Angeli *in d. l. à Diuo Pio*, ſuffragatur ad impediendam exequutionem, ex adductis *in d. Romana, ſeu Æſina Donationis, & Anconitana Dotis ſupra relatis.*

Conſequens ergo eſt, vt, actis iam tranſportatis, deueniatur ad ſubhaſtationem,
32 † quæ impediri non poteſt à tertio poſſidente tantummodo iure pignoris, licet anteriori, *per tex. clarum in d. l. à Diuo Pio. §. quod ſi hæres fuerit pignorata.* ibique com-
33 muniter ſcribentes, *de re iudic.* † † Etiam abſque alia relaxatione mandati, quando, prout hic petens exequutionem, poſſidet, & licentiam obtinuit à Sanctiſſimo, *Mangil. de ſubſtat. qu.* 116. *nu.* 14. & ſæpius firmauit *Rota in pluribus cauſis relatis in alia deciſione*, vbi admittitur hæc concluſio, licet ex diuerſitate facti, ex quo ſuppoſitum fuerat, Antoninam eſſe dominam contrarium firmatum fuerit.
34 Et in hanc ſententiam † facilius fuerunt Domini aduertentes ex forma reſcripti, Antoninam non fore amouendam à ſua poſſeſſione, ſed, ea firma manente, procedendum eſſe ad ſubhaſtationem ad effectum in primis, & ante omnia ſibi integraliter ſatisfaciendo de ſuo credito; & de eo, quod ſupereſt, cæteris creditoribus poſterioribus; ex quo illis magnum commodum paratur, ſibi verò nullum infertur præiudicium, nec in aliquo eius conditio deterior efficitur, dum pignus interim dimiſſura non eſt, adeò vt proinde facilius permitti debeat hæc exequutio penitus explenda ſine præiudicio poſſeſſionis, vt monuit *Bart. in d. l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num* 8. & tradit *Couarru. pract. quæſt. cap.* 16. *num.* 4. *verſ. quintum. Cancer. variar. reſolut lib.* 2. *cap.* 16. *num* 78. *Peguer. d. deciſ.* 205. *ſub nu.* 7. *verſ. Couarruuias.* & in his terminis de muliere tenente pignus pro ſua dote. *Cuman. in d. l.* 8. *quod ſi res fuerit pignorata, num.* 1. *&* 2. quem refert, & ſequitur *Gratian. diſcept. for. cap.* 941. *num.* 3. *cum pluribus ſeqq. ſubdens num.* 6. hoc eſſe multum notandum ad fauorem poſteriorum creditorum.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Nepeſina Pecuniaria.

Veneris 15. Februar. 1647.

SVMMARIA.

1 *A.C. regulariter eſt Executor obligationis Cameralis priuatiuè quoad alios in vim ſuarum facultatem, niſi ille alteri demandata fuerint.*
2 *Executiuè in vim obligationis cameralis quando procedi poſſit contra tertium poſſeſſorem, & numero* 3. *&* 4.
3 *Tranſactio habet executionem paratam, vt res iudicata.*
4 *Dotalia inſtrumenta ex Statuto Vrbis habent executionem paratam contra bona expreſsè, vel tacitè hypothecata, etiam per tertios detenta.*
5 *Confeſſio de recepta dote præuia promiſſione probat numerationem tam contra hæredes confitentis, quam contra creditores, & quoſcunque tertios poſſeſſores.*
6 *Ampl. eo magis concurrentibus adminiculis, de quibus hic.*
7 *Dotis partis ſolutio ſolutionis præſumptionem inducit etiam alterius partis.*
8 *Dotis primæua actio competit datione in ſolutum pro illa facta reuocata. Ampl. vt ibid.*
9 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij tali nomine contrahere dicitur, etiam ſi proprium exprimat. Lim. vt n.* 10.
11 *Valor verus rei elicitur ex deliberatione. Limit. vt num.* 13.
12 *Valor rei euictæ, vti ex tempore variabilis, attenditur de euictionis, non promiſſionis tempore.*
13 *Pretium inter partes conuentum præſumitur iuſtum. Ampl. vt ibid.*
14 *Pretium ſpatio trium annorum mutatum non præſumitur cauſa non concurrente.*
15 *Tranſactionis inita per auctorem exceptio nocet etiam illius ſucceſſori.*
16 *Fructus regulariter non retrahuntur ex prædio vrbano, nec percepti ex ſola poſſeſſione præſumuntur, niſi probetur.*

DECISIO CCVI.

PEr obitum Marci Antonij diſſoluto matrimonio cum Margarita antea contracto, hæc cum Fuluio illius hæredi ſuper ſuo credito dotali tranſegit, Vineam ac Domum hæreditariam obtinendo ſub ampliſſima euictionis promiſſione tum proprio, tum hæredum nomine ſtipulata per Fuluium: Pacto inſuper adiecto, quod hinc potioritati, ac anterioritati dotis illatum non cenſeatur præiudicium ſuper cæteris bonis hæreditariis Marci Antonii, ſi in aſſignatis corporibus ſequeretur euictio, ſed tunc contra reliqua bona poſſit Margarita ſua iura exercere. Euictione deinde ſecuta ſuper domo ex mandato Iudicis deliberata Victoriæ creditrici anteriori Marci Antonij, & commiſſa mihi vtraque cauſa tranſactionis, ac crediti dotalis cum facultatibus A. C. ad inſtantiam Margaritæ dubium propoſui, An, & pro qua ſumma debeat mandatum relaxari, & relaxandum eſſe pro ſumma ſcutorum 1125. ac fructibus ex euicta domo decurſis in poſterum liquidandis, tum contra bona hæreditaria Marci Antonij, tum contra propria Fuluij tranſigentis, hodie Domini reſponde-
1 runt. Quia, licet † A. C. regulariter vigore ſuarum facultatum ſit Executor obligationis Cameralis priuatiuè quoad alios; dum tamen illæ fuerunt in
2 commiſſione demandatæ, † poterit pro eadem obligatione Camerali, tum in inſtrumento tranſactionis, tum in inſtrumento dotali appoſita in hoc Tribunali mandatum relaxari, ex notatis *in c. cum dilecti, de donat. & in c. ſi propter, de reſcrip. li.* 6. *Rota in Parmen. Datij* 4 *Iulij* 1612. *coram bon. me: Coccino impreſſ. poſt Zacch. de oblig. camer. dec.* 1. *nu.* 19. *&* 20. non ſolum contra Marcum Antonium, & Fuluium principaliter obligatos in inſtrumento dotali, ac tranſactionis ſed etiam contra Brigidam hæredem Fuluij tertiam, quamuis bonorum deten-
3 tricem: Tum † ex priuilegio tranſactionis ad inſtar rei iudicatæ paratam executionem obtinentis, iuxta *tex. in l. non minorem. C. de tranſac.* & notant ibi DD. communiter. *Guttier. in l. nemo poteſt, ff. de leg.* 1. *num.* 439. *Aym. conſ.* 685. *num.* 27. *Rota coram Reuerendiſſimo Vrgellen. dec.* 216. *num.* 15. *& in Idruntina Pecuniaria* 26. *Iunij* 1641. *coram bon.*

Digitized by Google

mem: Merlino, & in Baren. ſeu Neapolitana Pecuniaria 12. Decembr. 1641. coram R.P.D. meo Roy, & in Baren. ſeu Nullius Pecuniaria 26. Maij 1645. coram R.P.D. meo Cerro in §. nec relenant. duo. Tum
4 ex diſpoſitione Statuti Vrbis lib. 1. cap. 85. † Paratam pariter executionem tribuentis dotalibus inſtrumentis contra bona expreſsè, vel tacitè hypothecata pro dote penes tertios exiſtentia, vt notat ibidem Fenzon. num. 11. & pluries dixit Rota, vt in Romana Dotis 17. Februarij 1578. coram Robuſterio, & in Romana Vineæ 3. Iunij 1606. coram Penia penes eumdem Genzon. dec. 51. & 55. & in Terracinen. Dotis 1. Decembris 1614. coram bo: me. Card. Veroſpio, & in Romana Dotis 14. Febr. 1642. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.

5 Neque † dubitari poteſt de dotali credito Margaritæ bis à Marco Antonio confeſſato tam in teſtamento, quam in Codicillis, & in inſtrumento tranſactionis approbato per Fuluium, dum contractem matrimonij præceſsit promiſſæ dotis inſtrumentum, quod confeſſioni de recepto vim tribuit, & non ſolum contra hæredes confitentis numerationem concludit, iuxta tex. in l. ex contractibus. §. ſed quoniam, vbi notat Cyn. num. 3. in fin. C. de non numer. pecun. & alij relati per Gabr. de iur. dot. concl. 4. num. 1. & in deciſ. 24. num. 3. par. 7. recent. & in Arimin. Dotis 4. Maij 1646. coram me, ſed etiam contra creditores, & quoſcunque tertios poſſeſſores, vt notat Tiraq. in l. ſi vnquam. §. donatione largitus, nume. 101. & alii adducti per eumdem Gabr. eod. concl. 4. num. 2. & per Menoch. de præſump. concl. 12. num. 53. Rota coram Greg. dec. 62. num. 66. & 124. nume. 3. par. 2. recent. & coram Seraph. 678. nume. 10. & in Terracinen. Dotis 1. Decembris 1614. coram bo:
6 mem: Card. Veroſpio. Et * plura etiam concurrunt adminicula à DD. ponderata ad effectum, vt confeſſio de recepto vim veræ numerationis obtineat; Generalis videlicet præſumptio ex eo deducta, quod regulariter matrimonium ſine dote non contrahatur, Alimentorum præſtatio, geminata confeſſio, vinculo iuramenti vallata, quæ omnia adminicula approbauit, Rota in Ariminen. Dotis 4. Maij,
7 & 27. Iunij 1646. coram me; & demum * ſolutio maioris partis promiſſæ dotis in actu ſtipulationis ſubſecuta. inducens præſumptionem veræ numerationis quoad reliquam partem, vt aduertit Didac. var. lib. 1. cap. 7. num. 5. Menoch. præſumpt. lib. 3. præſumpt. 12. num. 25. Rota coram Greg. in adduct. dec. 62. n. 7. & in Romana Dotis 14. Febr. 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.

Hanc verò mandati relaxationem retardare non poterit præſumpta dotis ſatisfactio ex datione domus hæreditariæ Marci Antonij in ſolutum, quia illa per creditricem anteriorum fuit euicta,
8 † hoc enim caſu eidem Margaritæ conceditur ex priuilegio dotis pro eius recuperatione primæuam actionem intentare, non ſolum contra bona hæreditaria Marci Antonij, ac ſi datio in ſolutum effectum ſortita non fuiſſet, vt notat Bart. in l. qui res, in princ. & in l. ſi quis aliam, nu. 2. ff. de ſolut. Bald. conſ. 289. circa fin. lib. 2. Petr. de Rauenna in ſuis ſingularibus ſingul. 633. Theſaur. qu. 88. num. 13. lib. 2. Mangil. de euict. qu. 145. num. 37. & 41. Rot. dec. 92. num 7. par. 7. recent. ſed etiam contra bona Fuluij, tum proprio; tum ſuorum hæredum nomine tranſigentis, vt notat Angel. conſil. 31. num. 8. Surd. conſil. 191. num. 26. & dec. 183. nume. 11. Peregr. conſ. 89. num. 11.
9 lib... Rot. dec. 545. nu. 1. & 2. par. 5. recent. † Qui licet cum beneficio inuentarij Marci Antonij hæreditatem adiuerit, & conſequenter hæreditario nomine tranſegiſſe præſumatur, licet proprium expreſſerit, vt ponderauit Rota dec. 392. num. 3. par. 1.
10 recent. † non tamen impedire poterit executionem contra bona propria, dum in tranſactione proprium eius intereſſe deduxit, obtinendo mobilium vſumfructum legatum Margaritę à Marco Antonio, eius vita durante, & fructus dotales diſſoluto matrimonio, & ante diem tranſactionis decurſos, & Margaritæ debitos; hoc enim caſu ceſſat ponderata inueriſimilitudo in adducta deciſ. 292. par. 1. recent. quod ſolum hæreditario nomine contraxerit, ex quo ſuper re hæreditaria, ac propria tranſegit, prout deductum fuit in deciſionibus factis coram me in hac cauſa ſub die 27. Aprilis, & 3. Decembris 1646.

Neque etiam relaxationem mandati in ſumma ſcutorum 1125. debet retardare præſumptus exceſſus ex deliberatione domus pro ſolis ſcut. 700.
11 ſubſecuta, quaſi * ex ea verus eiuſdem rei valor eliciatur, vt notat Bald. in l. 2. num. 63. C. de reſcind. vend. Angel. in §. ſi quis agens, num. 3 Inſtit. de actio. Alex. in l. pretia rerum, num. 8 ff. ad leg. Falcid. Co-
12 ler. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 9. nu. 115. † qui tamquam variabilis ex tempore tunc attenditur, cum commiſſa, non autem promiſſa fuit euictio, vt probat tex. in l. euicta re, ff. de euict. l. Titius, ff. de actio. empt. Rot. in Romana de Incoronatis 28. Febr. 1614. coram bo: me. Card. Veroſpio.

Hæc enim iuſti valoris præſumptio excluditur ex pretio domus in ſumma ſcutorum 1125. inter par-
13 tes conuento, † quod iuſtum idcirco reputatur, vt notat Bald. in l. per diuerſas, num. 13. C. mand. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 4. num. 43. C. de reſcind. vend. Roland. conſ. 64. num. 18. Menoch. conſ. 358. nu. 23. Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 19. nume. 21. Rota coram Greg. dec. 524. num. 5. & 553. num. 2. etiam de tempore ſub-
14 ſecutæ euictionis. Quia † ſolo trium annorum ſpatio variari non potuit, dum cauſa mutandi pretium non interceſſit, vt notant DD. in l. 2. C. de reſcind. vend. vbi Bald. num. 61. Caſtr. nu. 4. Salyc. num.... Arias Pinell. in 3. par. eiuſd. l. num. 15. Natt. conſil. 353. num. 2. Surd. conſ. 151. nume. 91. Pretium verò domus conuentum fuiſſe dignoſcitur, tum ex aſſignatione Vineæ pro ſcutis tantum mille, hinc enim arguitur quod pro reliquo credito dotali ſcutorum 1125. ęſtimata fuerit domus in eius computum aſſignata, tum ex reſeruata eiuſdem domus redemptione intra quinquennium pro dictis ſcutis 125. cum admodum reddatur inueriſimile, vt redemptio domus fieri debuiſſet pro maiori pretio, quam inter tranſigentes æſtimata fuiſſet.

Nec Brigidæ poterit opitulari ſententia in Tribunali A. C. reportata contra iacentem hæreditatem Marci Antonij, vt ab ea reintegrari deberet fideicommiſſum Sempronij per ipſum in pluribus corporibus diminutum, quia, præterquam per duas deciſiones reprobata fuit eadem ſententia tamquam iniuſta, eidem Brigidæ non compræhenſæ in fideicommiſſo Sempronij expirato per obitum
15 Fuluij; † nec ideo proprio nomine ad reintegrationem agenti, ſed tantum hæreditario eiuſdem Fuluij, ſemper obſtat exceptio tranſactionis initæ per ſuum auctorem, vt probat tex. in l. vindicantem. ff. de except. & in l. Seia, ff. eod. tit. Surd. conſ. 15. num. 3. & conſ. 70. num. 16. Roman. conſ. 457. nu. 2. circa fin. & plures alii, quos ſecuta fuit Rot. deciſ. 176. num 2.

Digitized by Google

num.2 par.6 recent. & dec.48.n.4 par.7.rec.

16 Quo verò ad fructus, cum † illi regulariter ex Vrbano prędio tamquam de ſui natura infructifero non retrahantur, nec ideo ex ſola poſſeſſione percepti præſumantur, *l. Iulianus.§ ex vendito, ff. de act. empt. Rota in Firmana, ſeu Macerat. Dotis 24. Ian. 1618. & 14. Martij, & 18. Iunij 1619. coram bo:me: Pirou. inter impreſ. par. 2. dec. 259 n.32. & 304. n.15. & in Rom. Laudi ſeu Domus 1. Iulij 1643. cor. R.P.D. Bichio, & in Baren. ſeu nullius Pecuniaria 24. Ian. 1646. coram R.P.D. meo Cerro*, vbi allegantur concordantes debitos eſſe Margaritæ DD. cenſuerunt pro ea ſolum quantitate, quam Victoriam percepiſſe liquidauerit. Et ita vtraque, &c.

R.P.D. GHISILERIO.

Bononien. Cenſus.

Mercurij 27. Martij 1647.

SVMMARIA.

1 *Decocti Mercatoris bona quomodo ſint diuidenda inter creditores in Ciuitate Bononiæ ex particulari Statuto.*

2 *Auth. hoc niſi, C. de ſolut. diſpoſitio non habet locum, quando quis cum iuramento promiſit ſoluere in pecunia, ſed ſi ſimpliciter ſoluere promiſit.*

3 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus, ita vt fortius liget, non in plus.*

4 *Statutum Bononiæ circa Mercatores decoctos reſpectu concurſus creditorum ad fauorem creditorum, non debitoris emanauit.*

5 *Statuti beneficio vti poteſt creditor, ad cuius fauorem inductum eſt, non obſtante iuramento debitoris ad alterius creditoris fauorem.*

6 *Dilatio ad ſoluendum à Principe, vel à maiori parte creditorum debitori conceſſa ſuffragatur aduerſus omnes creditores.*

7 *Dilatio ad ſoluendum fauorem reſpicit debitoris.*

8 *Diſtributio bonorum debitoris inter creditores omnes reſpicit fauorem creditorum poſteriorum, non debitoris.*

9 *Statutum ſuper diſtributione pœnæ rumpentis pacem locum habet etiam in promiſſione cum iuramento, & quare.*

10 *Pœna eſt à iuramento diuerſa, licet proueniat ab actu iurato. Lim. vt n.11. & 14.*

11 *Dilationes quinquennales non poteſt concedere Princeps ſæcularis aduerſus contractus iuratos.*

13 *Iuramentum non poteſt niſi per Papam remitti, & cum cauſa.*

15 *Statutum Bononiæ circa diſtributionem bonorum Mercatoris decocti inter omnes creditores locum habet etiam in debitis iuratis, vti à Papa in forma ſpecifica. & ex certa ſcientia confirmatum, & n.20. & ſeqq. vbi reſpondetur contrariis.*

16 *Emphyteuta ex Statuto Bononiæ non cadit ob canonem non ſolutum, quamuis in inueſtitura ſit iuramentum appoſitum.*

17 *Verba, Per alcun modo, ſunt effrenata, & comprehendunt etiam impropria.*

18 *Statuta Mercatorum Bononiæ circa creditores decocti an amplectantur creditores non mercatores, & ex alia cauſa.*

19 *Statuta laicalia non poſſunt tollere vim iuramenti.*

20 *Lim. niſi ſint à Papa in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia confirmata.*

21 *Statutum quando dicatur confirmatum à Papa in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia, & per viam legis, & n.25. & 28.*

22 *Statutum Bononiæ ſuper præſcriptione an procedat ſtante iuramento & n.24.*

23 *Iuramentum perpetuat actionem ad 40. annos.*

26 *Statuta fori Mercatorum Bononiæ vti confirmata in forma ſpecifica dicuntur Papalia, & obſeruanda.*

27 *Iuramentum tollere poteſt Papa, & Lex Canonica.*

29 *Statutum legitimè confirmatum prohibens omnem modum, per quem poteſt tolli vis, & obſeruantia Statutorum, comprehendit etiam contractus iuratos.*

30 *Verba, Omnia & ſingula, comprehendunt omnia, nec admittunt reſtrictionem.*

31 *Confirmatio Statutorum ex certa ſcientia operatur, vt Statutum qualecunque ſit, valeat.*

32 *Creditores hypothecarij non tenentur Bononiæ ex Car. Iuſtiniani Conſtitutione concurrere cum alijs hypothecam non habentibus. Contrarium n.35.*

33 *Conſtitutio Card. Iuſtiniani in Ciuitate Bononiæ reductiua ad Ius commune valet.*

34 *Legatus de Latere licet poſſit Statuta concedere, non poteſt aliquid ſtatuere contra Statutum à Sede Apoſtolica confirmatum, & Conſtitutionem effectam Papalem.*

36 *Lex, & Conſtitutio noua non trahitur ad præterita, Lim. vt n.37. Sublim. vt n.38.*

38 *Statutum de præſcriptione an procedat in præteritis.*

DECISIO CCVII.

DOmini exiſtimantes, creditores habentes inſtrumenta eorum crediti iurata non eſſe exemptos à diſpoſitione Statuti Fori Mercatorum Bononiæ ſub rubr. *A quali creditori de ceſſanti. &c. cap.* quo expreſsè cauetur, bona, vel eorum pretium Mercatoris ceſſantis, ſiue decocti diuidenda eſſe per æs, & libram inter creditores illius, tam inſtrumentarios, quam hypothecarios nulla prorſus habita inter eos ratione anteriorītatis, vel poſterioritatis, præterquam in caſibus ſpecialiter in eodem cap. exceptis, receſſerunt à reſolutione in hac cauſa aliàs coram me facta 4. Maij 1643.

1 Ratio reſolutionis fuit, quia † ex diſpoſitione dicti Statuti fuit acquiſitum ius, & actio competens creditoribus poſterioribus debitoris decocti concurrendi cum anterioribus per æs, & libram:

2 Nec † huiuſmodi Statuti diſpoſitio videtur repugnans obſeruantiæ iuramenti, quando debitor non iurauit expreſsè, ſe in pecunia ſoluturum, & non in alia re, vt limitando diſpoſitionem, *Auth. hoc niſi debitor, C. de ſolut.* quod on procedat, quando quis promiſit cum iuramento ſoluere in pecunia, declarat *Theſaur. dec. 153. num.14. Alex. conſil. 37. nume.24. verſ. quinimo eſto, & num.27. lib. 2. Gozad. conſil.17. num.8 & conſil.32. num.10. Gabr. conſil. 127. num.17. cum ſeqq. lib 1. Decian. conſil.13. num.59. lib.2. Rimin. iun. conſil. 506. num.105. & 516. num. 56. lib.5.* ſecus autem, quando promittens ſoluere cum iuramento non expreſſit, ſe ſoluturum in pecunia, & non in alia re; quia tunc, quamuis obligationi fuerit additum iuramentum, non ideò tamen tenetur ad ſoluendum pecuniam præcisè, cum illa promiſſio recipiat interpretationem à Iure communi, & dicta authentica, & iuramentum regula-

3 tur ſecundum naturam actus, vt † fortius quidem liget, ſed non in plus, per *l. fin. C. de non numer. pecun.*

Digitized by Google

4 *cun.* Minuſque emanauit fauore debitoris, † ſed
pro beneficio, ac intereſſe creditorum concurren-
tium, vt ſcilicet, mediante hac diſtributione, ſatiſ-
fieri poſſit etiam creditoribus poſterioribus, pro
quibus nihil remaneret, ſi anterioribus integrum
creditum perſolui deberet, non autem pro benefi-
cio eiuſdem debitoris iurantis, cuius nihil intereſt,
nullumque illi reſultat commodum, ſiue creditores
omnes in tributum vocentur, ſiue præferantur ha-
bentes inſtrumenta iurata. nam. cum ſit decoctus,
& non ſoluendo, omniaque illius bona ſint aſſignan-
da creditoribus, certum eſt, quod nihil ideò ſuper-
eſt, quod lucretur, neque inde ab obligatione
quoad reſiduum liberatur: Ideò non videtur, quod
eius iuramentum officere poſſit cæteris creditori-
5 bus, † quominus perfrui poſſint beneficium dicti
Statuti eorum proprio fauore, & contemplatione
inducti, vt in Statuto Anconæ rub 8. *de execut. ru-
br. inſtr. diſponente,* creditorem in pecunia cogi poſ-
ſe ad accipiendam bona in ſolutum ab hærede be-
neficiato reſpondit *Rota Maceraten.* penes *Marc.
Anton. de Amat. deciſ.* 91. *numer.* 20. & comproba-
tur ex *text. in c.* 2. *de pact. in* 6. ibi, nec redundet
in alterius detrimentum &c. cum aliis relatis per
Seraph. de priuil. iuram. priuil. 61. *numer.* 15. *& priuil.*
71. *num.* 75. & per *Cancer. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 8. *num.*
6 64. Vnde † non applicatur ſimile de dilatione ad
ſoluendum conceſſa debitori à Principe, vel à ma-
7 iori parte creditorum, † quia tunc agitur de fauo-
re ipſius debitoris, diſtributio verò reſpicit
8 * ſolum fauorem creditorum poſteriorum contra
anteriores; & potius applicatur ſimile, quod affert
9 *Ruin. conſ.* 161. *numer.* 13. *in fin. lib.* 5. dicens, quod †
Statutum diſtributione pœnæ incurſæ ab eo; qui
promiſit ſub pœna non rumpere pacem, locum ha-
bet, etiam ſi ille promiſerit cum iuramento, quia
non agitur de tollendo effectu iuramenti præſtiti,
nec de aliquo fauore ipſius debitoris, quin immo
dicitur, quod ſortiri debeat effectum; neque agitur
de ipſo contractu, neque de iuramento, ſed pœna,
10 † quæ eſt diuerſa, licet proueniat ab actu iurato,
Gabr. de iur. iur. concl. 5. *num* 21. *Boer. dec.* 96. *num.* 5.
& *Rot. coram bo: me.* Coccino *deciſ.* 440. *numer.* 3. lo-
11 quuntur, * quando agitur inter debitorem iurantem,
& eius creditores, vel de beneficio eiuſdem debi-
toris, & contrauentione iuramenti, de quo agit e-
tiam *Roland. conſ.* 31. *num.* 21. *& ſeqq. lib.* 2. vbi, quod
12 † Princeps ſæculares non poteſt concedere litteras
quinquennales debitoribus aduerſus contractus iu-
13 ratos, quia † iuramentum non poteſt niſi per Papam
remitti, & cum cauſa, *c. quanto, c. ſi vero, c. quem-
admodum, de iur. iur.* & ad hoc faciunt tradita per
14 *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 288. *numer.* 7. *&* 8. † non au-
tem quando agitur inter ipſos creditores concurren-
tes, ac de intereſſe illorum, quos non afficit iura-
mentum, & quorum etiam plures in ſimilia forte in-
ſtrumenta habent, vt etiam conſiderat *Vrſill. ſub d.
num.* 8.

Sed, quod plus eſt, cenſuerunt Domini, ex ver-
bis Statutorum, tam in *d. c.* 68. *in fin.* ibi, *etiam dio
non oſtante, che il marito confeſſaſſe, ò giuraſſe di non
conuenire,* &c. quam in *cap.* 83. *in fin.* ibi, *Statuimo
ancora chu alcune renunciationi ſpeciali, ouero gene-
rali tacitamente, ouero eſpreſſamente per alcun modo
per patto tacito, ouero eſpreſſo fatto contro i preſenti
Statuti, ouero alcuna parte di quelli per alcun modo
non vagliano, ò ſiano di neſſun valore, & effetto, anco-
15 raſe vi foſſe interuenuto il giuramento;* † compræhen-
di ſub illorum diſpoſitione etiam creditores illos
qui habent inſtrumenta eorum crediti iuramento
debitoris munita. Ratio fuit, quia ſuppoſita verba
non ſolum compræhendunt caſum, quo expreſsè
renunciatum fuit beneficio, vel diſpoſitioni huiuſ-
modi Statutorum cum iuramento, ſed etiam quan-
do tacitè propter iuramentum in contractu appo-
ſitum allegatur renunciatio, ſeu exemptio, & non
comprehenſio ſub eius diſpoſitione, ita quod ex pa-
cto euitari intenditur. Nam hæc in effectu eſt ta-
cita renunciatio, ſiue reiectio diſpoſitionis, ac be-
neficij Statuti ex iuramenti virtute reſultans, vt be-
ne declarauit *Rota Bononien. diuerſ. dec.* 59. *numer.*
16 13. vbi, quod † emphyteuta non cadit ob canonem
non ſolutum etiamſi iuramentum eſſet in inueſtitu-
ra appoſitum ſecundum Statutum Bononiæ, cum
debeat habere locum etiam non obſtante iuramen-
to appoſito in inueſtitura; cum concluſio Statuto-
rum loquatur clare, ne dum, vt ſuperius fuit conſi-
deratum, vbi expreſsè renunciatur beneficio, vel di-
ſpoſitioni Statutorum cum iuramento, ſed enim
quando tacitè propter iuramentum appoſitum in
contractu allegatur renunciatio: ita quod, dum Sta-
tutum loquitur de tacitis pactis, negari non poſ-
ſit, quin compræhendat caſum, quando ex iuramen-
to quis intendit effugere concurſum, præſertim
17 quia † verba illa (*per alcun modo*) ſunt effrenata,
& compræhendunt etiam impropria, iuxta doctri-
nam *Alciat. in...... num.* 6. *de verb. ſignif.* plures addit
Tiraq. de retract. lignag. §. 1. *gl.* 7. *num.* 20. *& ſeqq.
Surd. conſ.* 453. *num.* 8. *Iaſ. conſ.* 63. *numer.* 14. *lib.* 3. *Rot.
diuerſ. dec.* 364. *num.* 1. *par.* 1. *& dec.* 602. *num.* 4. *par.* 2.
recent.

Non obſtat, quod cum non omnes creditores
Ciues Bononienſes ſint ſubiecti Foro Mercatorum,
ſed tantum illi creditores, qui contraxerunt ex
18 cauſa mercaturæ, † inde ſequatur, Statuta, de qui-
bus ſupra, non applicari in credito ex cauſa cen-
ſus ſub fideiuſſioni Caiti poſtea decocti; Quia non
ſubſiſtit, quod Statuta reſtringantur ad mercatores
creditores ceſſantium, ſed loquuntur de omnibus
creditoribus, vt conſulatur mercaturæ, & facilius
homines contrahant cum Mercatoribus, & *quia*
Statuta Fori Bonon. Mercatorum *habere locum*
non ſolum inter Meacatores, ſed etiam inter alios,
& in alia cauſa, quam mercaturæ, aliàs fuit à Ro-
ta reſolutum, vt in *Bononien. Bonorum* 1508. 27.
Septembris coram Card. Lancellotto ſeniore, & in alia
Bononien. Dotis prima Iunij 1609. *coram Card, Caua-
lerio dec.* 64. *num.* 4. *inter eius impreſſas*; nec agitur
vigore obligationis creditoris, & debitoris, ſed vi-
gore obligationis Cæſaris Caiti fideiuſſoris, & ſu-
per eius bonis, quem fuiſſe mercatorem non con-
trouertitur.

19 Neque dicatur, * ſtatuentes laicos non potuiſſe
ex defectu auctoritatis tollere iuramentum, ſiue
de eo fecerint expreſſam, & indiuiduam mentio-
nem, ſiue non. Quia Statuta Fori Mercatorum Bo-
20 noniæ pluries * fuerunt expreſsè confirmata à
Sede Apoſtolica, & ſignanter bis à Iulio II. in *eius*
prima Conſtitutione de anno 1510. 10. Kalen. De-
cembris, & ſecunda de eodem anno 1610. 8. Idus
21 Martij; † quas Confirmationes eſſe in forma ſpe-
cifica, & ex certa ſcientia, probatur ex lectura tam
primæ, ibi, Auctoritate Apoſtolica, & ex certa
noſtra ſcientia, ac poteſtatis plenitudine tenore
præſentium, ſtatuimus, & ordinamus, præmiſſaque
inuiolabiliter obſeruari, ac vt vim contractus inter
Nos,

Digitized by Google

Nos,& Communitatem Bononiæ habeant, decernimus, non obſtan.&c. quam ſecundæ, ibi, Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuæ, Conſtitutionis edicto ſtatuimus, & ordinamus quod omnia, & ſingula Statuta de cætero inuiolabiliter obſeruentur, & ſecundum in illis diſpoſita iuſtitia miniſtretur, etiam ſi contractus, vel inſtrumenta contra alicuius eorum diſpoſitionem, & formam ad illorum validitatem iuramentis firmata,& roborata reperirentur, &c. quæ verba habeant vim legis, & Conſtitutionis peculiaris, non autem ſimplicis Confirmationis; atque ideo efficacius operantur, vt probat *Abb.conſ.*101. *numero* 10. *verſ.bis non obſtantibus, par.*1. & latè fuit dictum in *Bononien. Succeſſionis* 9. *Decembris* 1622.*coram bo: mem:Franciſco Vbaldo. in verſ. & demum confirmabat,. quæ eſt dec.* 438. *nume.*54. *tom.*2.*par.*4. *recent.* Vnde Statuta prædicta ex certa ſcientia fuiſſe confirmata in terminis reſponderunt *Maluaſ. conſilio* 3. *num.*28.*& ſeqq.conſil.*87.*num.*17.*& conſil.*95.*num.*30. *Laur.de Pin conſ.*71 *numero.*10.*Grat. conſ.*75. *num* 11. *verſ. nec obſtat, lib.*2. *Ruin conſil.* 107. *nume.*15. *lib.*1. *Bero.conſ.*40. *num.*1. *lib.*3. *Alex Stiat.in prax.quæſt.* 14. *num* 2. *& ſeqq. & quæſt.*28. *num.*31. *& in patrocin.* 19. *num.*15.*& per tot. Giouag. conſ.* 83. *nume.*29. *in fin lib.*1. *Rot. Bonon. diuerſ.dec.*59.*num.*15.*& Add. ad dec.*121. *verſ. vel ſecundo quia Statuta, ead. Rot. Bonon.dec.*125.*n.*46.*& apud Camunc.dec.*41.*n.*30. vbi plures Doctores,& plures Deciſiones huius ſacri noſtri Tribunalis. Hanc opinionem amplexa fuit *Rot. coram bo:mem: Buratto dec.*201.*n.*2.*& in Bononien. de Micehelinis* 4. *Iulij* 1618.*&* 13.*Maij* 1620 *coram eodem Franciſco Vbaldo.*

Et alij Doctores, veluti *Alex.conſ.* 59. *lib.* 1. *& Aret. conſ.* 8. loquuntur in terminis Confirmationis Cardinalis Beſſarionis Legati Bononiæ, & Vicarij Apoſtolici, quæ emanauit anno 1454. tempore fœlic. record. Nicolai Papæ V. non autem de Confirmationibus Iulij II. alio, & citeriore poſt tempore factis, quas non viderunt, cum non dum æditæ fuiſſent, ex quo emanarunt, vt fuit dictum ſupra de anno 1510. vt bene aduertit *Maluaſ. dict. conſ.*3.*num.*30.*conſ* 87.*numero* 17.*verſ.ipſi enim &c.*& *conſ.*94.*ſeu* 95.*num.*5. *verſ. non viderunt,&c Grat.d. conſ.*75. *ſub d. num.*11. *lib.*2. *Monterent. in gloſ.ſuper prima Conſtitut. Iulij II. in verb. approbamus fol.*9. *col.*1. *circa med. verſ. quidquid forte dici potuiſſet de d.Confirmatione Nicolai V.ſuper qua differuerunt,* & *Alex.conſ.*59. *& Aret.conſ.* 8.*&c.Rot. Bonon. diuer. dec.*59. *num.*15.*verſ.ſed nihilominus,&c.* vbi habetur, quod tempore Alexandri, & Aretini non dum extabat Bulla Iulij II.

Alij vero non loquuntur de his Confirmationibus Apoſtolicis, vt *Laur. à Pin. conſ.*90. *& Rot. Bonon.apud Anton.Monac.dec* 8.

*Soccin. iun. conſ.*31. *& Pariſ. conſ.*33. *num.*50.*lib,*3. tamquam ſequentes *Alexandrum & Aretinum* non faciunt vim. quinimmo *Soccinus ſub n.*44. ſe fundat in eo, quod d. Confirmatio non probetur vſu recepta; *Pariſius* verò fuit ſibi contrarius, vt aduertit *Rot.Bonon,diuerſ.d.dec.*59. *num.*15. & reprobatur per *Maluaſ.d.conſ.*3.*n.*31.

Alij quoque minus rectè in hac parte ſenſiſſe videntur, vt reſpondet *Maluaſ.d.conſ.*3.*n.* 30. *& ſeqq. verſ.& quamuis, &c.*& *verſ.& propterea &c.*

22 *Grat. conſ.*41.*num.*21. *& ſeq.lib,*1. † loquitur de
Statuto edito ſuper præſcriptione, in quo viget di-
23 uerſa ratio, quia iuramentum † perpetuat actionem ad 40. annos.

Et *Bertus conſ.* 126. *nume.* 10. *lib* 1. loquitur de actu geſto ante Confirmationem Iulij II. vt ad litteram ſub num. 13. ibi, Vel & melius dico, illam diſpoſitionem Iulij non habere locum in caſu noſtro; quia contractus, & inſtrumentum, in quo iuratum fuit, confectum fuit ante prouiſionem Iulij, qui-
24 nimmo, in *conſ.*40.*n.*11.*lib* 3. tenuit,* Statuta Bononiæ fuiſſe à Papa confirmata ex certa ſcientia, idque apparere ex verbis expreſſis, quibus dicit eſſe ſtandum.

Nec *Garz. patrocin.*10. *num.*13. loquitur de ſecunda Conſtitutione Iulij II. ſed de prima tantum *Barz. dec.*25.*num.*48. non loquitur in terminis Confirmationis Iulij II.& reijcitur per *Giouagn.d.conſ.*81.*num.* 30. *in fin lib* 1.

*Rota Bonon.diuerſ.dec.*21.*num* 26. ſequitur *Grat. d.conſ.* 41.*& Bero. d. conſ.* 126. ideo non attendenda,& loquitur de Statuto præſcriptionis, ſeque ad illud reſtringit; vnde ſub *num.*36.*verſ.* 3.*pro reſponſione &c.* quoad alia Statuta nihil firmat, ibi, quod quidquid ſit de aliis Statutis, ex quibus verbis patet, quoad alia Statuta potius admittere concluſionem.

Rota in Bononien. de Caldarinis 14. *Nouembris* 1598. *coram Penia*. pariter loquitur de Statuto præſcriptionis, neque ibi fuit habita ratio ſecunda Confirmationis Iulij II.

Supra allegata reſolutio *Rota in Bononien. Succeſſionis 6 Decembris* 1622. *coram bo:mem: Franciſco Vbaldo inter recent. deciſ.* 438. *tom.*2. *par.*4. non firmat articulum, de quo agitur, vt ſub *nu.*45. *in fin.* ibi, nihil firmando Domini circa eiuſmodi Confirmationes, Quinimmo ſub num. 54. & 55. pon-
25 deratis verbis Confirmationis, habetur, † non videri Papam ſtetiſſe in ſimplicibus terminis confirmationis, ſed feciſſe nouam conceſſionem, & diſpoſitionem, & ſub n. 59. & 60. pariter habetur, fuiſſe conſideratum, adeſſe verba, quæ non ſolum videntur importare nouam conceſſionem, ſed præceptum de obſeruando, ibi, obſeruari mandamus, & vim contractus habere decernimus, &c.& verba relata non inducere ſimplicem confirmationem, ſed legis nouæ editionem: Vnde potius ſequitur, dictam reſolutionem poſſe allegari pro compræhenſione, non autem in contrarium: & quod non ſit ſimplex Confirmatio, ſed extenſio Papalis ad contractus iuratos.

Idem dicendum de deciſione in *Bononien. fideicommiſſi de Blanchis* 14. *Ianuarij* 1636. *coram Rel. P.D.meo Royas deciſ.*84. *numer.*8 *par.*7. *recent.* quia fundatur in ſupradicta *Bononien. ſucceſſionis* 9. *Decembris* 1632.*quæ ex ſupradictis non obſtat.*

26 Ita quod, cum † Statuto fori Mercatorum Bononiæ fuerint confirmata in forma ſpecifica, dicuntur Papalia perinde ac ſi ab ipſo Papa proceſſiſſent, & vti talia ſunt obſeruanda, quia recipiunt robur à Confirmante, non à faciente, *Gabr.conſil.* 127.*numer.*23.*lib.*1. *Aldou. conſ.*100.*numer.* 54. *Rolan. conſil.*86.*num.*28. *lib.* 1. *Pereg.conſil.*63.*numer.*12.*lib.*1. *conſil.*6.*numer.*6.*lib.*2.*Surd.conſ.*301.*nu.*49.*Rot.coram San. me.Greg.XV. dec.*267. *num.*6. & coram *Seraph.*
27 *dec.*151 *num.* 1. Ideoque ſicut † Papa, & Lex Canonica iuramentum tollere poſſunt, vt in terminis *Giouagn.d.conſ.*83.*numero* 30.*lib.*1. *Adden.ad Rot. Bonon. dec.* 121. *poſt med. verſ. & ideo poſſunt diſponere ſuper iuramentum,&c. ead. Rot.Bonon.dec.*125. *n.* 46. *Rot.coram bon,mem: Marco Montio in Bononien.*

Cenſus

Digitized by Google

Cenſus 17. Martij 1608. dec. 59. n. 2. poſt Pic. ad Stat.
28 *Vrb.* cum † Papa, vt fuit dictum ſupra, non proceſ-
ſerit ſimpliciter per verba, Confirmamus, ſed per
verba, ſtatuimus, & ordinamus, quæ operantur, vt
non dicatur confirmaſſe, ſed novum ius ſtatuiſſe; nec
ſit ſimplex Confirmatio, ſed noua conceſſio, & ex-
tenſio Papalis ad contractus iuratos.

Non obſtat, quod Statuta, de quibus agitur, ſo-
lum tollant iuramentum, quando apponitur ad va-
lidandum contractum factum contra formam Sta-
tuti; Quia non ſubſiſtit, cum in concluſione Statu-
torum Ciuitatis, quæ in principio eiuſdem conclu-
ſionis verbis claris declarat includere non ſolum
Statuta Voluminis Ciuitatis, ſed etiam alia, quæ in
illo Volumine non ſunt clauſa: ideo etiam Statuta
fori Mercatorum compræhenduntur ſub eadem
concluſione, quæ ſunt etiam Statuta eiuſdem Ciui-
tatis, *in §. ne autem ſub prætextu, &c.* diſponatur, ne
contra Statuta aliquid directè, vel per obliquum
valeat attentari; quod iuramenta non apponantur,
& quod, ſi appoſita fuerint, nulla fides adhibeatur
ſcripturis, & quod Statuta in omnibus obſeruen-
tur non obſtantibus renunciationibus, & iuramen-
29 to; † quando autem prohibetur omnibus modus,
per quem poteſt tolli vis, & obſeruantia Statuto-
rum, compræhenditur etiam contractus, in quo
interuenit iuramentum, vt in terminis huius Statu-
ti. *Ludou. Bologn. conſ. 45. num. 5. verſ. ergo ex quo i-
pſum Statutum &c.* cuius doctrina notabilem dicit
*Seraph. de priuil. iuram. priuileg. 98. nume. 7. verſ. &
dicit vnum valdè notabile.* Qui pariter loquitur de
hoc Statuto fori Mercatorum. Quia clarè patet,
Statuentes intendiſſe, vt Statuta præcisè obſerua-
rentur, & noluiſſe, quod poſſint eludi nec mediante
renunciatione, nec mediante iuramento, nec alio
quocumque modo, & ſub quouis colore; vt pro-
pterea appareat, Statuentes non ſolum conſideraſ-
ſe renunciationem, & iuramentum, ſed quemcum-
que alium modum; cum generaliter diſponant ſuper
obſeruantiam Statutorum, quam tolli nolunt nec
etiam mediante iuramento, nec ſe reſtringant ad a-
liquem caſum particularem.

Idem diſponitur in ſecunda Confirmatione Iu-
lij II. non reſtricta ad contractus minorum, & alios
nulliter celebratos, cum loquatur ampliatiuè, non
reſtrictiuè, & non de certo aliquo Statuto, ſed de
omnibus, & ſingulis, in ea diſponitur, quod omnia,
30 & ſingula Statuta inuiolabiliter obſeruentur, * ſub
quibus verbis generalibus compræhenduntur o-
mnes contractus iurati, nec poſſunt reſtringi ad a-
liqua peculiaria Statuta, ex quo illa verba, omnia,
& ſingula, compræhendunt omnia, neque admit-
tunt reſtrictionem, *Surd. conſ. 412. nume. 27. Rot. di-
uerſ. dec. 246. numero 2. & dec. 741. numer. 2. par. 1. in
recent. dec. 70. numero 4. par. 1. & in Cæſar auguſtana
Præeminentiarum* 10. *Nouembris* 1623. *coram bon:
me: Coccino §. ex quibus ſequitur*, ſed ex illis verbis,
ibi, contra alicuius eorum diſpoſitionem, & for-
mam, &c. patet, Papam conſideraſſe caſum, quan-
do apponitur iuramentum contra diſpoſitionem
Statutorum ad euitandum id, quod Statuta diſpo-
nunt: quia mediante iuramento tolleretur diſpo-
ſitio Statuti, ideo bene compræhenditur contractus
iuratus.

Ea, quæ dicuntur ad probandum, Statuta con-
tra ius, & præter ius nihil releuare, ceſſant attenta
31 Confirmatione Apoſtolica ex certa ſcientia, * quæ
operatur, vt Statutum qualecunque ſit valeat, *Rot.
in Recent. dec. 339. num. 3 verſ. qua confirmatione ſtan-
te, par. 2.*

Non obſtat conſtitutio Cardin. Iuſtiniani tunc
temporis Legati Bononiæ edita 17. Septembris
32 1608. in qua diſponitur, quod creditores habentes
hypothecam non teneantur concurrere cum credi-
33 toribus non habentibus, * quæ ex deductis per
*Rotam in d. Bononien. fideicommiſſi de Blanchis co-
ram R. P. D. meo Royas dec. 84 nume. 11. par. 7. recent.
reductiua ad ius commune valet.* Quia ſatis eſt re-
34 ſpondere, quod Card. Iuſtinianus tamquam * Sedis
Apoſtolicæ Legatus non potuit aliquid ſtatuere
contra Statutum confirmatum à Sede Apoſtolica,
*Nicol. Boer. de poteſt. Leg. à later. q. 1. nume. 44. inter
trac. diuerſ. tom. 13. par. 2. fol. 146. Guid. Pap. ſingul.
791. num. 2. Roman. conſil. 37. numer. 2. verſ. ſecundo
quia. Ruin. conſ. 166. num. 3. verſ. quod Legatus de La-
tere. lib. 4. Rot. in Bonon. Bonorum coram R. P. D. Du-
nozet 15. Februarij 1639. in §. non obſtat*, & in ter-
minis, quod Legatus non habeat facultatem reſcri-
bendi contra Conſtitutionem effectam Papalem,
tenuit *Rot. in Ariminen. Bonorum 17. Decembris*
1618. *coram Card. Sacrato dec. 66. numero* 16. ex ibi
allegat. *tom. 2. par. 4. recent.* Licet enim Legatos
de Latere poſſit facere Statuta, & Conſtitutiones,
non tamen poteſt abrogare, & tollere iam facta
præſertim Auctoritate Apoſtolica. Et ceſſat o-
35 mnis difficultas, cum † eadem Conſtitutio fuerit
deinde abrogata per aliam editam de anno 1609.
quæ etiamſi emanauerit tres annos poſt inſtrumen-
36 tum, de quo agitur, * & proinde non poſſit trahi
ad præterita, nihilominus compræhendit caſum,
37 de quo agitur, quia † Conſtitutio, ſeu Statutum
porrigitur etiam ad actus præteritos reſpectu effe-
ctus, quem expectant de futuro, & exceptioni orien-
ti poſt Statutum nouum ſubiacet contractus antea
celebratus, *Cephal. conſ. 644. num. 19. lib. 5.* ita nota-
38 biliter, *Capr. conſ. 6. num.* 48. & 49. † exemplo Con-
ſtitutionis diſponentis, quod poſſidens bona fide per
decem annos præſcribat; ſi aliquis poſſideat per de-
cem annos poſt Statutum cauſabitur ex tali poſſeſ-
ſione exceptio præſcriptionis etiam in præteritis,
quod dicit eſſe intelligendum, niſi aliud in ea Con-
ſtitutione exprimatur.

Ex quibus Domini (articulo mature diſcuſſo, cum pluries cauſa fuerit propoſita) receſſerunt ab vltimo loco deciſis, exiſtimantes, creditores, habentes inſtrumenta eorum crediti iurata, non eſſe exemptos à diſpoſitione Statuti fori Mercatorum *Bononiæ cap. 68. ſub rubr. à quali creditori* de ceſſanti &c.

Ex rationibus ſupra ponderatis.

R. P. D. VEROSPIO.

Nepeſina Pecuniaria.

Veneris 14. Iunij 1647.

SVMMARIA.

1 *Hæres beneficiatus tranſigens ſuper bonis hæreditariis eo nomine ſe obligare præſumitur, non proprio. Lim. vt num. 2.*

3 *Euictionis promiſſio reſtricta ad certas perſonas, & caſus non comprahendit perſonam, & caſus non expreſſos.*

4 *Dictio, etiam, eſt ampliatiua diſpoſitionis.*

5 *Proteſta-*

Digitized by Google

5 *Proteſtationes quando non ſuffragentur.*
6 *Pretium à partibus conuentum præſumitur iſtum.*
7 *Pretium ex curſu trium annorum non præſumitur variatum nulla varianti cauſa præcedente.*
8 *Deliberatio non arguit verum rei valorem. Ampl. vt num. 9.*
10 *Euictionis promiſſio intelligitur de valida, & iuſta.*
11 *Impugnare ſubhaſtationem vti læſiuam non poteſt. qui in illius ſingulis actibus fuit citatus, & non oppoſuit.*
12 *Emptor non tenetur ad maiorem defenſionem, quam venditor principalis, & neceſſarius defenſor ſemper citatus fecerit.*

DECISIO CCVIII.

RESolutum fuerat coram me ſub die 15. Februarij
præteriti, relaxandum eſſe mandatum in ſumma
ſcutorum 1125. contra bona hæreditaria Marci
Antonij ac propria Fuluij tranſigentis, Quia pro eadem
quantitate fuerat Margaritæ domus aſſignata,
deinde per anteriorem creditricem eidem euicta.
Cum verò contra propria bona mandatum relaxari
non poſſe contenderet Brigida hæres Fuluij, poſtquam
idem Fuluius hæreditatem Marci Antonij (cuius
occaſione fuerat inita tranſactio) cum beneficio
legis, & inuentarij adierat, nec pro quantitate ſuperius
expreſſa (quando etiam iuſtificaretur euictio
ab eademmet impugnata) ſed pro ſcutis tantum
700. pro quibus anteriori creditrici deliberata fuerat
domus prædicta. Ad diſputationis idcirco
trutinam reuocata deciſione, eam hodie Domini
confirmarunt, vtraque exceptione reiecta tanquam
irreleuante.
1 Licet enim vera ſit concluſio, quod * hæres beneficiatus
ſuper bonis tantum hęreditarijs tranſegiſſe
præſumatur, proprium quamuis nomen ibidem expreſſerit,
vt præter in deciſione præterita aduertit.
Monticul. de inuent. qu. 11. nu. 28. Franc. dec. 23. & 648. & alijs auctoritatibus innixa firmauit *Rot. in dec. 700. num. 1. par. 3. recent.*
2 Hæc * tamen concluſio non videtur hoc caſu admittenda,
cum ex eodem tranſactionis inſtrumenta
appareat, non ſolum bona hæreditaria ibidem fuiſſe
compræhenſa, ſed particulare quoque intereſſe Fuluij
tranſigentis, qui eius vigore non ſolum mobilium
partem obtinuit, ad quorum reſtitutionem ex
lege Teſtamenti poterat conueniri, ſed etiam bonorum
vſumfructum Margaritę legatum, ac fructum
dotales ante tranſactionis diem decurſos, ex his excluditur
adducta præſumptio & propria quoque bona
tranſigentis hypothecata cenſetur, vt ponderauit
Rota in dec. 545. num. 2. par. 5. recent. & in hac eadem cauſa ſub die 27. Aprilis, ac 3. Decembris anni præteriti coram me in §. quia dum inuentarium, & in §. nec Fuluio poterit opitulari.

Neque vrget replicatio, quod omnia mobilia
conſecuta fuerit ipſa Margarita, non autem Fuluius:
Vſusfructus verò bonorum ceſſerit in extinctionem
alterius crediti, ad cuius reſtitutionem illa
tenebatur. Quia quędem corpora ſubiecta fideicommiſſo
Sempronij alienauerat, & penſiones
ex domo exegerat eidem fideicommiſſo ſuppoſita.

Nam vtraque obiectio corruit ex facto, prima
enim ex ipſo tranſactionis excluditur, in quo legitur,
omnia mobilia exiſtentia in domo Ciuitatis
Nepeſinæ fuiſſe Fuluio conſignata, ac alia inſuper
delata, quę nunquam poſt obitum Marci Antonij
in poſſe Margaritę deuenerunt. Altera verò deducta
ex anteriori credito numquam in actis iuſtificata.

Non obſtat, quod euictionis promiſſio reſtricta
videatur ad moleſtias illatas vel ab ipſomet Fuluio,
vel ſuis hæredibus, vel ex facto Coſmi Sanſonij,
3 vel Ioannis Iannoni prouenien: † ac nulla idcirco
actio competat contra Fuluium, dum moleſtæ illatæ
fuerant ab alia perſona in promiſſione euictionis
non nominata, vt aduertit *Caſtr. in l. emptorem, §. qui autem, ff. de act. empt. Rot. dec. 300 num. 15. par. 7. recent.*

Quia ex inſtrumenti lectura conuincitur, euictionis
promiſſionem generaliter fuiſſe conceptam
à Fuluio, eamque comprehendere moleſtias à quibuſcumque
perſonis prouenientes; dum enim ibi
aſſeritur; *Et anco conſeruarle indenni, talmente che per tal cauſa non habbiano à patir moleſtia alcuna;*
limitata dici non poterit promiſſio ad perſonas
ibidem enunciatas, quarum mentio reſtrictiuè
4 ſed ampliatiuè facta probatur * ex dictione illa, Etiam,
diſpoſitionis ampliatiua, iuxta *not. in l. 2. C. de teſtib. & in l. etiam 141. & 159. ff. de verb. ſignific.*
notat *Rebuff. in l. 1. num. 580. C. de ſent.* quæ pro eo *Ruin. conſ. 53. num 19. vol. 2. Surd. conſ. 303. num. 15. & dec. 8. num. 12. Rot. dec. 367. numer. 1 par. 1. & 193. n. 3. par. 7. recent.*
5 Nec * decretam mandati relaxationem contra bona
propria Fuluij impedire poterunt proteſtationes
diuerſæ, tum ante celebratum tranſactionis inſtrumentum
ab eo peractæ, tum in actu ſtipulationis,
& poſtea ſubſecutæ: Cum illæ vel clam factę
probentur, & abſente parte, nec citata, vel ex actu
contrario fuerint ſublatæ, vel emiſſæ ad effectum,
ne ob aditionem ſine inuentario confunderentur
actiones fauore creditorum, vt ponderantur in deciſione
facta in hac cauſa coram me ſub die 27. Aprilis
præteriti anni, cum qua Domini tranſierunt.

Altera principalis obiectio fundata in exceſſu
mandati ſublata remanet in deciſione 25. Februarij
præteriti coram me. Dum enim (vt ibidem aſſeritur)
pretium domus controuerſæ fuerit taxatum
à partibus in ſcutis 1125. vel quia pro eodemmet
pretio reſeruata fuit poſt quinquennium redemptio
domus prædictæ, vel quia vinea in tranſactione pariter
aſſignata Margaritæ pro ſolis ſcutis mille fuit
6 æſtimata, † iuſtum proinde reputatur, vt aduertit
Iacobin à S. Gregorio in l. vnica num. 59. C. ne lic. potent. Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vendit. qu. 8. num. 25. in fin. Rot. dec. 135. numer. 16. par. 6.
7 *recent.* * nec variatum præſumitur ex ſolo trium annorum
curſu, nulla variandi cauſa præcedente, vt
probat *tex. in l. pretia rerum. §. nonnulla. ff. ad leg. falcid.* per argumentum ductum à contrario ſenſu &
notant DD. in *l. 2. C. de reſcind. vend. vbi Bald. nu. 28. Caſtren. num. 4. in fin. Arius Pinell. in 3. par. eiuſd. legis num. 15. Cyn. in l. ſi minor. num. 2. C. de reſtitut. in integr. in fin.* Neque hunc iuſtum valorem excludit
deliberatio domus pro inferiori pretio ſubſecuta;
8 cum * illa verus rei valor non arguatur, vt aduertit
Romanus in l. ſciendum, ff. de verbor. obligat. Alex. conſ. 117. num. 11. vol 7. Aym. conſ. 29 num. 4 Surd. conſ. 39. num. 4. & 256. num. 4. Gabr. de emptio. & vend concl. 1. num. 62. vbi * præſertim concluſionem firmat procedere,
9 quoties (prout hoc caſu) contingit non ab
ipſo domino, ſed ab officiali fuit res ipſa ſubhaſtata
& firmauit *Rota in Bonon. Prædij 21. Maij 1640. coram R. P. D. meo Ghiſilerio in §. non obſtat, quod, cum probatio.*

Digitized by Google

Demum ad impediendam mandati relaxationem
non vrget allegatus defectus tranſportationis acto-
rum, ſine quibus non videtur iuſtificata euictio in
Tribunali A. C. canonizata, neque leſiua diſtractio
domus vltra tertiam partem iuſti pretij inter partes
conuenti, qua ſi talis euictio compræhenſa non fue-
10 rit ſub promiſſione Fuluij, * validam ſolum, ac iu-
ſtam euictionem continente, prout *diſponitur in l. ſi
per imprudentiam ff. de euict. & in l. exceptionem,
ff. de fideiuſſ. & alijs relatis iuribus* firmat *Mangil. de
euict. q. 16. num. 1.*

Præterquam enim eadem acta integra ſupponun-
tur tranſportata, huius tranſportationis neceſſitas
excluditur ex citationibus in ſingulis actibus exe-
11 cutis contra Fuluum, qui * idcirco nec poterit im-
pugnare ſubhaſtationem vti læſiuam, poſtquam ex
eiuſdem culpa proceſſit, non autem ex negli-
12 gentia Margaritæ, † quæ non arctabatur ad ma-
iorem defenſionem, quam ipſemet Fuluius prin-
cipalis, & defenſor neceſſarius ſemper in iudicio
vocatus, vt reſpondet *Rota coram Buratto deciſ.
381. numer. 5. & 6. in deciſ. 390. numer. 6. par 5. re-
cent.*

Reuerendiſſimo P. D.

DVNOZET DECANO.

Bononien. Dotis, ſeu Pecuniaria.

Lunæ 17. Iunij 1647.

SVMMARIA.

1 *Deciſiones in eadem cauſa præcedentes in ſequenti du-
bio ex ſtylo Rotæ ſupponuntur.*
2 *Valor fructuum probatur ex libris publicis loci.*
3 *Ampl. vt in modica ſumma probetur etiam ex libro
priuato illius qui fructus recepit.*
4 *Ampl. vt probetur leuioribus probationibus.*
5 *Ampl. vt poſſit Iudex ex officio ſe informare, & li-
quidare.*
6 *Valor bonorum probatur ex relatione peritorum, qui
æſtimarunt, & ex inſtrumento dationis in ſolutum à
Iudice facta.*
7 *Affictum quantitatis exactio probatur ex receputis, &
aſſerenti exactam eſſe quantitatem maiorem incum-
bit onus probandi.*
8 *Affictus percepti præſumuntur ab immiſſo, & eius hæ-
redibus à die immiſſionis.*
9 *Aſſignatio bonorum, quæ effectum non habuit, non eſt
alicuius conſiderationis.*

DECISIO CCIX.

POſtquam per duas deciſiones in hac cauſa ema-
natas, alteram ſub die 26. Maij 1645. alteram
ſub die 27. Aprilis ſequentis anni, reſolutum fuit,
conſtare de re iudicata ad fauorem Comitis Ioannis
de Calderinis, & ſic locum eſſe executioni ſenten-
tiarum Bononiæ latarum petitæ per Comitem Fede-
ricum, & fratres de Calderinis filios, & hæredes
d. Com. Ioannis, contigit dubitari, pro qua ſum-
ma concedenda eſſet executio, & DD. reſponde-
runt, dd. ſententias eſſe exequendas pro ſcutis auri
7045. iuxta eorum valorem de tempore ſolutionis
1 currentem, vt in dd. deciſionib. * quæ de ſtylo hu-
ius Sacri Tribunalis in præſenti dubio veniunt ſup-
ponendæ, *Burat. dec. 596. n. 1.*

Nam creditum Thadeæ, tam in ſententijs, quam
in deciſionibus prædictis canonizatum, videlicet
ſors dotis ab eadem Thadea datæ Alexandro Sarpæ
eius viro aſcendit ad ſummam ſcutorum auri 5500.
Alimenta dotalia pro annis 1605. & 1606. quo tem-
pore d. Alexander cæpit vergere ad inopiam, ſub-
miniſtranda Thadeæ ad rationem ſeptem pro cente-
nario, conſtant ſummam ſimilium ſcutorum 770.
Alimenta pariter eidem debita ab anno prędicto
1606. vſque ad obitum Alexandri viri ſcutum die
17. Februarij 1621. ad rationem quinque pro cen-
tenario conſtituunt ſcuta aurea 4216. Alimenta
denique prædictæ Thadeę præſtanda à dicto anno
1622. vſque ad diem 17. Septembris, quo ipſa de-
ceſſit, conficiunt ſummam annorum 2147. quæ
ſummæ crediti ſimul iunctæ aſcendunt ad ſcuta au-
ri 12633.

Valor verò bonorum in excomputum d. crediti
receptorum, reſpectu frumenti, ſpeltæ, Vuarum
& Lignorum à Thadea habitorum aſcendit ad li-
2 bras 613. vt probatur ex libris publicis Ciuitatis, *
quibus ad hunc effectum ſtari debet, *Seraph. deciſ.
1245. num. 8. Rot. in Peruſina Liquidationis fructuum
prima Martij 1610. coram Penia, & in Anconitana
Prædij 10. Februarij 1640. & 22. Aprilis 1641. co-
3 ram bon: mem: Pirouano*, * Ex præterrim reſpectu
Vuarum, & Lignorum, cum ſint modicæ quanti-
tatis, ſtari poſſet libris prędictorum hæredum Com.
4 Ioannis, cum † etiam leuiores probationes ſuffi-
ciant, *Bald. in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit. expenſ.
5 Surd. conſ. 293. num.* 31. vbi, quod * Iudex poteſt ex
officio, ſe informare, & liquidare. *Seraphin. d. deciſ.
1245. num. 7.*

Et reſpectu bonorum ſtabilium tam à Com. Ioan-
ne, quam à dictis eius hęredibus habitorum in cau-
ſam prædicti crediti pretium Domus ſitæ in Cap-
pella S. Andreæ de Anſaldis aſcendit ad ſummam
lib. 8000. Valor tornaturarum 129. terrarum exi-
ſtentium in Comitatu Caſtri Ghelphi, quæ vna cum
ſtabulo in Ciuitate Bononiæ datæ fuerunt in ſolu-
tum Com. Ioanni conſtituit libras 7625. Valor de-
mum aliorum bonorum hæreditariorum d. Alexan-
dri Serpæ à Golfardo Serpæ creditore conſignato-
rum dictis hæredibus Com. Ioannis probatur in
ſumma libr. 1615. nedum ex relationibus Peritorum
qui d. bona æſtimarunt, ſed etiam ex inſtru-
mentis dationis in ſolutum à Iudice factæ, quibus
6 ſtandum eſt, *Rot. deciſ. 607. numer. 1. in fin. par.
1. recent. & in Romana Pretij Fiani 14. Iunij 1610. co-
ram Card. Lancellotto iuniore n. 2. impreſſ. poſt Mar-
cheſ. de commiſ. to. 2. fol. 336.*

Affictus quoque d. Prędij ſiti in Comitatu Caſtri
Ghelphi per Com. Philippum Thadeæ fratrem exa-
cti ab anno 1614. vſque ad annum 1618. conſtituunt
7 ſummam libr. 1436. † prout apparet ex receputis eiuſ-
dem Com. Philippi: Et aſſerenti, maiorem quan-
titatem fuiſſe exactam, incumbit onus probandi,
*iuxta theoricam gloſ. communiter recepta in l. cum
de lege, C. de prob. Becc. conſ. 100. numer. 22. Surd.
conſ. 167. numer. 33. Rota in Romana, ſeu Iaruen.
Locorum Montium 15. Iunij 1640. coram bon: me: Pi-
rouano.* Nec non etiam affictus per Thadeam ab
anno 1623. quo pariter immiſſionem prædicti ſta-
8 buli obtinuit, vt * pręſumuntur percepti vſquequo
vixit, & ab eius obitu vſque ad annum 1634. quo
Prædium, & ſtabulum. Com. Ioanni fuit adiudica-
tum, per eumdem Com. Ioannem, vt præſumun-
tur exacti conſtituunt ſummam libr. 4450. vt per
infor-

Digitized by Google

informantes pro dictis hæredibus non controuertitur. Demum affictus domus S. Andreæ de Anſaldis ab anno 1630. quo Com. Ioannes in illius poſſeſſionem immiſſus fuit, vſque ad annum 1632. quo eidem Com. Ioanni fuit adiudicata in ſolutum, conſtituunt ſummam lib. 300. Quæ omnes vt ſupra receptæ ſummæ aſcendunt ad libras 27039. quæ redactæ ad ſcuta aurea, pro nunc tantummodo calculata ad rationem libr. quatuor, ſolidorum decem & octo, denariorum octo pro quolibet ſcuto, iuxta bannimenta Card. Iuſtiniani, & ex ijs, quæ probantur ex actis ſine tamen præiudicio augumenti valoris dicti ſcuti iuxta diuerſitatem temporum, ac ſolutionum, vt prætendunt hæredes Com. Ioannes aucti, conſlant ſcuta aurea 5483. Quibus demptis à prædicta ſumma crediti Thadeæ aſcendentis ad ſcuta aurea 12633. Creditum purum dd. hæredum Com. Ioannis de Calderinis remanet ſcutorum auri 7150. pro quibus ſententiæ merentur executionem; licet ad euitandam omnem ſuſpicionem exceſſus viſum fuerit DD. tantummodo, exequendas eſſe pro ſcutis 7045.

Non oſtat, quod Thadeæ de anno 1605. aſſignata
9 fuerint domus, & bona ruralia, quia d.* aſſignatio non habuit effectum, iudicium nomine Thadeæ motum pro conſecutione reſidui dotis ei non nocuit vt firmatur *in dictis deciſionibus, & præcipuè in ſecunda edita ſub die 27. Aprilis 1646 ſub 5. ſunt pariter, extenſa à R. P. D. meo Bichio*, propter abſentiam meam ab Vrbe.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Ciuitatis Plebis Saluiani.

Lunæ 1. Iulij 1647.

SVMMARIA.

1 *Saluiani requiſita.*
2 *Creditum probatur ex inſtrumento publico.*
3 *Hypotheca probatur tum ex obligatione bonorum, tum ex obligatione camerali.*
4 *Fideiuſſor cenſus agere poteſt ad illius extinctionem in vim obligationis facta debitori ex interuallo non colluſiuè. Decl. vt num. 5.*
6 *Fideiuſſoribus an ſuffragetur ſtipulatio pro omnibus, quorum intereſt, in obligatione camerali contenta.*
7 *Stipulatio pro omnibus, quorum intereſt, non intelligitur de habentibus intereſſe ſecundario.*
8 *Fideiuſſor dicitur intereſſe habere ſecundario. Decl. vt numer. 9.*
10 *Stipulatio pro omnibus, quorum intereſt in obligatione camerali prodeſt omnibus cauſam habentibus de ſtipulationis tempore à perſonis in inſtrumento nominatis.*
11 *Hypotheca ſub generali veniunt omnia iura, & hypotheca in præteritum, vel in futurum hypothecantis acquiſita.*
12 *Hypotheca hypothecantis exerceri poſſunt ab illius fideiuſſoribus, & creditoribus vtiliter, vt ab illo directo.*
13 *Saluiano agi poteſt contra debitorem debitoris.*
14 *Creditor, electo pignore pro crediti ſatisfactione, non poteſt ad aliud conuolare. Decl. vt num. 15.*
16 *Hypothecaria actio non tollitur niſi ſolutione.*
17 *Cautionem de reſtituendo prioribus, & potioribus creditor præſtare regulariter non cogitur. Lim. vt nu. 18.*
19 *Concurſus creditorum adeſſe videtur, vbi agitur de debitore ſuſpecto decoctione.*
20 *Saluianum excluditur regulariter oblatione ſolutionis. Lim ſeu decl. vt n. 21. & 23. & 24.*
22 *Cautionis de reſtituendo prioribus, & potioribus præſtatio affert damnum, & onus.*
25 *Cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus vbi eſt præſtanda, intelligatur, ſi creditor ineſt pro ſubhaſtatione bonorum debitoris, ſeu ſponte valit pecunias ſic vinculatas, ſecus ſi ei pecuniæ offerantur à poſſeſſore, vel poſteriori creditore. Ampl. vt n. 29.*
26 *Retractus iuris cauſa qui tenetur rem reſtituere non debet eſſe in damno, nec de euictione cauere.*
27 *Pignus vendens iure creditoris tenetur præſtare ſe potiorem.*
28 *Cedere iura ſua qui cogitur offerenti pecunias intelligitur de iuribus penes eum exiſtentibus, non vt teneatur ſe præſtare anteriorem creditorem.*
30 *Diligentia diligenti nocere non debet.*
31 *Præſcribere non poteſt debitoris hæres.*
32 *Mala fides defuncti tranſit in ſucceſſorem vniuerſalem.*
33 *Creditor hæreditarius præfertur creditori hæredis in bonis defuncti.*

DECISIO CCX.

DVos, quos de anno 1597. ſub fideiuſſione Curtij de Vbaldis, & Bernardini Senſij Griffonus de Balleonibus impoſuerat cenſus, promittendo fideiuſſoribus indemnitatem, alterum ſcutorum 3. millium, alterum 900. in ſorte accollauit paucos poſt menſes. ac promiſit extinguere Marchio Aſcanius à Cornea mediante publico inſtrumento obligatione Camerali vallato in excomputationem pretij bonorum Monte Aerij, aliàs Montalera ſibi vna cum Iuriſdictione venditorum ab hæredibus d. Griffonis prædefuncti, nuſquam tamen extinxit.

Ideò Domini de Senſis, & de Vbaldis hæredes præfatorum Curtij, & Bernardini, qui in inſtrumento cenſus, vt ſupra, fideiuſſerunt, tam pro d. extinctione cenſuum, quam pro ſolutione fructuum decurſorum, & decurrendorum, quos pariter Marchio Aſcanius ſoluere promiſerat, egerunt iudicio vtilis ſaluiani interdicti ab eadem bona Montis Aerij detenta hodie à DD. Maria Magdalena Caetana vidua qua q. Cornea, ac Druſilla eius filia, & reportarunt ab A. C. ſententiam fauorabilem, declarantem, ipſo eſſe immittendos in poſſeſſionem dictorum bonorum per eos retinendad ad effectum illorum fructus percipiendi, & deponendi in Monte Pietatis, atque ex eis extinguendi præfatos cenſus nec non ſoluendi omnes fructus decurſos, & decurrendos vſque ad effectualem extinctionem. A qua ſententia commiſſa mihi cauſa appellationis, dubitatum hodie fuit, An ſit locus petitæ imiſſioni, & affirmatiuè reſponſum.

Conſtat enim de credito cum hypotheca, de poſſeſſione Marchionis Aſcanij tempore ſupramemoratæ promiſſionis, ac de poſſeſſione Rearum con-
1 uentarum, * quibus probatis concedi ſolet immiſſio ex vtili ſaluiano interdicto, vt pluribus relatis tradit *Menoch. de adipiſc. remed. 3. n. 161. & ſeqq.* & dixit *Rot. deciſ. 491. n. 6. penes San. me: Greg. XV. dec. 407. n. 1. par. 5. recent.* aliaſque ſæpiſſimè
2 Extrema poſſeſſionis non controuertuntur. * Crediti probationem probatam facit publicum inſtrumentum, vt per *Bald. in l. generalis, n. 5. C. de Sacroſ. Eccl. & in l. qui ſemel, n. 24. in fin. C. quam, & quand.*

Iud. Dec. conſil. 423. num. 10. quod continet expreſ-
3 ſam hypothecam, reſultantem tum ex verbis ge-ne-
ralibus, ibi, pro quibus, &c. bona omnia præſen-
tia, & futura obligarunt, &c. Burſatt. conſil. 39.
numer. 37. Cephal. conſ. 41. num. 19. Rimin. ſen. conſ. 299.
num. 10. & 12. lib. 2. tum ex obligatione camerali,
quæ in ventre excludit bonorum hypothecam, Zacch.
de oblig. camer. q. 31. num. 8. Caſ. Barz. deciſ. 108. nu.
29. Buratt. deciſ. 905. num. 2. Rot. in Romana Saluia-
ni de Caſalibus 21. Iunij 1641. coram. R. P. D. meo
Cerro, & in Romana Saluiani 3. Iunij 1641. coram
R. P. D. meo Veroſpio: Nec dubitari poteſt, quin agi
poſſit vigore promiſſionis de extinguendo cenſus,
cum non fuerit ipſis cenſuum creditoribus, ſed de-
bitori ex interuallo citra aliquam colluſionis ſu-
4 ſpicionem, † quo caſu eſt licita, & parit actionem,
Gaſp. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 13. num 24 in fin:
5 vbi, quod † ſolum concedi debet promiſſori com-
petens interuallum ad extinguendum cenſum, &
num. 28. in princ. Felician. de cenſib. lib. 1. cap. 7. n. 17.
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 18. par. 3. num. 9. &
10. Cenc. de cenſ. q. 60. nu. 52. & ſeqq. Giurb. dec. 85. n. 7.
& ſeqq. Rota inter impreſſ. apud eund. Cenc. dec. 531. n. 15

Prout dubitandum non eſt, quin hypothecam
ex d. promiſſione competentem exercere poſſint
hæredes fideiuſſorum obligatorum in inſtrumen-
tis cenſuum, quamuis in eadem promiſſione no-
6 minati non fuerint; nam, † etſi dictis fideiuſſoribus
non ſuffragetur ſtipulatio pro omnibus quorum in-
7 tereſt contenta in obligatione camerali, * eo quod
non intelligitur de habentibus intereſſe ſecundario,
8 * quales fuiſt fideiuſſores, vt in his terminis fuit
deciſum coram Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 27. numer.
12. & 13. & in Romana Cenſus, ſeu Depoſiti 28. Iu-
nij 1645. coram Reu: P: D: meo Meltio §. & qua-
9 tenus, † quod tamen videtur intelligendum de fide-
iuſſoribus, qui tempore promiſſionis de extinguen-
do nondum acceſſerant, & declarando dictam de-
ciſionem 27. numer. 13. Reuerendiſſimo Vrgellen.
quam ſequitur dec. coram R. P. D. meo Meltio, dixit
Rota Romana Fructuum Cenſus 11. Decemb. 1645.
coram R. P. D. meo Cerro, §. & hinc, qui non eſt
caſus noſter, quia fideiuſſores acceſſerunt longè
10 ante, & † regulariter ſtipulatio pro omnibus quo-
rum intereſt inhærens obligationi Camerali prodeſt
omnibus cauſam habentibus de tempore ſtipulatio-
nis à perſonis in inſtrumento nominatis, Zacch. de
oblig. camer. quæſt. 5. numer. 6. Buratt. dec. 788. num. 3.
Rot. inter recent. dec. 285. numer. 9. 10. par. 6. dec. 46.
numer. 7. par. 7. & in alijs relatis in d. Romana Fru-
ctuum Cenſus §. dupliciter.

Suffragatur abſque omni prorſus dubitatione hy-
potheca generalis propria, quam habent contra
11 impoſitorem Cenſuum, † ſub qua veniunt omnia
iura, & hypothecæ in præteritum, vel futurum ac-
12 quiſitæ impoſitori; ita vt † eaſdem dicti fideiuſſores
ac illius creditores exercere poſſint vtiliter non ſe-
cus ac ipſe impoſitor poſſet directo, l. nomen, 4. &
ibi gl. verb. vtilius, C. quæ res pign. oblig. poſſ. Caſtr.
in l. ſi cui, num. 1. C. non num. pecun. Mandell. conſ.
447. numer. 32. Surd. conſ. 4. numer. 38. Rot. dec. 80.
num. 4. apud Modern. Peruſ. de ſubhaſt. dec. 425. n. 1.
13 & 2. vbi infertur, quod poteſt agi ſaluiano contra
bona debitorum debitoris, par. 5. recent. & in pun-
cto coram San. mem. Greg. XV. deciſ. 362. num. 8. & 10.

Non obſtat, quod actores egerint contra alia
14 bona debitoris, eaque deliberari fecerint, * &
proinde debeant ex pretio inde retracto curare
ſatisfactionem, nec poſſint ad alius pignus tranſi-
re, Guid. Pap. deciſ. 348. num. 2. Milan. dec. 14. nu. 13.
& 14. vbi loquitur in terminis creditoris habentis
electionem, Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8.
par. 8. ſub numer. 51. verſ. & conſequenter, Surd. conſ.
413. numer. 18. Capic. dec. 33. num. 3. verſ. ſecundo facit,
15 Seraph. dec. 1033. numer. 4. & 7. Quia * omnes lo-
quuntur, quando ex pretio rei ſubhaſtatæ potuit
eſſe conſultum creditori, eique imputari poteſt,
cur non exegerit, vt declarauit Rot. dec. 161. num. 23.
& ſeqq. vbi aliud ſtatuitur, ſi certum non eſt, an
ex primo iudicio creditor poſſit ſatisfieri, & dicitur
16 ratio, quia * hypothecaria non tollitur niſi ſolutio-
ne, par. 6. recent. nos autem verſamur in ſecun-
do caſu, quia actores non poſſunt ſatisfieri ex pre-
tio bonorum ſubhaſtatorum, cum ſit vinculatum
ſub cautione reſtituendi prioribus, & potioribus,
17 † quam præſtandam regulariter creditor cogi non
poteſt, Arias de Meſa var. reſolut. lib. 1. cap. 16.
num. 27. & ſeqq. Menoch. de arbitr. caſ. 232. numer. 4.
Rot. deciſ. 173. num. 7. dec. 389. num. 8. in fin. & numer. 9.
inter impreſſ. apud Cenc. de cenſib. ſecundum vltimam
impreſſ. & deciſ. 421. num. 10. & ſeqq. vſque ad fin. co-
18 ram Reuerendiſſ. Vrgellen. vbi, quod * contraria pro-
cedunt in actione tributoria, & inter Mercatores,
19 aut in caſu concurſus aliorum creditorum, * qui vi-
detur adeſſe, quando agitur de debitore ſuſpecto de
decoctione, in quibus terminis loquitur exaduerſo
allegata deciſio in Romana Concordiæ 12. Februarij
1618. coram bo: me: Card. Sacrato.

Ex eadem ratione non prodeſt reis conuentis
20 oblatio ſolutionis, * per quam regulariter repelli-
tur agens ex vtili ſaluiano, l. Paulus, §. qui pignoru,
ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. Menoch. de adipiſ.
rem 3. num. 181. & ſeqq. Affl. dec. 259. num. 3. Rot. dec. 383.
21. ſub num. 2. par. 1. recent. quia * obtulerunt pecunias
exiſtentes in Monte Pietatis, quæ exigi non poſ-
ſunt, niſi præſtita cautione de reſtituendo prioribus,
& potioribus; cum tamen ad repellendum agentem
in ſaluiano requiratur, quod pecuniæ oblatæ liberè
exigi poſſint, non ſecus, ac liberè ab ipſo perci-
perentur fructus bonorum, ſi concederetur im-
miſſio, quia oblatio non debet efficere creditorem
cui offertur deterioris conditionis, ac obligare ad
id, ad quod non obligaretur, ſi eſſet immiſſus,
Lanar. conſ. 29. num. 8. vbi, quod lex, quod con-
ceſſit ius offerendi, voluit, quod primus creditor
non ſit in damno; ex in l. debitor, 3. ibi, neque
enim in damno debet afficere creditorem, ff. ſepa-
rat. Salyc. in l. 2. num. 3. C. ſi ant. cred. Arrias de
22 Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 5. ſub num. 27. † eſſet au-
tem in damno, ſi teneretur præſtare cautionem,
cum hoc vnicuique ſit graue, Bald. in l. 2. num. 7. C. de
hered. vel. act. vend Henriq. de fideiuſſ. cap. 6. num. 141.
23 & ſeqq. Surd. dec. 275. num 13. Vnde, * ſicuti creditori
ſi eſſet immiſſus, ſatisfactionem ex fructibus con-
ſequeretur abſque aliqua cautione, ita ſine cautio-
ne ſatisfactionem conſequi poſſit ex pecunijs obla-
tis, neceſſe eſt, & alioquin oblatio non releuat, vt in
puncto fuit deciſum in Romana Vinea de Panolis 29.
Octobris 1599. coram bo: me: Card. Mellino impreſſ. apud
Pacific. de Salu. dec. 276. in princ. & nu. 1. & 4. & in Ro-
mana Cenſus 5. Iunij 1628. coram bo: mem: Coccino, §.
24 & denique, vbi hoc * ampliatur, quamuis cautio de
reſtituendo veniret præſtanda ex decreto Iudicis. Et
in proximis terminis ita ratiocinatur Reuerendiſſ. Vr-
gellen. d. deciſ. 421. num. 10. verſ. dum volunt, ſequendo
deciſiones mox allegatas.

Quæ

Quæ confirmantur ex traditis à *Ferdinando Arrias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 17. num. 27. & ſeq. & numer. 34.* vbi, poſtquam *numer. 30. & 31. & 32.* enumerauerat caſus, in quibus creditor tenetur
25 præſtare cautionem, dixit, * illos habere locum dumtaxat, quando creditor inſtat pro ſubhaſtatione bonorum debitoris, ſecus verò ſi ei pecuniæ offerantur à poſſeſſore, vel poſteriore creditore, quia tunc cauere non tenetur, cum inuitus cogatur pecunias recipere, argumento *tex. in l. qui heres, 50. verſ. primo videamus*; vbi, qui ſponte diſtrahunt, tenentur ad promiſſionem duplæ, ſecus qui à Prætore diſtrahere coguntur, *ff. famil. erciſ.* eamdemque diſtinctionem tradit *Ioan. Vincen. de Ann.*
26 *alleg. 78. num. 1. & 2. & ſeqq.* Ideo in ſimili, * qui compellitur ob retractum rem reſtituere, non debet eſſe in aliquo damno, nec tenetur cauere de euictione, *Ann. d. alleg. 78. num. 3. Peregr. deciſ. Patauin. 72 ſub num. 4. verſ. tertio adducebam. Tiraqu.*
27 *de retract. lignag. ad fin. tit. num.* 48. Et quamuis * pignus vendens iure creditoris teneatur præſtare ſe potiorem cæteris creditoribus, *l. 1. in fin. C. de cred.*
28 *pign. euict.* is tamen, * qui iura ſua cedere cogitur offerenti pecunias, cedere tantum debet iura, quæ penes eum reperiuntur, *Bart. in l. iubemus, nu. 3.* vbi loquitur in terminis creditoris agentis hypothecaria, cui poſſeſſor reus conuentus ſolutionem obtulit, *C. ad. Senat. Conſult. Velleian. Bald. ibid. ſub n. 3. verſ. ſufficit ergo, & conſ. 105. num 1. lib. 3. Vinc. de Franc. dec. 427. num. 9.* vbi, quod, talis creditor non tenetur præſtare, ſe eſſe anteriorem, *Ann. d. alleg. 78. ſub num. 2. Gratian. dec. March. 215. num. 21. &*
29 *22.* * Et hæc facilius procedunt, quando, vt in caſu noſtro, niſi creditor egiſſet, cogi non poſſet ad recipiendum præſtita cautione; nam alioquin ſua
30 diligentia ei noceret, * quod eſſe non debet, *gl. in l. 1. verb. obtulerit. C. ſi antiq. credit. Gratian. diſcept. 269. ſub num. 29.*

Non obſtat præſcriptio, aut anterioritas hypothecæ propter dotem Franciſcæ Sfortiæ vxoris Marchionis Aſcanij delatam iure hæreditario ad Fabium, cui ſucceſſerant DD. Maria Magdalena, & Druſilla Reæ conuentæ. Nam ad præſcriptionem ſatis eſt reſpondere, quod Dom. Maria Magdalena non poſſidet, niſi ab anno 1644. antea verò poſſe-
31 dit Fabius, qui † cum eſſet hæres Marchionis Aſcanij principalis debitoris, non poterat præſcribe-
32 re, obſtante mala fide defuncti, * quæ tranſit in ſucceſſorem vniuerſalem, *Couarr. in c. poſſeſſor malæ fidei, par. 2. relect. § 8. num. 3. & ſeqq. Surd. conſil. 296. num. 10. Facchin. contr. foren. lib. 8. cap. 27. Rot. deciſ. 85. num. 10. apud Pacific. de Salu. & in Romana Diuiſionis 15. Iunij 1640. coram me.* Anterioritas verò ceſſat, quia hæc tenuta Montis Aerij erat hypothecata pro cenſu, antequam perueniret ad manus Marchionis Aſcanij debitoris dictæ dotis, & in ipſo inſtrumento, quo vendita fuit Aſcanio hypothecata rurſus fuit pro cenſuum extinctione, & fructuum ſolutione, adeo quod in ipſum tranſijt affecta hypothecis contractis ad fauorem Cenſua-
33 riorum, & venditoris, † cuius ideo creditores præferendi ſunt ſuper hac tenuta creditoribus Marchionis Aſcanij, *Fontenell. de pact. nupt. clauſul. 4. gloſ. 9. par. 2. num. 51. Rot. deciſ. 269. num. 1. par. 6. recent.*

Et ita deciſum vtraque parte informante &c.

Poſt. de Subhaſt. Pars II.

R. P. D. GHISILERIO.

Ariminen. Manutentionis.

Lunæ 1. Iulij 1647.

SVMMARIA.

1 *Licitatione ritè, & rectè facta, rei poſſeſſio tranſit in licitatorem, & ſucceſſiuè in habentem ab eo cauſam.*

2 *Manutenendus in concurſu eſt, qui fuit à Iudice immiſſus, non qui immiſſionem paſſus fuit. Limit. vt nume. 23.*

4 *Procedi poteſt per contradictos contra obligatum in Vrbe in forma Cameræ abſque eo, quod citetur perſonaliter, vel domi, & num. 6. vbi ratio. Limit. num. 5. & 7.*

8 *Contradictarum proceſſus datur ratione moræ, vel contumaciæ.*

9 *Hæredibus debitoris mora, vel contumacia adſcribi non poteſt, niſi præuia citatione.*

10 *Hæredes habent iuſtam cauſam ignorantiæ debiti defuncti.*

11 *Error nominis in citatione quando non vitiet.*

12 *Debitore moroſo in prima rata, poteſt ex conuentione mandatum relaxari etiam pro ſecunda abſque alia interpellatione, niſi agatur de pœna. Ampl. vt nu. 14. 15. & 16.*

13 *Pactum, quod ſi debitor deficiat in vna rata, teneatur ad duas, & ſi in duabus ad totam ſummam non eſt pœnale, ſed iuri communi conforme.*

17 *Subhaſtatio facta pro ſumma contenta in mandato de re maioris valoris, & quæ pluris vendita fuit, non eſt nulla, ſed illud plus reſtitui debet debitori, vel deponi pro expenſis.*

18 *Læſionis exceptio non admittitur in manutentione, ſed reijcitur ad petitorium, & iudicium reſciſſionis contractus ordinarium, & n. 19.*

19 *Læſio excluditur ex oblatione dimittendi rem, reſtituto pretio.*

DECISIO CCXI.

IVlius Maſtinus, tamquam hæres Nicolai Maſtini præuijs deciſionibus, & per ſententiam, ac rem iudicatam fuit condemnatus ad ſoluendam Bellapanibus ſummam ſcutorum 3717. ſub die 27. Ianuarij 1643. tranſigendo pro ſcutis 500. cum iurium ceſſione pro integra dicta ſumma, promiſit, & ſe obligauit eiſdem Bellapanibus reſiduum dd. ſcutorum 500. videlicet ſcuta 400. monetæ ſoluere hic Romæ infra quadriennium in principio cuiuſlibet anni ratam partem ſub conditione, quod deficiente in vna ſolutione teneatur ad duas, & in duabus ad totam ſummam, ita vt mora quantumuis minima, & modica etiam de Iure Canonico purgari nullatenus poſſit, ſed quia intra terminum non ſoluit, fuit contra ipſum actum coram A.C. & obtentum mandatum executiuum pro prima, & ſecunda rata, quod ſucceſſiue fuit executum ſuper prædio controuerſo deliberato Bellapanibus pro ſcutis 430. tamquam tertijs, & maioribus oblatoribus, qui ſatisfacti de ſuo credito vna cum expenſis, reſiduum depoſuerunt in Sacro Monte Pietatis ad creditum Iulij; deindeque dictum prædium vendiderunt *Reu. P. Dom. Ioanni Ghino pro* pretio ſcutorum 840. qui, reintegratis Bellapanibus de eorum credito, reliquum depoſuit ad effe-

Digitized by Google

ctum reinueſtiendi ad fauorem Iulij ſequuta eius
ratificatione; commiſſa mihi cauſa appellationis in-
terpoſitæ à mandato de manutenendo conceſſo
Iulio ab Auditore Illuſtriſſimi D. A. C. propoſito
dubio, Cui eſſet dandum mandatum de manutenen-
do ad fauorem *R. P. D. Ghini*, vt ſupra poſſeſſo-
1 ris fuit reſolutum, quia, * cum in deliberatione
præ lij ritè fuerit proceſſum, omnis poſſeſſio trans-
lata fuit in ſupradictos de Bellapanibus licitatores,
& ſucceſſiuè *in Reu. P. D. Chinum ab eis cauſam.
habentem, l. iuſtè poſſidet, ff. de acqu. poſſeſ. cum vul-
gatis.* Nam, vbi contenditur, an primus poſſeſſor,
qui ſubhaſtationem, & deliberationem paſſus eſt,
vel magis poſterior, qui vti plus offerens obtinuit
ſibi deliberari manutenendus ſit, vulgaris regula
2 eſt, † poſteriori de mandato Iudicis immiſſo de-
beri manutentionem, cum illud præſumatur iu-
ſtum, & conſequenter priuatiuum primæ poſſeſſio-
3 nis debitoris, & quamuis † hæc concluſio non pro-
cedat quando Iudex nulliter, vel euidenter iniuſte
proceſſit, tamen neutrum in hoc caſu interuenit,
ſtante validitate, & iuſtitia mandati relaxati ab
A. C. contra Iulium, qui iuxta formam ſuæ obliga-
tionis, de qua in tranſactione, in termino non ſol-
uit primam ratam.

Prætenſa nullitas ex defectu citationis, cum Iulius
nedum in perſona, ſed nec etiam domi quam in-
habitabat in Vrbe, dum iſte contractus fuit cele-
4 bratus, non ſubſiſtit, quia, † cum Iulius debitor
contraxerit in Vrbe, & ſe obligauerit in forma Ca-
meræ, potuit contra ipſum procedi per audien-
tiam contradictarum abſque eo quod perſonaliter
vel domi ad iudicium vocaretur, vt tradit *Zacch.
in adit. ad tract. de obligat. camer. impreſſ. poſt tract.
de ſociet. offic. q. 27. num. 6. allegando deciſionem Ro-
tæ in Romana, ſeu Braccharen. Pecuniaria 1. Decem-
5 bris* 1594. *coram Orano*, & ratio eſt, quia * quidquid
ſit ceſſante obligatione Camerali, & præfixione cer-
tæ diei ſolutioni, in quibus terminis loquitur deciſio
in Senogalien. Pradij 12. *Februarij* 1596. *coram Car-
6 dinale Blanchetto*, * cum debitor de ſua obligatio-
ne ſit certus, & adueniente ſolutionis termino ipſo
iure interpellatus audientiam contradictarum cu-
ſtodire tenetur, vt tradit *Saluſt. Tiber. in pract.
A. C. lib. 1. cap. 45. ſub num. 2. verſic. nam*, licet,
7 allegando cauſam, quare ad executionem Camera-
lis obligationis contra hæredes debitoris ad credi-
toris, vel contra debitorem ad creditoris hæredis
inſtantiam non conceditur proceſſus per contradi-
ctas, niſi præuia citatione ad partes contra debito-
rem, vel illius hæredes, ſi ab Vrbe abfuerint, ad
ſoluendum ſummam debitam, & videndum exe-
qui obligationem in forma Cameræ perſonali-
ter, vel ſaltem dimiſſa domi copia exequenda,
8 cum * proceſſus per contradictas datur ratio-
9 ne moræ, ſeu contumaciæ, * quæ hæredibus de-
bitores adſcribi non poteſt, niſi præuia citatione
10 modo præmiſſa facienda, ex quo * hæredes ha-
bent iuſtam cauſam ignorantiæ, *vt in l. qui in alte-
rius. ff. de reg. iur.*

Nec facit, quod eſſet citandus Ioſeph. Fabret-
tus procurator conſtitutus à Iulio ad omnes lites
contra quoſcunque, qui habita notitia de conſtitu-
tione in ſui perſonam facta acceptauit onus procu-
rationis, & proteſtatus fuit nihil fieri, niſi ipſo
in quolibet actu legitimè citato, de quibus dicti
de Bellapanibus non poſſent allegare ignorantiam,
ſtante particulari intimatione de ſupradictis illis
facta; quia cum Stephanus, & Ioſeph. Fabretti fra-
tres germani ſimul cohabitantes in eadem domo
negotia litigioſa communiter tractarent, licet in
citationibus ad eorum domum tranſmiſſis fuerit
erratum in nomine, & loco Ioſephi appoſitum no-
11 men Stephani, * error nominis Procuratoris non
vitiat proceſſum, quatenus eſſet citandus pro rela-
xatione mandati d. Ioſeph ad *text. in §. ſi quis in
nomine, Inſtit. de legat. l. ſi quis in nomine. C. de teſta. l.
ſi quis in fundi vocabulo, ff. de leg.* 1. & ibi DD. *Bart.
conſ.* 179. *ſub nu.* 1. *cum alijs in terminis citationis alle-
gatis à Moderno Ceſenaten. de citat. ca. 9. numer.* 237.
Veriſimile enim eſt, quod citationes deuenerint ad
manus Ioſephi, dum Stephanus frater neque in
hac, neque in alijs cauſis erat Procurator Iulij, &
in ſimili, quod citatio mariti in perſona vxoris in
domo ab vtroque communiter habitata teneat, et-
iam ad effectum, vt contra maritum, tanquam
contumacem procedi poſſit, tradit *Guid. Pap. dec.*
415. *num. 1. in fin.* quia, quando citatio facta eſt in
domo habitationis, & in perſonam vxoris, veriſi-
militer deueniſſe præſumitur ad notitiam mariti &
talis citatio reputatur valida, & proceditur contra
eum in eius contumaciam, *Myſing. obſeruat.* 37.
num. 5. & 6. cent. 3. & in propoſito ex lectura cita-
num bene potuit Ioſeph cognoſcere errorem fuiſ-
ſe in nomine, vt ratione dd. citationum fuerit factus
contumax, & præiudicauerit Iulio principali, dum
non comparuit.

Minus ſubſiſtit allegata iniuſtitia ſubhaſtationis
ratione exceſſus, ex eo, quod deberemur tantum
ſcuta centum, mandatum verò fuerit relaxatum
12 ſcutis ducentis, quia * ſtante mora Iulij in ſoluen-
do cedente die præfixo ex lege conuentionis potuit
agi ad ſecundam ratam abſque alia interpellatione,
13 cum non cenſeatur materia pœnalis; quia, * quid-
quid ſit de pacto pœnali, in quibus terminis lo-
quitur *Gratian. diſcept.* 708. *& Rot. in Romana
14 Lignorum* 9. *Iunij* 1603. *coram Iuſto*, * ſecus eſt,
quando pactum non eſt pœnale, quale eſt illud, de
quo agitur, cum agatur de dilatione ad ſoluen-
dum ſub conditione, qua propter moram per
pactum expreſſam fuit priuatus, & conuentum
quod deficiente in vna rata teneatur ad duas, & ſi
in duabus ad totam ſummam, quod pactum non
eſſe pœnale fuit deciſum *in Romana Pecuniaria* 8.
Martij 1624. *coram Vbaldo, in qua Rota cenſuit*, ſi-
mile pactum conceſſum à Gauottis & Puteobo-
nellis mercatoribus in Vrbe Balleonis non conti-
nere aliquam pœnam, immo eſſe conforme diſpoſi-
tioni Iuris, vt debitor poſſit cogi, etiam ante diem
ad reddendum creditorem ſecurum ex *Rebuff. Roman.
Rip. & alijs in d. deciſ. allegatis*, quam ſequuta fuit
Rot. in Romana Praſlationis Cedulæ 1. *Decembris* 1618.
coram bo. mem. Coccino impreſſ. part. recent. deciſ.
218. * Quæ omnia eo facilius procedunt, quia
15 fuit vltimo adiectum pactum, quod mora quan-
tumuis minima, & modica, etiam de Iure Canoni-
co purgari non poſſit, *Caputaq. deciſ.* 230. *par.* 2. *&
deciſ.* 859. *par.* 4. *diuerſ.* & interceſſit iuramentum,
quod habet vim interpoſitionis, *Gozad. conſil.* 17.
numer. 31. *cum alijs relatis à Gratian. diſcept.* 579.
numer. 12. *& ſequentib.* &, * quod plus eſt,
16 fatendo debitum, ſuſcepit terminum 30. dierum ad
illud ſoluendum, illoque elapſo conſenſit rela-
xationi mandati exequutiui abſque aliqua cita-
tione.

Pariter neque ſubſiſtit iniuſtitia deliberationis,
cum

Digitized by Google

cum pro ſcutis 200. fuerit deliberatum prædium Bellapanibus pro ſcutis 430. quod tamen ſtatim vendiderunt *R. P. D. Chino* pro ſcutis 840. quia cum
17 * ſubhaſtatio fuerit facta pro ſumma contenta in mandato, licet prædium ſubhaſtatum pluris valeat & pluris fuit venditum, non tamen ſubhaſtatio eſt nulla, vt dixit *Rota coram Vbaldo in Romana Subhaſtationis* 2. *Iunij* 1614. *inter impreſſas apud Zacch. de ſocietat. offic. deciſio.* 60. *numer.* 12. Sed ſolum illud plus debet reſtitui debitori, vel deponi pro expenſis liquidandis ex allegatis in d. deciſione, quod fuiſſe factum iam fuit dictum ſupra, dum dicti de Bellapanibus, ſolutione pretij ſubſequuta, reſiduum depoſuerunt in Sacro Monte Pietatis ad creditum Iulij, & ſucceſſiuè *R. P. D. Chino*, reintegratis Bellapanibus de eorum credito, reliquum pretij ſcutorum 840. depoſuit ad effectum inueſtiendi ad fauorem Iulij, ſequuta eius ratificatione. Vltra
18 quod hæc * exceptio læſionis reijcienda eſt ad petitorium, cum iudicium reſciſſionis contractus ex capite læſionis ſit ordinarium, & interim manutenendus eſt emptor ex allegatis per *Poſt. de manutent. obſeru.* 12. *num.* 21.

Propoſito hoc dubio ſub die 23. Ianuarij præteriti placuit DD. illud differre, & quod videretur de iuſto valore prædij, & cum Iulius in hac poſitione non informauerit, neque læſionem probauerit, ſed R. P. *D. Chinus* habens cauſam, vt fuit dictum, à ſupradictis de Bellapanibus, aff. rat dimittere prędium
19 reſtituto ſibi pretio ſoluto, vel * ex tali oblatione penitus excluditur læſio, vel ſaltem, vti requirens indaginem, illius exceptio non poteſt retardare ſummariſſimum iudicium manutentionis, vt pluries fuit dictum *in Rota, & præſertim coram. San. me. Greg. XV. dec.* 110. *num.* 17.

Et ita concluſum fuit, mandatum de manutenendo eſſe concedendum *Reu. P. Dom. Ioanni Chino*, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Vrbeuetana Reſtitutionis Dotis.

Veneris 17. Iunij 1644.

SVMMARIA.

1 *Obligatio Cameralis continet in ſe duplex iuramentum.*
2 *Donatio firmatur ex promiſſione illam non reuocandi.*
3 *Promiſſio non reuocandi ſub pœna periurij ſupplet omnes donationis defectus.*
4 *Donatione facta præſenti, & acceptanti tranſlatum dicitur in omne ius, dominium, ac poſſeſſio.*
5 *Donatio iurata reuocari non poteſt.*
6 *Creditor ex cauſa lucratiua poſtponi debet creditori etiam poſteriori ex cauſa onerosa. Lim. vt n.* 7.
8 *Donatio præſumitur ſimulata, ſi donans remaneat in poſſeſſione. Lim. vt n.* 9. *& ſeqq.*
12 *Simulatio, & illius cauſa quando ceſſet, & nu.* 13.
14 *Grauamen eſt ſtrictè interpretandum.*
15 *Dictio, Niſi, aduerſatur in eiſdem terminis.*
16 *Donatio ex onere ſoluendi quæcunque debita facilè deſtrui poteſt.*
17 *Tertio iure donationis poſſidente, non eſt contra eum ad vlteriora in executione procedendum.*

DECISIO CCXII.

Reuidendo deciſione ſub die 14 Decemb. prædicti coram me in hac cauſa ſuper proceſſu ad vlteriora in executione mandati contra Ponfreuos relaxati emanatam. Domini diſputationem reſtrinxerunt ad inſpectionem, an donatio omnium bonorum præſentium, ac futurorum facta Iacobæ Meniconiæ à Comite Vguuione ſuo viro de anno 1617. ſuffragetur, eamque ipſi ſuffragari reſponderunt, & ſic à deciſis receſſerunt. Etenim vltra plura iuramenta, quæ in hac donatione leguntur interueniſſet, videlicet ibi, iurans ad Sancta Dei Euangelica, &c. & ſic tactis, &c. ac ac ſtan-
1 te obligatione Camerali, * quæ dupplex in ſe Iuramentum continet, vt ponderauit *Rota in Romana Cenſus* 8. *Aprilis* 1639. *coram* R. P. D. *meo Carillo* Sequitur etiam ſpecialis iurata promiſſio, hanc donationem non reuocari, & ſi inſinuata non fue-
2 rit, * ex qua obſeruantia donationis firmatur, vt tradit *Surd. conſ.* 450. *num.* 25. *& in Anconitana Prædij* 24. *Ianuarij* 1635. *coram bo. me. Merl. Greg. XV.*
3 *deciſ.* 391. *numer.* 7. Vbi dicitur * ex promiſſione non reuocandi ſub pœna periurij ſuppleri omnes donationes defectus, & idem firmat *Dec. conſ.* 238. *nu.* 3. *Gabr. conſ.* 127. *num.* 34. *lib.* 1. *Seraph. deciſ.* 1184.
4 *num.* 17. Vnde, * cum talis donatio facta fuerit Iacobæ præſenti, acceptanti, in eam omnes ius, ac dominium cum naturali, & Ciuili poſſeſſione fuit tranſlatum, vt per *text: in l. quod meo, ff. de acqui: en. poſſeſſ. Rota coram Gregor. XV. deciſ.* 491. *& coram Reuerendiſſimo Vrgellen. deciſ.* 268. *numero* 14. *&*
5 15. & * propter appoſitionem d. Iuramenti donatio amplius reuocari non poterat, vt dixit *Rota in Romana donationis* 17. *Decemb.* 1640. *coram Reu. P. D. meo Royas.*
6 Nec refert, quod Iacoba * creditrix ex cauſa lucratiua poſtponi debeat creditoribus, licet poſterioribus ex cauſa onerosa. Nam, vltra quod hæc opinio forſan non ſit adeo tuta ſecundum *Mantic. de tacit. lib.* 11. *ſit* 22. *nu* 23. *& ſeq. Gait. de credit. cap.*
7 4. *nu.* 1255. *&* 1245. * Limitatur in caſu quo tranſlatum fuerit dominium, & poſſeſſio in donatariam per clauſulam Conſtituti, vt aduertit *Rouit. auctor contraria opinionis d.* 48. *num.* 25. *Grait. d. cap.* 4. *num.* 1278.
8 Minus facit allata per Teſtaſiccos * ſimulatio donationis, ex eo, quod donans Vgucuonus in poſ-
9 ſeſſione bonorum permanſerit; Quia * per clauſulam Conſtituti in donatione appoſitam continuato poſſeſſionis, & ſimulatio excluditur, *Rot. deciſ.* 776. *num.* 3. *p.* 4. *diuerſ. & deciſ.* 147. *num.* 4. *poſt ſecundum volum. conſ. Farinacc. Caſſador. deciſ.* 13. *nu.*
10 4. * Maximè dum cauſa ſimulatur nulla adducitur, ſine qua ſimulatio non admittitur. *Bart. conſ.* 64. *li.* 1. *Rot. d.* 5. *numer.* 4. *p.* 2. *& deciſ.* 533. *numer.* 17. *p.* 5. *recent. Modern. de probation. concluſ.* 448. *num.* 1. ideo
11 quod * licet plures, & vrgentiſſimæ coniecturæ pro ſimulatione concurrerent, ſi cauſa ſufficiens ſimulandi non adſit, ſimulatio concludenter probata dici non poteſt, vt tenuit *Rota coram Gregor. XV. d.* 401. *num.* 15. *& in Romana Saluiani* 15. *Aprilis* 1643. *coram* R. P. D. *meo Cerro*, vbi plures con-
12 cordantes afferuntur. Cauſa * verò hic ceſſat, cum donatio obligationem, cuius contemplatione ſimulatio fieri debuiſſet ſeptennio præceſſerit, *Rot. poſt ſecundum volum. conſ. Farinac. deciſ.* 71. *num.* 11.
13 immò * ex reſeruatione vigeſimæ partis bonorum ac vlte-

Digitized by Google

ac vlterius ſcut. 100. annuorum pro victu, ſimulatio excluditur, ſub quo titulo forſan donator, quatenus in poſſeſſionem bonorum donatorum continuaſſe probaretur, remanſiſſe conſerri poteſt; vt in ſimili ponderauit *Roman. conſ.* 304. *num.* 3. *verſ.* 2. probatur ſimilitudine.

Nec releuat ſupradictam dationem cum onere adimplendi contenta in Teſtamento factam fuiſſe, in quo poſtea alienatio pro vrgentiſſimis cauſis, & pro Teſtatoris ære alieno ſoluendo præcipiebatur; Quia hoc præceptum non Iacobæ, ſed ipſis filijs poſt obitum Iacobæ factum fuiſſe legitur. Vnde hoc onus ad ipſam, donec vixerit, re-
14 ferri non debet, cum * grauamen ſtrictè interpretandum, nec ad perſonam non nominatam extendendum ſit iux. not. per. *Seraph. deciſ.* 1286. *num.* 15. *& dec.* 113. *num.* 23. *par.* 7. *recent.* Vltra quod facultas alienandi pro Teſtatoris ære alieno poſtea conceſſa reſpectu illius vigeſimæ portionis, quæ in dominio Teſtatoris remanſerat, non autem reſpectu aliorum bonorum intelligi debeat, attenta præſertim clauſula, Niſi, in limitatione adiecta,
15 * quæ in eiſdem terminis aduerſatur; vt notat *Gratian. diſceptat.* 96. *numer.* 41. *&* 42. nec de mandatis
16 adimplendis, * per quæ donatio in totum deſtrueretur, vt facilè eueniret, ſi quæcumque debita per donatorem contrahenda ſoluenda eſſent, *Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gloſ.* 23. *numero* 24.
17 Ex quibus, cum * donatio ſaltem Iacobæ, quicquid ſit de filijs, ſuffragetur, non eſſe in executione contra ipſam procedendum ad vlteriora Domini cenſuerunt, recedendo à deciſis, Vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Vrbeuetana Reſtitutionis Dotis.

Lunæ 22. Maij 1645.

SVMMARIA

1 *Donatarius non tenetur ſoluere debita donatoris contracta poſt donationem. Lim vt n.2. & ſeq.*
3 *Bona fide contrahens non debet remanere deceptus.*
4 *Donatarius ſeruare tenetur donationis conditionis, & onera.*
5 *Hæres tenetur ad debita defuncti. Ampl. vt n.9.*
6 *Donatione iuuari non poteſt, qui illius onera non adimpleuit.*
7 *Adimplere qui debet in teſtamedto contenta, adire tenetur hæreditatem, & num.* 8.
9 *Hæres adiens poſt lapſa tempora ad conficiendum inuentarium tenetur de proprio.*

DECISIO CCXIII.

CVm Domini recedendo à deciſis ſub die 14. Decembris anni 1643. ſub die 17. Iunij anno præterito dixiſſent donationem Vguccioni ſuffragari Iacobæ Meniconiæ, ne contra ipſam ad vlteriora in Executione ſuper bonis donatis procedi poſſet pro reſtitutione dotis Lucretiæ Teſtaſiccæ defunctæ. Hodie Iacoba, & Teſtaſiccis iterum inſtantibus reſponderunt, eamdem donationem non ſuffragari filijs Iacobæ, & ſic eſſe ſtandum in primo loco deciſis; videlicet ad vlteriora in exequutione mandati contra Ponfrenas relaxati procedendum.

Et ratio potiſſima fuit, quia ipſi præceptum donantis non adimpleuerunt, quod erat, & inuiolabiliter tenerentur parere mandatis appoſitis in eius vltimo teſtamento, ac obſeruare omnia, & ſingula in eodem contenta ſub pœna caducitatis, vt in Summar. Teſtaſicci num. 1.

Igitur, cum expreſsè in teſtamento diſpoſuerit Vguccionus dicto Summar. n. 2. quod filij teneantur ad ſolutionem æris alieni, ibi, Prohibuit alienatiotionem, excepto *per pagare alcun debito della ſua hæredità, acciò neſſuno patiſca.* Quamuis hæc conditio adiecta donationi, parendi mandatis in teſtamento contentis, non compræhendat ſolutio-
1 nem æris alieni poſt donationem contracti, & * donatarius non ſoluendo tale æs alienum non dicatur contrauenire donationi, *l. de reb. C. de donat. ante nupt.* & tradit *Franc. Anton. Cacc. conſ.* 38. *ſub num.* 3.
2 Tamen, * quia Vguccionus donauit omnia bona præſentia, & futura, donatarij tenentur ad ſolutionem æris alieni etiam poſt donationem contracti, quatenus bona donata id patiantur, *Celſ. Vgo conſ.* 13. *numer.* 22. *Cancer. var. reſolut. lib.* 1. *c.* 8. *de donat. numer.* 73. *Boer. deciſ.* 204. *numer.* 41 *&* 47 *Gundop. deciſ.* 105. Præſertim quia obligatio Vguccioni fuit ex cauſa dotis receptæ pro Alberto filio, ipſeque remanſit in poſſeſſionem bonorum donatorum, tamquam Dominus, & pater, ita vt donatio ignoraretur à contrahentibus ſecum bona
3 fide, * ac proinde remanſerunt decepti, ad *text. in l. ſi domus, numer.* 1. *ff. locat. & l. ſicut. §. ſuperuacaneum, ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. ſolu. Coer. d. dec.* 204. *num.* 46. *circa fin.* ergo rectè ſequitur donationem Ponfrenis non ſuffragari, ſiue bona poſ-
4 ſiderent in vim donationis, quia * eius conditiones ſeruare, & debita ſoluere tenentur, *l. legem, d. de donat. qua ſub med. Bald. conſ.* 143. *in princ. lib.* 4. *Seraph. de ſeq. num.* 1. ſiue illa poſſiderent tanquam
5 hæredes Vguccioni, * tunc enim ſolutionem debitorum euitare non poterunt, dum Teſtaſicci creditores agunt contra bona debitoris, Quoquo igitur ſe vertant Ponfreni, ad dotis reſtitutionem ab Vgucciono patre promiſſam tenebuntur, nec
6 donatione iuuare poterunt, * obſtante videlicet ipſis non adimplemento ex parte ipſorum, vt in puncto dixit *Rot. dec.* 552. *num.* 5. *par.* 2. *recent.* non tam reſpectu ſupradictorum, quam etiam quia hæreditatem Vguccioni Teſtatoris non adiuerunt, nam
7 * ſub mandato per Teſtatorem iniuncto viuendi in communione, & conſeruandi bona in familia includitur per neceſſarium mandatum adeundi hæ-
8 reditatem tanquam neceſſarium antecedens, * ſine quo adimplere contenta in Teſtamento non tenebantur, ad *text. in l. Iuriſdictio, ff. de Iuriſd. omn. Iudic.* & tradita per *Aym. conſil.* 174. *num.* 2. *Seraph. deciſ.* 1156. *num.* 7. loquens in terminis vltimæ volun-
9 tatis, immò, * ſi hodie adirent, tenerentur tanquam hæredes, cum lapſa ſint tempora ad conficiendum Inuentarium, *l. fin. §. cum igitur, C. de iur. delib.* cum alijs per *Canc. variar. reſolut. l.* 3. *reſol.* 2. *numer.* 71. & in donatarij hæredis donatoris, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſul.* 4. *gloſſ.* 5. *ſub numero* 47.

R. P. D.

Digitized by Google

R.P.D. PEVTINGERO.

Vrbeuetana Reſtitutionis Dotis.

Lunæ 11. Decembris 1645.

SVMMARIA.

1 *Donatarius omnium bonorum præſentium, & futurorum non tenetur ad debita poſt donationem contracta.*
2 *Hæres tenetur ſoluere defuncti debita.*
3 *Donationis onus non adimplens cadit ab illius commodo.*
4 *Donator poteſt imponere onus ſoluendi debita.*
5 *Conſequens qui vult, dicitur velle omne ſuum neceſſarium antecedens.*
6 *Ratio diſpoſitionis illam declarat, & amplat.*

DECISIO CCXIV.

REpropoſita hodie hac cauſa ſuper reſolutis 22.
1 Maij præteriti, quamuis * Domini reprobauerint motiuum, quod Donatarius omnium bonorum præſentium, & futurorum ad ſolutionem æris alieni poſt donationem contracti, quatenus bona donata id patiantur, teneatur; nihilominus ex altero motiuo in deciſis permanſerunt ex inconuincibili dilemmate, quod ad reſtitutionem dotis, de qua agitur, Ponfreni tenebuntur, ſiue hæredes ſint Vguzzoni, ſiue non.

2 Nam, * ſi eius hæredes ſunt, tunc ſolutionem debitorum eiuſdem euitare non poſſunt, dum Teſtaſicci agunt contra bona debitoris, ſaltem pro viribus hæreditarijs, *l. æris alieni, C. de donat.* Et,
3 * ſi hæredes non ſunt, arcentur à commodo donationis, ob non adimplementum ex parte ipſorum; vt firmatur in deciſione, quæ reuidetur,

Quoquo igitur ſe vertant. Immo dum donatio facta fuit cum eo onere, quod donatarij diſpoſita in teſtamento donatoris ſeruare teneantur, hæc debita à Ponfrenis perſoluenda ſunt ex lege ipſius
4 donationis, * in qua vtique donator, onus ſoluendi omnia eius debita donatarijs imponere potuit, *l. legem, C. de donat. & l. 1. C. de donat. quæ ſua ſub med. Mant. de tacit lib. 13. tit. 47. nu. 3. verſ. Quamobrem.* Et hoc quidem ex voluntate ipſius teſtatoris, qui dum permiſit alienationem eius bonorum *per pagare alcun debito, acciò niuno non pata per*
5 *cauſa di eſſo*, vtique * in neceſſarium antecedens voluit ea debita per hæredem ſolui, ad *l. in conditionib. ff. de condit. & demonſtrat. Rot. coram Seraph. deciſ. 956. numer. 7. verſ. Vnde*; quod licet ex verbis expreſſis non colligatur, ex diſpoſitionis tamen ratione adiecta infertur: *Acciò niuno pata per cauſa di eſſo teſtatore*; & perinde habetur, ac ſi verbis ipſis
6 expreſſiſſet: nam * ratio diſpoſitionis illam declarat, & ampliat, prout ipſa verba, *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. l. fideicommiſſa, §. interdum, ff. de leg. 3.* alijs relatis per *Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 14. à num. 11. & ſeq. Molin de primog. hiſpan. lib. 1. cap. 5. ſub num. 7. Decian. conſil. 15. ſub num. 13. & ſeqq. lib. 1 Fuſar. 168. nu. 6. verſ. ex quo ratio non minus diſponit*, & idem *de ſubſtit. q. 480. numer. 38. verſ. & generale eſt.*

Ex quibus motiuis ita reſolutum fuit.

Eminentiſſimo D. CARD. OTTHOBONO.

Romana Domorum in Burbo.

Veneris 14. Maij. 1646.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio ad effectum ſpolij probatur ex mandato, ſubhaſtatione, & deliberatione contra ſpoliatum facta nulliter, & iniuſtè, & num. 5.*
2 *Poſſeſſio conuenti in ſpolio probatur ex inſtrumento illius adeptionis, & ex litis ſubſtentatione iunctis adminiculis, & num. 3.*
4 *Iudicis auctoritate poſsidens iuſtè poſſidet. Lim. vt numer. 5.*
6 *Subhaſtatio, & deliberatio nulla eſt facta contra pupillum citato falſo illius tutore. Ampl. vt num. 7.*
8 *Valoris magni res non poteſt ſubhaſtari pro paruo credito, alijs exiſtentibus minoris valoris.*
9 *Extrema neceſſaria ad obtinendum in ſpolio iudiciali, quæ ſint.*
10 *Reintegratio debita defuncto competit etiam illius hæredi, & num. 11.*

DECISIO CCXV.

REſoluerunt Illuſtriſſimi, concedendum eſſe mandatum de reintegrando Franciſco de Alexandris hæredi q. Antonij iunioris de Guidis ad poſſeſſionem Domorum in Burgo, de quibus agitur, quia extrema neceſſaria in hoc iudicio concludenter
1 ter probantur; Primum enim * anterioris poſſeſſionis Antonij probatur ex mandato, ſubhaſtatione & deliberatione dd. Domorum contra ipſum Antonium facta, *Rot. coram S. M. Greg. deciſ. 362. in princ. & deciſ. 402. num. 1. & ſeq. & in recent. dec. 416. num. 2. par. 4. & dec. 229. num. 1. par. 7.*

2 Secundum vero extremum, videlicet * iunior, & moderna poſſeſſio illorum de Fabijs non controuertitur, &, ſatis probatur ne dum ex inſtrumento adeptæ poſſeſſionis, de quo in Summar. Franciſci num. 3. vt firmauit *Rot. coram Buratt. dec. 363. nu. 1.*
3 ſed etiam ex ipſa litis ſubſtentatione, * quæ iunctis adminiculis ſufficit in hoc iudicio reintegrationis iuxta *dec. Capuaq. 372. & d. dec. 406. num. 3. par. 4. & dec. 229. num. 4. par. 7. recent.*

4 Non obſtat, quod Antonius * d. poſſeſſione priuatus fuerit mediante deliberatione facta per Iudicem ad *t. in l. iuſtè poſsidet, ff. de acquir. poſſeßio.*
5 Quia, * cum Iudex nulliter, & iniuſtè proceſſerit, talis deliberatio non eſt attendenda, nec poteſt aliquo modo reintegrationem impedire, *Aym. conſil. 18. numer. 8. & conſ. 303. num. 1. Grat. conſ. 76. num. 3. lib. 2. Roland. conſ. 6. numer. 34. lib. 2. Rot. deciſ. 229. num. 2. & deciſ. 254. num. 3. impreſ. apud Pacific. de Saluiano.*

Nullitas autem ſubhaſtationis, & ſubſecutæ
6 deliberationis ex eo oſtenditur, quia * actum fuit contra Antonium, qui tunc temporis erat pupillus citato Vincentio Perna tamquam eius tutore, qui verè talis non erat, imò falſus declaratus fuit, vt conſtat ex ſententia relata in ſummario numer. 4. Ideoque, dubitari non poteſt de inualiditate totius iudicij, ac nullitate prædictæ ſubhaſtationis & deliberationis, vt eſt *tex. in l. ſi Tutor.* ibiq. *Bald. numer. 1. C. in quibus cauſ. reſt. integr. neceſſ. non eſt,*

Montan.

Digitized by Google

Montan. de tutel. cap.34. reg. 1. & dixit *Rot. coram Caual. dec. 67. num. 7. & in rec. deciſ. 167. num. 2. deciſ. 406. n. 4 par. 4. recent.*

Nec releuat, quod Vincentius ſe publicè gereret pro tutore, & pro tali haberetur, ac etiam pro
7 pupillo in cauſa comparuerit; Quia, * cum ille verè Tutor non eſſet, ſed fuerit falſus declaratus, vt ſupra dictum eſt, non potuit ex huiuſmodi actibus aliquod præiudicium inferre pupillo, vt eſt *tex. expreſſus in l. 1. §. Idem Pomponius, & tot. tit. ff. quod falſ. tut. Auth. l. qui neque ff. de reb. eor. Montan. de tut. de cap 34. reg. 1. nu. 1. & ſeqq. Rot. coram Card. Caualer. d. dec. 67. num. 7.*

Concurrit præterea euidens iniuſtitia prædictæ ſubhaſtationis, nam pro modico debito ſcut. 200. fuerunt ſubhaſtata Domus valoris ſcutorum quatuor millium, vt conſtat ex relatione Periti in ſum-
8 mario num. 2. & tamen verum eſt * pro paruo non poſſe ſubhaſtari res magni valoris, præſertim cum ex Inuentario confecto ab ipſomet Vincentio appareat, plura extitiſſe loca Montium, ex quib. vel ex eorum venditione poterat non ſolum prædicto, ſed etiam alteri prætenſæ dotis debito ſatisfieri, & tantum Pupilli præiudicium, atque diſpendium euitari iuxta *text. in l. magis puto, §. Non paſſim. ff. de reb. eorum, Rot. coram Card. Caualer. dec. 585. numer. 4. Burat. dec. 627. n. 9 & in rec. dec. 406. nu. 5. par. 2. & dec. 229. n. 16 par. 7.*
9 Probatis * ipſis extremis in hoc iudicio neceſſarijs videlicet anteriori poſſeſſorem harum Domorum Antonij, ac earum poſteriori poſſeſſorem Illorum de Fabijs, & probata etiam nullitate, ac iniuſtitia ſubhaſtationis, vtique concedenda eſt reintegratio ad poſſeſſorem earumdem Domorum; quæ
10 * ſicut competebat Antonio anteriori poſſeſſori iuxta *doctr. Abb. in cap. conquerente num. 1. de reſti-*
11 *tut. ſpol. Rot. dec. 406. num. 1. p. 4. recent.* * ita competere debet Franciſco eiuſdem Antonij hæredi, vt dixit *Rot. coram Creſcent. deciſ. 3. de reſtitut. ſpoliat., San: Mem: Greg. XV. dec. 542. nu. 2. Burat. deciſ. 271. num. 1. & in Narnien. Bonor. 22. Aprilis 1622. coram Remboldo.*

Et ita vtraque, &c.

Reuerend. P. D.

PEVTINGERO.

Anconitana Cenſus.

Mercurij 27. Martij 1647.

SVMMARIA

1 *Cenſus impoſitus à muliere ſine ſolemnitatibus Conſtitutionis Marchiæ nullus eſt, etiam ſi contraxerit cum pupillo.*
2 *Priuilegium competens ratione ætatis eſt potentius competente ratione ſexus.*
3 *Conſtitutio Marchiæ circa ſolemnitates in contractibus adhibendas militat etiam in contractibus inter minores, ac mulieres, & perſonas priuilegiata celebrandis.*
4 *Verbum, Eamdem eſt repetitiuum.*
5 *Priuilegium alicui proueniens ex alterius perſona non debet contra eamdem perſonam applicari.*
6 *Extenſio priuilegij ad alias perſonas illud priuilegiato non tollit.*
7 *Mulieri in contractuum celebratione priuilegium competit in Prouincia Marchiæ ex perſona propria in vim Conſtitutionis Carpenſis.*
8 *Conſtitutio Carpenſis annullans contractus mulierum cum minoribus geſtos non contradicit Ægidianæ.*
9 *Ægidiana non diſponit, minores ſine ſolemnitatibus poſſe cum mulieribus contrahere.*
10 *Extenſio facta cenſetur cum eiſdem qualitatibus diſpoſitionis extenſæ, Ampl. vt n. 11*
12 *Minor non vtitur priuilegio contra mulierem ſibi obligatam, niſi quando creditum ab alio conſequi non poteſt.*
13 *Tutor nulliter contrahens tenetur pupillum à damno releuare.*
14 *Mulieris nulliter contrahentis damnum eſt irreparabile, dum non habet releuatorem.*
15 *Pecunias mulierem, vel minorem recepiſſe non ſufficit, niſi probetur, eas bene vertiſſe.*
16 *Mulieris aſſertioni in contractu minus ſolemni non creditur, niſi ea aliunde iuſtificetur.*
17 *Nullitas contractus mulieris ob omiſſas ſolemnitates Conſtitutionis Marchiæ inducta dicitur fauore publico ipſo iure, &, ab ea non oppoſita, opponi poteſt ab habente ab ea cauſam.*
18 *Ratificatio cenſus nulli ſine fructuum ſolutione non inducitur, & num. 20.*
19 *Ratificatio eaſdem requirit ſolemnitates, quas actus principalis.*
21 *Accollatio cenſus nulli non infert ad ratificationem, niſi probata nullitatis ſcientia, & num. 23. Ampl. vt num. 22.*
24 *Nullitas contractus præſcribitur ſpatio 30. annorum. Decl. vt num. 25. & 28.*
26 *Præſcriptio ſine poſſeſſione non datur.*
27 *Actio 30. annorum ſpatio præſcribitur.*
29 *Pecunia in actu deliberationis non interueniente nulliter actus agitur. Ampl. vt ibidem: & num. 30. & ſeqq. Decl. vt num. 33.*
30 *Depoſitum factum non præcedente mandato Iudicis non ſanat deliberationem factam pretio non interueniente.*
31 *Depoſitum vt ſuffragetur, præcedere debet citatio ad recipiendum.*
32 *Depoſitum iudiciale fieri debet penes Ædem Sacram, vel perſonam à Iudice deputatam.*
34 *Reſcriptum Sanctiſſimi pro ſanatione defectus inſinuationis.*
35 *Nullitates in precibus non narratæ non intelliguntur per reſcriptum ſubſecutum Principis ſanatæ.*

DECISIO CCXVI.

Repropoſita hodie ad inſtantiam Caroli Cæſatani cauſa coram me Lunæ 7. Maij 1646. deciſa, DD. ex vtroque fundamento deciſiones tam nullitatis obligationis Claricis, quam nullitatis ſubhaſtationis, per quam Cæſaranus cenſum, de quo agitur, acquiſiuit, in deciſis permanſerunt; Quia adhuc nullitas obligationis Claricis, quæ
1 cenſum de quo agitur impoſuit, benè ſubſiſtit * tanquam carens ſolemnitatibus requiſitis à Conſtitutione Marchiæ *lib. 5. cap. 25.* quæ tam Anconæ, quàm in toto ſtatu Eccleſiaſtico obſeruatur. Vnde nihil refert, Claricem contraxiſſe ad fauorem
2 Pupillorum, * quorum priuilegium cum competat rationem ætatis, quaſi verò ſit potentius priuilegio Mulieri competenti rationem ſexus, eamque

Digitized by Google

que ideo vti eo non poſſe aduerſus pupillos, alle-
gando nullitatem obligationis ob non adhibitas ſo-
3 lemnitates; Nam animaduertendum eſt, * eam-
dem conſtitutionem militare etiam in contractibus
inter Minores, & perſonas priuilegiatas celebra-
tis, & ex verbis eiuſdem Conſtitutionis dixit *Rot.
in Romana, ſeu Peruſina Cenſus 23. Iunij 1645. coram
R. P. D. meo Bichio, & in Anconitana Nullitatis con-
cordiæ 16. Aprilis 1646. §. fundamentum reſolutionis
coram R. P. D. meo Arguelles*, Dum enim Cardina-
lis Carpenſis eamdem formam ſeruari mandauit,
in contractibus Mulierum, ſequitur, quod in illa-
rum contractibus eædem ſolemnitates requiran-
tur, quamuis ad fauorem Minorem, vel alias pri-
4 uilegiatorum contraxerint; Quia † verbum, ean-
dem, repetit omnia diſpoſita in contractibus Mi-
norum, non aliter, quàm ſi ipſa conſtitutio loque-
retur de Mulieribus, & ſpecificat vtriuſque Conſti-
tutionis identitatem in omnibus, & per omnia,
*Grat. conſil. 9. nume. 88. lib. 1. Anchar. qu. 66. num.
4. part. 2. Menoch. præſumpt. 173. num. 20. lib. 4.
Barboſ. dict. 99. num. 1. & 2.* Vnde minus vere dici-
tur Mulierum priuilegium ex perſona Minorum
5 prouenire, † proindeque, contra ipſos minores
applicari non poſſe, ad tradit per *Peregr. conſil. 77.
6 num 41. lib. 1.* & quod * per Conſtitutionem Car-
penſem, dum procedit per viam extenſionis, &
loquitur generaliter, non cenſeatur ſublatum pri-
uilegium competens Minoribus ex conſtitutione Ae-
gidiana ad tradit *per Bart. in l. quæſitum, §. ſi quis
fundus, num. 13. verſic. 2. caſu diſtingue. ff. de fund. in-
7 ſtruct.* † priuilegium Mulierum competit ex perſo-
na propria beneficio Conſtitutionis Carpenſis,
8 * quæ annullando Mulierum contractus geſtos cum
Minoribus, non contradicit Aegidianæ, cum
9 * Aegidiana non diſponat, quod Minores poſſint
ſine ſolemnitatibus contrahere cum Mulieribus
immò id expreſsè prohibeat, poſſet in ſupra d. de-
ciſionib. *coram Reu. P. D. meo Bichio, & Arguellio
ponderatum fuit*, adeo quod locum non habeat ra-
tio euitandæ aſſertionis, ſed potius repetitionis
ratio eorum, quæ in Aegidiana ad fauorem Mino-
rum diſponuntur, vt ad fauorem Mulierum repe-
tantur, quæ repetitio rectè locum haberet, etiam
ſi Carpenſis per viam extenſionis procederet, quia
10 nimirum * extenſio cum eiſdem qualitatibus diſpo-
ſitionis extenſæ facta eſſe cenſentur ad *text. in l. ſed
& ſi manente, ff. prætor. l. labeo ait in 2. §. hæc au-
tem, ff. rec. arb. Gabr. de dilat. conſ. 2. num. 4. Buratt.
11 deciſ. 29. num. 21.* * Idque tantò magis propter il-
lam ſupra ponderatam dictionem, eamdem, in
Carpenſi relatam.

12 Sed * nec Minor etiam in terminis iuris communis
vtitur priuilegio à d. Mulierem ſibi obligatam, niſi
in caſu, quando ipſe ab alio conſequi non poteſt,
quod ſibi à Muliere, vt ad litteram probat *text.
ex adu. allegatus in l. ſi apud Minorem, 13. ff. de
minor. & tradit Maur. de reſtit. integr. cap. 24. Odd.
eod. tract. qu. 8. num. 55 Peregr. conſ. 77. ſub num. 40.
lib. 1.* Attamen hic Minores creditum ſuum à Tuto-
re exigere poſſunt, qui non probatur non eſſe ſol-
13 uendo, & * Minores à damno, quod patiuntur re-
leuare tenetur, ex quo ipſe nulliter cum Muliere
contraxit, *l. fin. C. ſe tut. vel curat. interu. Anton.
Fab. in d. l. ſi apud Minorem ſol. verſ. Et tamen ff. de
minor. Calder. in l. ſi curatorem habens verb. Implo-
rare in integrum reſtitutionem ſub num. 34. C. in inte-
gr. reſtit. cum alijs allegat. per Borgnin. de tut. num. 101.*
14 & è conuerſo, * Mulieris damnum eſt irreparabi-
15 le, dum neminem habet, à quo releuetur. * Nec
ſatis eſt quod pecunias receperit, dum non proba-
tur eas benè vertiſſe, vt requiritur per *text. in l. ve-
rum, §. Item quæritur, ff. minor cum alijs in prima de-
16 ciſione coram me allegatis* † neque ipſius Mulieris
aſſertioni in contractu minus ſolemni emiſſæ cre-
ditur, niſi aliundè iuſtificetur, vt dixit *Rot. deciſ. 1.
num. 5. inter impreſſ. apud Pic. ad ſtat. Vrb. & deciſ. 18.
num. 28. & ſed. coram Reuer. Vrgellen. de dec. 678. num.
7. par. 1. recent.*

Non obſtat, Mulierem numquam de nullitate
huius contractus dixiſſe, quia huic obiectioni ſatis
17 reſpondetur *in §. penul. primæ deciſionis, quod* * hæc
nullitas eſt inducta fauore publico ipſo iure, Ideo
Ioannellus à Muliere cauſam habens de nullitate
dicere poteſt, & fruſtra dicitur contractum fuiſſe
18 ratificatum, nam à Muliere, * quæ fructus huius
cenſus numquam ſoluit, ratificatus non eſt, &
*deciſ. Anconitana Pradij coram Card. Hieron. Ve-
roſpio 415. par. 5. rec.* Loquitur de alio cenſu cum
19 eadem Ciatice 450. vt patet *ſub num.* 1. Immò † ad
inducendam eius ratificationem neceſſariæ fuiſ-
ſent eædem ſolemnitates requiſitæ in principali
conſenſu, vt præter allegatos in prima deciſione
huius cauſæ tradit *Seraphin. deciſ. 1242. num. 1. de-
ciſ. 190. num. 25. & 26. part. 6. recent.* Neque à fi-
20 lijs, * dum nec ipſi aliquid ſoluerunt, ratificatus
etiam dici poteſt, & quamuis in diuiſione bonorum
alter ex illis hunc cenſum ſibi accollauerat, vt vul-
21 go aiunt, * non inde ſequitur eius ratificatio, niſi
probetur, Accollantem nullitatis contractus ſcien-
tiam habuiſſe, *præter in prima deciſione allegatos
verſ. Non obſtat*, fuit dictum *in ſupradicta allegata
Anconitana nullitatis concordiæ 16. Aprilis 1646.
coram D. meo Arguelles. §. Et maximè, & deciſ. 190.
22 num. 31. part. 6. recent.* * maximè quia hodie alij
fratres ex accollatione non agunt, ſed creditor ex
particulari contractu cenſus; Ideoque non appli-
catur, *tex. in l. ſi quis delegauerit 12. ff. nouat. & deciſ.
23 19. num. 5. apud Cenc. ex adu. allegat.* quia † loquun-
tur in caſu, quo Accollans nullitatem contractus
ſciuerat.

Nec Cæſaranum iuuat præſcriptio 30. annorum;
24 * poſtquam ipſum de nullitate amplius agere non
poſſe, tradunt congeſta à *Cyriac. controu. 181. num. 38.*
25 Quia * ad hunc effectum opus eſſet probare, quod
Creditores aliquando fructus Cenſus exegerint,
26 cum * ſine poſſeſſione præſcriptio non detur, *l. ſine
poſſeſſione, ff. vſucap. Rot. deciſ. 23. num. 5. par. 6. rec.*
27 * & alioquin ipſa actio magis præſcripta diceretur, *l.
ſicut C. de præſcript. 30. ann. cum vulgatis.*

Et gratis aſſeritque fructus alias fuiſſe petitos,
28 * ſuccumberetque hoc onus probandi Creditori,
qui ſe in præſcriptione fundat, quod nimirum ex
parte Debitoris vltra taciturnitatem ad aliquem
actum poſitiuum tendentem ad approbandum hunc
contractum deuentum fuerit, in quibus terminis lo-
quitur *Rot. Ianuen. dec. 15. num. 8. & ſeq.*

Firmum pariter remanet alterum deciſionis
29 fundamentum * nullitatis ſubhaſtationis deciſionis
quia in actu deliberationis pretium non interue-
nit, non obſtante, quod reſiduum fuerit depoſita-
tum, & deinde alijs creditoribus ſolutus; Qui hu-
iuſmodi ſolutio per plures annos poſt delibera-
30 tionem facta fuit, & † cum Iudex in mandato deli-
berando non iuſſerit, quod reſiduum pretij de-
poneretur, depoſitum tamquam carens auctoritate
Iudicis

Digitized by Google

Iudicis non ſuffragetur, *Rot. apud Cenc. de cenſibus*
31 *dec. 297. n. 7.* * cominus, quia non præceſſit citatio ad recipiendum, vt fieri debuiſſet, *l. creditori, l. acceptum, C. de vſur. Valenz. conſ. 67. num. 45. Cyriac. contr. 158. num 21.* Immò depoſitum non fuit factum penes ædem ſacram, ſed penes eumdem cre-
32 ditorem, * cum tamen depoſitum iudiciale penes ædem ſacram, vel perſonam à Iudice deputata fieri debeat, vt dixit *Rota in Anconitana Prædij 14. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Bichio*, vbi allegantur. Concordantes, & tradit *Trentacinq. var. reſolut. lib. 3. tit. de depoſit. reſolut. 2. ſub numer. 2. verſ.* Et ipſe; neque depoſitum conualidatur ex conſenſu Sanctini, ad cuius inſtantiam bona deliberata fue-
33 runt quia * eius conſenſus operari non poteſt vltra ſummam ipſi debitam, vt in terminis dixit *Rota deci. 411. num. 13. verſic. non tamen part. 5. recent.*
34 Denique nec Cæſarano prodeſt * reſcriptum Sanctiſſ. ad eius preces pro ſanatione defectus inſinuationis porrectas obtentum, vt, facta inſinuatione, & refectis expenſis, ad vlteriora procedatur;
35 Quia animaduertendum eſt, Papam per hoc reſcriptum non intellexiſſe ſanare alias nullitates ſibi non narratas, & quas non ſciebat adeſſe, adnotat per *Bald. in cap. ſuper litteris num. 2. de reſcript. Pariſ. conſ. 143. nume. 25. lib. 4. Rebuf. in prax. de reſcript. etiam perinde valere, num. 37. Rot. deciſ 158. num. 4. & 6. dec. 195. n. 9. par. 1. recent.*

Quare Reuerend. iterum dixerunt, non conſtare de re iudicata A. C. in vtili Saluiano, vtraque parte &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Subhaſtationis.

Veneris 10. Iunij 1650.

SVMMARIA.

1 *Nullitas mandati influit etiam in ſubſequentem ſubhaſtationem.*

2 *Mandatum relaxatum contra pupillum non prouiſum de curatore, & ſic indefenſum eſt nullum.*

3 *Minor extra pupillarem ætatem conueniri poteſt abſque curatoris aſſignatione, ſi exiſtat in loco Iudicij, & nu. 4. Decl. vt num. 5. & 6.*

7 *Sed, ſi ſit à loco iudicij abſens, validè conueniri non poteſt, niſi curatore citato. & n. 8.*

9 *Socius agere, & obtinere non poteſt pro certa ſumma, niſi præcedente liquidatione.*

10 *Mandatum contra plures hæredes in ſolidum relaxari non poteſt, ſed pro virili tantum. Decl. vt num. 11. & 12.*

13 *Retentioni pro ſumma debita quando non ſit locus. & num. 14. & 15.*

15 *Ordo iudiciorum peruerti non debet.*

16 *Probationes admittendæ non ſunt poſt ſententiam executioni demandatam.*

DECISIO CCXVII.

DIſſoluta inter Ioannem Paulum de Piſcentibus, & Ludouicum Brauium ſocietate, inter vtroſque fuit ſtipulata tranſactio, vt ſociales libri donec Ioannes Paulus ex ſcutis quinque millibus ſui capitalis quatuor millia reciperet, & inſuper quantitatem ſcutorum 1136. vti creditor ſocietatis conſequeretur, penes ipſum remanerent, quos tamen quoties requiſitus Ludouico teneretur exhibere, vt reſiduorum partem ſibi tangentem poſt completam in prædicta quantitate conſocij ſatisfactionem poſſet exigere, hic verò triginta poſt annos, cum inter cæteros Ioanni Pauli mediatos hæredes Oliuam, & Honeſtam pupillas ab Vrbe abſentes pro exhibitione librorum citationis edicto vocaſſet, eaſque loco damnorum, & intereſſe, quæ ex præfata cauſa ſubierat, ad ſcuta 1000. pro nunc ex reliquo capitalis obtinuiſſet condemnari, executione quoque peracta mediante ſubhaſtatione trium ac decem locorum montium ad eaſdem met pupillas ſpectantium. Ad quarum inſtantiam commiſſa mihi cauſa, dubitaui, An prædicta ſubhaſtatio poſſit ſuſtineri, & ex vtraque nullitatis ac iniuſtitiæ fundamento corruere fuit hodie reſponſum.
1 Siquidem * nullitas mandati, quæ in ſubſequutæ etiam ſubhaſtationis influit nullitatem, ſecundum *Bart. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de cond. indebit.* ibique *Iaſ. num. 2. Rot. in Aſſiſien. Subhaſtationis 15. Nouembris 1596. coram Orano* poſt *Marcheſan. de commiſſ. par. 3. fol. 47.* in dubium reuocari non poteſt in caſu propoſito, quo, mulierib. pupillis
2 * curatore non deputato, ac ipſis proinde indefenſis fuerat relaxatum contra *text. in l. acta. § fin. ff. de re iudic. & in l. eum & minores, C. ſi aduerſ. rem iudic.* notat *Calderin. in l. ſi curatorem habens, princ. ſub num. 8. C. de integr. reſtitut. minor. Vant. de nullit. ex defect. mand. num. 28. Roland. conſ. 85 n. 28. volum. 2. Oſaſc. dec. 36. num. 25 & 26. Giurb deci. 109. num. 5. Rota coram Put. dec. 306. numer. 7. lib. 2. & in Macerat. Hæreditatis 2. Decembris 1639. coram R. P. D. meo Royas. & in Vrbeuetana. Legati 4. Iulij 1646. in §. ſententia prima, & in §. hanc opinionem, coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana Saluiani 1. Iulij 1648 & 17. Martij 1649. coram Reu. P. D. meo Otthobono.*

Et licet præfatæ mulieres exceſſiſſent ætatem pu-
3 pillarem, * ideoque potuiſſent validè, nullo etiam aſſignato curatore, conueniri per *text. in l. 1. §. ſufficit.* ibique *Bart. numer. 1. ff. de adminiſtr. tutor. Gratian. dec. March. 75. num. 1. Rot. deciſ. 674 nu. 6. par. 1. recent.*

Hæc tamen concluſio non debet ſimpliciter, ſed
4 cum ſequenti declaratione admitti, vt ſcilicet * adultus exiſtens in loco iudicij citari quidem poſſit ad effectum, vt legitimè compareat, & iudicium cum curatoris interuentu ſuſtineat, vt declarat *Iureconſultus in d. §. ſufficit,*
5 * quem tamen, ſi non habeat, Iudex eidem, licet inuito, decernat, iuxta
6 *text. in §. item inuiti, Inſtitut. de curat.* Cum * aliàs quidquid in eius tamquam indefenſi præiudicium geſtum fuerit, irritum ipſo iure reddatur, ac nullum per *text. in d. l. acta. § vltim ff. de re indic. & l. cum & minores, vbi poſt gloſ.* notant communiter DD. *C. ſi aduerſ. rem indic. Bald. in d. l. 1. §. ſufficit. num. 7. & 8. ff. de adminiſtr. tutor. Dec. conſ. 509. num. 1. Calda-*
7 *rin. ad d. l. ſi curatorem habens num. 15. in fin.* * Sin autem adultus adſit à loco iudicij, non niſi citato curatore poſſit validè conueniri, vt ſubdit idem *Iureſconſultus in d. l. 1. §. ſufficit. verſ. in abſentib. autem. ff. de adminiſtr. tutor.* & notat ibi *Bart. num. 3. in l. 2. ff. de curat. bon. dan. num. 1. & in l. 3. § ſiquidem. ff. qui pet. tut. vel. cur. poſſ. num. 1. Angel conſ. 103. numer. 1. Alex. conſ. 100. in fin lib. 5. Montan. de auct. tutor. cap. 30. num. 28.* vbi de communi teſtatur, ac praxi
8 * adeoque præfatæ mulieres nec in Vrbe præſentes, ſed

Digitized by Google

ſed in patria longè remota commorantes, nec aliter
in iudicio defenſæ nulliter ibidem condamnatæ cen-
ſentur, vti reſpondit *Rot. in adducta Vrbeuetana. Legati
in §. & quidquid ſit de prædictis, coram R.P.D. meo Bi-
chio.*

Alterum iniuſtitiæ fundamentum, quo manda-
tum ipſum, ac ſubhaſtatio eiuſdem conſecutiua labo-
rat, apertè conuincitur, dum ex inſtrumento tranſ-
actionis, cuius vigore tam ipſe Ludouicus, quam
Ioannes Paulus conſocius conuenerant, quod. ſatis-
facto prius ipſo Ioanne Paulo de quantitate ibidem
expreſſa, reſiduum effectuum ſocietatis inter eos de-
9 beret æqualiter diuidi; quare † non antea validè po-
tuit idem Ludouicus actionem pro certa ſumma ex-
periri, quam illius liquidatio præceſſiſſet, ad *tex. in l.
3. C. de ſent. quæ ſine cert. quantit. Bart. in l. proinde, §.
notandum. ff. ad leg. aquil. Bald in l. 2. C. de execut. rei
iudic. Surd. conſ. 248. numer. 12. Rot. coram Seraph. deciſ.*
10 *1168. num. 5. & deciſ. 689. numer. 3. par. 1. recent.* † tum
etiam ex relaxata condemnatione inſolidum contra
mulieres pro integra ſumma ſcutorum mille loco
damnatorum, & intereſſe, contra quas tamen vti hæ-
redes pro tertia parte Antonij Aui hæredis pro di-
midia præfati Ioannis Pauli poterat pro hæreditarijs
tantum portionibus decerni, ad *text. in l. 2. C. de hæred.
action. vbi gl. & DD. & in l. Pacto, C. de pact. Surd. conſ.
415. num. 14. Craſſ. in §. hæreditas, quæſt. vlt. num. 12. Rota
coram bon. me: Vrgellen. deciſ. 58. num. 1. & in Tudertina
Redditionis Rationis 28. Iunij 1645. in princ. coram R.P.
D. meo Otthobono.*

Non obſtat, quod actio ad factum exhibitionis
librorum intentata per Ludouicum exiſtat indiui-
11 dua, † cuius virtute teneatur hæres vnuſquiſque in-
ſolidum, ſecundum *Alciat. in l 4. §. Cato. num. 41. Socin.
iun. num. 84 ff. de verb. obligat. Craſſ. atteſtans de com-
muni in d. §. hæreditas, qu. 12. n. 17.*

Ex mulierum enim Summ. conſtat ipſas æque
principaliter fuiſſe conuentas, & condemnatas ad
12 ſolutionem intereſſe de ſui natura diuiduum, ac *
proportionibus hæreditariis proinde præſtandum,
ad *tex. in l. in executione. §. inſolidum, & l. cum ex cauſa,
ff. de verb. obligat.* notat. *Bart. in l. 2. §. ex his, num. 9. &*
10. diſtinguendo inter actionem à principio inten-
tatam ad factum contra vnum ex hæredibus, &
æque principaliter contra eumdem excitatam ad
ſoluendum intereſſe, vt primo caſu teneatur inſo-
lidum, ſecundo verò tantum pro virili, & ibi etiam
*Alex. num. 6. Caſtr. num. 3. verſ. ſed ſi æſtimatio peta-
tur iure actionis, Imol. num. 22. ff. de verb. oblig. Grat.
diſcept. for. cap. 323. num. 7.*

13 Hinc † ceſſat obiecta retentionis exceptio ſal-
tem pro ſumma debita, tum quia creditum ex
aduerſo prætenſum dignoſcitur eſſe illiquidum;
14 tum quia † retentio ab hoc Tribunali non admit-
15 titur in ſpolio, præſertim iudiciali, * ne iuſtus iu-
diciorum ordo peruertatur, admittendo pro-
16 bationes * poſt ſententiam executioni demanda-
tam, iuxta *deciſ. Chiſan. 171. Greg. 105. numero* 10.
Buratt. 384. numer. 6. & aliorum, quos ſecuta fuit
*Rot. in Rom. Vineæ productis coram R. P. D. meo Cor-
rado.*

Et ita vtraque, &c.

Eminent. D. Card.

OTTHOBONO.

Romana Domorum.

Lunæ 20. Iunij 1650.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſori in vim deliberationis, pro qua præſumitur, de-
betur manutentio. Ampl. vt n. 2.*

3 *Subhaſtationi in Saluiano quando ſit locus.*

4 *Exceſſus in ſumma crediti reddit deliberationem iniu-
ſtam, illo probato, & num. 5.*

6 *Dictio, Incirca, iuncta ſummæ non concludit illam
certam.*

7 *Liræ Florentinæ currunt etiam in Vrbe.*

8 *Liræ pretium in Vrbe taxatur ad baioccos 15.*

9 *Exceſſus vt euitetur, ſunt verba interpretanda.*

10 *Calculi in productione citata parte non facta oppoſi-
tione, non poteſt illi amplius opponi. Ampl. vt num. 11.
& 14. & 15.*

12 *Creditoris notulæ quando ſit ſtandum.*

13 *Exceſſus excluditur ex non impugnatione partitarum
productarum præuia citatione.*

15 *Solutio approbat deliberationem, & calculum. Decl. vt
num. 16. & 17.*

18 *Pecuniæ loco in actu deliberationis ſufficit ordo depoſita-
rio directus, & num. 19.*

20 *Procurator, acceptato mandato, non poteſt illud, in-
uito actore, recuſare.*

21 *Creditori cuilibet competit ius vendendi fundum hypo-
thecatum etiam aliis ſatisfactis, & n. 22.*

23 *Nullitas primæ ſententiæ non poteſt opponi poſt latam
ſecundam.*

DECISIO CCXVIII.

FVit poſt duas cauſæ propoſitiones, vtraque parte
informante, habitas, reſolutum, mandatum de
manutenendo petitum à Paulo Orlando, eſſe illi
concedendum in domibus, de quibus agitur, quia,
cum non reuocetur in dubium poſſeſſio in ipſum
1 tranſlata vigore deliberationis factæ iuxta formam
Commiſſionis Sanctiſſimi, † ipſi profecto eſt dan-
da manutentio, cum militet præſumptio pro vali-
ditate, & iuſtitia deliberationis, *l. quoties. 13. ff. de reb.
dub. l. quoties. ff. de verb. obligat. Alex. in l. qui Romæ,
122. §. duo fratres, num. 29. ff. eodem, Crauett. conſ. 188.
num. 8. Abb. conſ. 41. num. 2. lib. 1. Rot. deciſ. 48. numer. 11
apud Mangil. de ſubhaſtat.* & eidem Orlando delibera-
2 tario extraneo * ſufficit, quod non conſtet clarè, &
notoriè de nullitate, & iniuſtitia talis deliberationis
ex eiſdem actis ex adductis per *Moder. Peruſ. de
manut. obſeruat. 12. numer. 8.* & per *Rotam in Romana
Cenſum 27. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Royas.*

In præſenti autem nullo modo conſtat de nul-
litate, vel iniuſtitia, ſed potius de iuſtitia, de-
3 liberationis Orlando factæ, cum † ad eam fuerit
deuentum, ſeruatis omnibus de iure ſeruandis,
& vigore commiſſionis Sanctiſſimi ob cauſam,
quod creditores olim Proſperi Caffarelli ex Sal-
uiano immiſſi in poſſeſſionem domorum, de quibus
agitur, non poterant de eorum creditis ſatisfieri ſpa-
tio decennij, quæ cauſa verificata fuit in calculo
tunc exhibito per DD. Martinengos creditores, qui
etiam comprobatur ab Orlando in eius Summario

primæ poſitionis num. 7.
4 Neque iuſtitia deliberationis turbatur * ex præ-
tenſo exceſſu in quantitate crediti, ex quo deducitur
etiam defectu legitimæ probationis, quod intra
decennium creditores ex fructibus domorum ſatis-
fieri non potuiſſent quia * prætenſus exceſſus debet
5 concludenter probari, *Rot. coram Seraphino deciſ. 1189. num 1. & 2. in recent. deciſ 405. numer. 2. par. 3. & dec. 96. num. 1. & deciſ. 306. num 26. par. 7.* & ideò non reſultat
ex ſolo mandato procuræ facto à DD. de Martinen-
ghis *per ſcodere ſcudi mille in circa, in circa di lire ſette
l'vno*. Quia vltra quod, * ſtante illa dictione, *in circa*,
6 verbum, pro reſiduo, non concludit confeſſionem
certam, & determinatam ex traditis per *Giurb. ad
conſuetud. Meſſan. c. 2. gl. 3. num. 4.* non poteſt inde de-
ſumi concludenter, quod ſenſerit de moneta Brixien.
& non de moneta Romana, cum † & in Vrbe currant
7
8 liræ Florentinæ, & etiam in *Stat. Vrb lib. 1. cap. 197.*
† lirarum pretium taxetur ab baioc. 15. pro qualibet
& ſic ſeptem ex eis conſtituunt aureum Papalem, vel
Florentinum iuliorum decem cum dimidio; Ideò
hoc mandatum non concludit exceſſum. cum † ver-
9 ba ſint intelligeuda eo modo, quo exceſſus euitatur,
vt dixit R*ota coram bo: mem: Coccino deciſ. 44. num. 12.
& ſeqq. in recent. deciſ. 123. numer. 3. & 4. par. 5.* & in
Bononien. fideicommiſſi de Cataneis 1. Februarij 1634. coram Merlino.

Verum Dominis viſum fuit tolli quemcunque
exceſſum ex calculo prædicto in actis inhibito, parte
10 citata. * ſtante enim præfati calculi productione, cum
nihil fuerit oppoſitum poſt lapſum terminum ad di-
cendum contra iura producta, fuit ius quæſitum parti
producenti ex latè adductis per *Adden. ad San. Mem.*
11 *Greg. deciſ. 292. num. 6.* † præſertim poſt latam ſenten-
12 tiam, *Mantic. dec. 127. num. 2.* Adeò, vt † ſtandum ſit
notulæ per creditorem traditæ, donec contrarium
concludenter probetur, R*ota deciſ. 161. num. 29. par.*
13 *6 recen.* Et in terminis † excludendum eſſe exceſſum
ex non impugnatione partitarum in actis producta-
rum citata parte, dixit R*ot. deciſ. 48. num. 6. & 7. poſt
Mangil. de ſubhaſt. & in* Bononien. *Fructuum 14. Nouembris 1617. in §. Accedebat etiam calculus, coram
bon: memor: Pirouano.*
14 Et vlterius † exceſſus tollitur, etiam in eo, quia
DD. de Caffarellis poſt deliberationem calculum
prædictum approbarunt, ſoluendo fructus poſt deli-
berationem decurſos, quos ſanè non ſoluiſſent, ſi in
d. calculo fuiſſet exceſſum, maximè, quia delibera-
tionis notitiam habuerunt, vt conſtat ex ſecundo
15 Summario Orlandi num. 10. † inde enim benè re-
ſultat approbatio deliberationis, & calculi prædicti,
*l. ſi cui, 60. vbi Bart. ff. de leg. 2. l. ſi quidem, 24. C. de
tranſact l. ad ſolutionem, 5. C. de re iud. Becc. conſ. 106. n.
14.* R*ota coram Caualer. deciſ. 100. num. 7. & in* Romana
Cenſus 18. Maij 1646. ſub §. fin. coram R. P. D. *meo
Meltio.*
16 Nec obſtat quod DD. Caffarelli † ſoluerint coa-
ctè, vigore mandati, quia, vltra quod adſunt etiam
aliquæ ſolutiones ſpontè factæ, verè non præceſſe-
rat, niſi mandatum gratioſum, & DD. Caffarelli ſo-
17 luerunt abſque vlla proteſtatione, † quæ neceſſaria
erat ad hoc, vt coactè ſoluiſſe dicerentur quamuis
mandatum etiam rigoroſum præceſſiſſet, R*ota coram
Seraph dec. 1047. num. 11. cum alleg. ad Add. ad Sanct.
Mem Greg. dec. 369. num. 4. & in Lauretana Pradij 28.
Iannarij proximè præteriti coram* Reuerendiſſ. *D. meo
Decano.*

Obiectum, quod in actu deliberationis non adeſ-
18 ſet præſens pecunia, † prout de iure requiritur, ſed
tantum ordo ad S. Montem Pietatis, tollitur, quia,
cum liquidè conſtet, quod Orlandus licitator de
eo tempore haberet pecunias in monte Pietatis,
eæque die ſequenti tranſlatæ fuerint in creditum
Curſoris iuxta formam mandati de ſubhaſtando,
19 hoc ſufficit, cum † his concurrentibus ordinem ad
Montem habere vim numerationis in fortioribus
terminis firmauerit R*ot. in* Romana *Saluiani 4. Martij 1644. coram* R. P. D. *meo Veroſpio.*

Nullitas verò ſubhaſtationis deducta ex eo, quod
Procurator DD. de Caffarellis citatus fuerit, poſtquã
declaraverit, ſe eſſe nolle procuratorem, corruit, quia
20 † hoc Procurator declarare non poterat, cum iam
eſſet effectus Dominus litis, inuito actore, qui pro-
pterea validè contra ipſum proſequutus fuit iudi-
cium, *Abb. in cap. auditis, nu. 8. & in cap. non iniuſtè, nu.
4. in fin. de procurat. Felin. in cap. ex parte, il 3. num. 27.
de reſcript.* Rota *in* Romana *cenſus, ſeu depoſiti 26. Ianuarij 1646. coram* R. P. D. *meo Meltio, & in Meliuitana* Tenuta *14. Iunij 1647. §. 1. coram* R. P. D. *meo Bichio.*

Nec releuat, quod commiſſio deliberationis eſſet
obtenta à Com. Paulo Aemilio, & Ricciarda, ab iſta
verò tantum fuerit proſequutum iudicium ob præ-
cedentem ſatisfactionem Com. Pauli Aemilij, quia
21 † ius vendendi totum fundum hypothecatum plu-
ribus creditoribus, competit cuilibet ex illis, etiam
alijs ſatisfactis, vt eſt *text. ad litteram in l. ſolutum, 11.*
22 *§. ſi creditori, ff de pignor. act.* Pariterque, † ſi plures
creditores fundum hypothecatum poſſideant, altero
ex illis ſatisfacto; poteſt alter peragere bonorum
venditionem, vt ſunt verba *text. in l. cum vnus, 12.
verſ. aliter atque, ff de bon. auth. iud. poſſid.*

Pluribus nullitatibus contra primam ſententiam
in Saluiano obtentam cumulatis pro parte DD. de
Caffarellis, ſatisfaciebant informantes pro Orlando,
& ſufficiens viſa fuit reſponſio, quod in ſecundo iu-
dicio præfixo termino ad deducendum omnia, non
23 fuerunt oppoſitæ iſtæ nullitates; ideò † lata ſecunda
ſententia, non poteſt validitas primæ controuerti,
cum nullitas opponi debuiſſet in ſpecie ante ſecun-
dam ſententiam, R*ot. deciſ. 572. n. 2. & 3. par. 2. recent.*

Et ita fuit reſolutum vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. MELTIO.

Ianuen. prætenſæ Separationis Thori.

Mercur. 22. Iunij 1650.

SVMMARIA.

1 *Adiudicatio notorie nulla non priuat poſſeſſione.*
2 *Exceſſus efficit adiudicationem nullam, etiam ſi ſit in minimo, & nu. 3.*
3 *Exceſſus adiudicationis executa in parte reddit illam nullam in totum.*
4 *Citandus eſt poſſeſſor in immiſſione rerum adiudicatarum.*
5 *Adiudicatio eſt nulla non præcedente executione, & nu. 7. Lim. & Decl. vt n. 21. & 22. & 23.*
6 *Executio in annuis præſtationibus fit eodem modo, quo in immobilibus.*
8 *Læſio reddit adiudicationem nullam.*
9 *Læſio vltra dimidiam reſcindit ſubhaſtationem, ſeu adiudicationem, & facit conſtare de illius iniuſtitia.*
10 *Creditoris confeſſio iudicialis facta poſt adiudicationem, & de tempore non ſuſpecto eſt valdè attendenda.*

11 Doti

11 *Dotis in repetitione veniunt etiam illius fructus, vel alimenta, & num. 12. & 14.*

13 *Fructus dotis ſunt illi acceſſorij.*

15 *Exceſſus adiudicationis ſi ſit dubius, non poteſt ex hoc capite illam paſſus prætendere manutentionem; ſecus ſi ſit euidens, & clarus, & num. 16.*

17 *Solutio reſpectu temporis, de quo agitur, dubia non eſt attendenda.*

18 *Tempus vbi eſt de ſubſtantia, debet præciſè probari.*

19 *Citationis defectum ſupplet præſentia.*

20 *Intimatio facta ad cautelam, ſed nulliter, non vitiat.*

24 *Stylus quando probetur atteſtatione Curialium, eſt Notariorum.*

25 *Stylus derogat ſolemnitatibus requiſitis in ſubbaſtatione de iure communi, & eſt attendendus.*

26 *Læſio adiudicationis debet ab allegante probari, & plenè, ac concludenter de illius tempore, & num. 27. & 28.*

29 *Læſio adiudicationis excluditur ex decreto, & præſentia Iudicis.*

30 *Teſtis vnicus deponens de facto proprio probat plus quam ſemiplene; & adminiculato ex dicto aliorum duorum plenè, & num 31.*

32 *Læſionis ad probationem requiritur probatio certi pretij.*

33 *Bona per viam ſubbaſtationis vendi ſolent minus iuſto pretio.*

34 *Adiudicationis vincula diminuunt rei adiudicatæ valorem.*

35 *Læſio excluditur ex incertitudine valoris rei adiudicatæ.*

36 *Oblatio retroceſſionis rei adiudicatæ, ſoluto credito, ceſſare facit læſionem.*

37 *Manutentio, addictio, & ſolutio danda, & facienda eſt pro menſura crediti, & num. 38.*

39 *Manutentio quando detur, vel non in gradu reſtitutionis in integrum debitori, qui paſſus fuit executionem, & num. 40.*

40 *Manutentio non competit adiudicationem paſſo, qui diſtulit illam petere per plures annos, vel etiam per paucos dies poſt ſcientiam tamquam habuerit ſe pro ſpoliato.*

DECISIO CCXIX.

POſt reſolutionem coram me emanatam ſub die 28. Iunij 1649. fauore D. Marchionis ab Auria, in qua fuit dictum, illi dandum aſſe mandatum de manutenendo in reditibus fiſcalibus, de quibus agitur, eo quia adiudicatio reportata dd. redituum Fiſcaliũ per D. Barbaram Spinulam vxorem D. Marchionis à Regio Conſilio Neapolis pro reſtitutione ſuæ dotis
1 erat notoriè nulla, † quæ propterea D. Marchionem ſua anteriori poſſeſſione non priuauit, inſtetit pro noua audientia d. D. Barbara, qua illi conceſſa, ſub hac die fuit reſolutum, dandum eſſe mandatum de manutenendo D. Barbaræ pro rata ſcutorum 48. mill. tantum, & ſic recedendum à deciſis.

Nullitates in deciſione ponderatæ d. adiudicatio-
2 tionis fuerunt tres, quarum prima dicebatur † ratione exceſſus, cum dos D. Barbaræ aſcendat in totum ad ſummam ducatorum 48. mill. monetæ Neapolis, adiudicatio autem fuit ſecuta pro ducatis 50. mill. Vnde apparet de exceſſu in ducatis 2000. † qui ſuffi-
3 cit, vt detur in aliqua parte ad effectum, vt executio adiudicationis in totum annullata remaneat, ad *tex. in l. 1. §. hac verba, ff. ne vis fiat ei, Bart. in l. ſi non ſortem, § ſi centum*; ex qua omnes idem not. *ff. de cond. indeb. nu. 7. Put. dec. 323. num. 2. lib. 1. Greg. XV. dec. 198. num. 1.* cum aliis relatis in *deciſ. 682. numer. 1. & 4. par. 4. recent. tom. 3.*

Secunda nullitas deducebatur, ex quo in iudicio adiudicationis prætendebatur, citatum non fuiſſe D. Marchionem, nec aliquem eius legitimum procura-
4 torem, & tamen * ipſe tamquam legitimus poſſeſſor dd. redituum Fiſcalium erat citandus, dum per adiudicationem immittenda erat in illorum poſſeſſionem D. Barbara, ad hoc vt priuatus remaneret ſua poſſeſſione, ad *text. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Rot. dec. 802. num. 7. & 8. par. 1. diuerſ. & deciſ. 267. n. 12. part. 4. recent. tom. 2.*

Tertiam nullitatem in eo conſiſtere, firmatum
5 fuit, nam † ad adiudicationem proceſſum fuit, non captis prius pignoribus prætoriis, mediante execu-
6 tione * quæ in annuis præſtationibus fieri debet eodẽ modo, quo fit in immobilibus, ex iuribus allegatis
7 *in d. deciſ. ſub §. oritur etiam*, vbi pariter firmatur, † talem executionem debere præcedere adiudicationẽ,
8 Ex capite etiam * læſionis dicta fuit nulla adiudicatio, & læſio deducebatur, quia D. Barbara ad effectum ſibi ſatisfaciendi de ducatis 50. mill. adiudicationem obtinuit, ac ad eius creditum in libris Regiæ Cameræ Neapolis deſcribi curauit omnes reditus Fiſcales ſpectantes ad d. D. Marchionem conſtituentes capitale ducatorum 107. mill. ex quibus retrahe-
9 bantur annui fructus ducatorum 8000. † quæ quidem læſio tamquam vltra dimidiam iuſti pretij reſcindit ſubhaſtationem, ſiue adiudicationem, cum ex hoc conſtet de illius iniuſtitia, iuxta terminos *l. 2. C. de reſcind. vendit.* cuius remedium, vt habeat locum eiam in ſubhaſtatione, declarat *Corn. conſ. 56. num. 2. lib. 3. Rebuff. in comm. 2. de reſcind. contr. art. vnic. gloſ. 15. numer. 38. & in tit. de præcon. artic. 7. gloſſ. vnic. in fin. Cagnol. in l. 2. nu. 161.* & ibi *Pinell. num. 35. C. de reſcind. vendit. Gabr. de emp. & vend. concl. 1. num. 61. verſ. contrarium Seraph. dec. 1478. num. 1. verſ. neque iſta deliberatio.*

Hæc autem fundamanta deciſionis ex nouiter deductis per D. Barbaram viſa fuerunt non ſubſiſtere. Nam allegatus exceſſus ducatorum 2000. redditur valdè turbidus, ex quo adiudicatio pro dote d. D. Barbaræ cantat ſimpliciter pro ducatis 48. mill. ſummam autem ducatorum 2000. liberata fuit in aliam cauſam à Regio Concilio Neapolitano, nempe in cauſam alimentorum, at fructuum dotalium, vt apparet ex pluribus actis datis in vltimo ſummario d. D. Barbaræ num. 1. & huiuſmodi adiudicationẽ fuiſſe factam pro vtroque credito comprobatur nedum ex ſequeſtro, ac decreto facto pro alimentis fauore D. Barbaræ, vt in *d. eius ſumm. ſub num. 1.* Verum etiam ex reiteratis atteſtationibus Notarij actuarij factis de ordine Iudicis explicitè id affirmãtibus, primo ſumm. ipſiuſmet D. Barbaræ. *num. 8.* & 11. quibus accedunt etiam confeſſiones eiuſdem D. Barbaræ, quod adiudicatio facta fuit pro dote ducatorum 48. mill. & pro aliis ducatis 2000. in cauſam alimentorum, vt in
10 *d. eius prima ſumm. num. 9. & 10.* † quæ cum fuerint emiſſæ poſt adiudicationem, & de tempore, quo nulla aderat ſuſpicio, vt ex hoc capite exceſſus adiudicatio impugnaretur, ac iudicialiter appareant factæ, valdè attendi debent, *l. generaliter. C. de non num. pec. c. at ſi Clerici vbi Abb. & Dec. in 4. notab. de iudic. l. cum te. C. de tranſact. Bald. conſ. 142. col. 2. lib 2. cum aliis relatis per Surd. conſ. 60. nu. 1. & dec. 326. num. 28.*

Ponderatum etiam fuit, quod poſt emanatum decretum adiudicationis ad fauorem D. Barbaræ procurator D. Marchionis longè poſt contra illud oppoſuit quatuor nullitates, vt in primo ſumm. d. D. Barbaræ num. 14. nulla de iſta reſpectu exceſſus habita ratione, quæ certe inter illas fuiſſet connumerata, tamquam

Digitized by Google

tamquam valdè ſubſtantialis, niſi procurator agno-
uiſſet, quod adiudicatio compræhendebat tam cre-
ditum dotis, quam creditum ratione alimentorum;
11 † ex quibus concludendum venit, verba decreti ad-
iudicationis compræhendere nedum creditum dotis,
ſed etiam creditum alimentorum dotalium, ad tra-
dita per Bart. in l. item veniunt § item non ſolum, num.
12 3. ff. de petit hæred. vbi Bald. num. 1. qui concludunt, † in
quolibet iudicio facto pro repetitione dotis venire
de ſui natura fructus dotales, quamuis illi in libello
13 expreſſi non fuerint, & hoc ea ratione, quia † fru-
ctus dotis tanquam acceſſorij ad eamdem dotem, l.
14 marito, §. fin. & ibi Rom. num. 31. ff. ſol. matr. * illam adeo
concomitantur, vt comprehendatur ſub iudicio vni-
uerſali facto pro dotis reſtitutione, quamuis de illis
nulla facta fuerit expreſſio, Mantic. de tacit. & ambigu.
lib. 11. tit. 19. num. 15. Surd. de aliment. lib. 8. priuileg. 49.
numer. 1. vbi allegat plures concordantes. Rot. inter
impreſſ. apud Fenzon. ad Statut. Vrb. deciſ. 85. § nihil etiã
15 obſtare. At in omnem caſum * ſufficit, quod ex iſtis
ſaltem reddatur dubius prætenſus exceſſus, vt D.
16 Marchioni competere nequeat manutentio. Cum *
ad hunc effectum requiratur, vt exceſſus, ex quo
prætenditur iniuſtitia adiudicationis ſit adeo euidens,
& clarus, vt nullo modo de eo poſſit dubitari, Rot.
dec. 646. num. 2. par. 2. recent. & dec. 128. n. 8 dec. 236. nu.
2. inter impreſſ. apud Modern. de manutent. cum vulgar.

Non obſtat, quod per D. Marchionem dentur
nonnullæ ſolutiones in eius ſummar. reſponſionis
num. 12. quæ factæ apparent D. Barbaræ à Cornelio
Spinula in ſumma ducatorum 10575. ex quib. præſup-
ponitur, d. D. Barbaram remanere ſatisfactam de
prædictis ducatis 2000. ei debitis ratione alimento-
rum; Quia dictæ ſolutiones factæ apparent vſque de
anno 1633. alimenta in ſcutis 2000. fuerunt aſſignata
17 de anno 1637. & ſic valdè poſt; Vnde, † cum probatio
huiuſmodi reſpectu temporis dubia reddatur, atten-
denda non eſt. Natt. qui alios allegat. conſ. 170. num. 9.
18 † quotieſcunque enim tempus eſt de ſubſtantia eius,
quod agitur, clarum eſt, quod præcisè probari debet,
alias probatio non ſuffragatur, gloſ. fin. in l. cum actum,
vbi Bart. num. 6. ff. de negoc. geſt. & poſt alios Surd. dec. 75.
num. 10. Rot. dec. 73. nu. 20. par. 4. rec. tom. 2.

Secunda nullitas ex defectu citationis in eadem
deciſione ponderata hodie ceſſat, ſtante, quod ex fa-
cto apparet, decretum adiudicationis fuiſſe factum
ſub die 24. Decembris 1637. præſente, & contradi-
cente Bartholomæo Criſculo procuratore D. Mar-
chionis, qui in illius perſonam fecit mandatum ſub
die 31. Maij 1636. ac ab eo fuit acceptatum, vt ſumm.
19 primo D. Barbaræ num. 16. & ſeqq. & † ſic perperam
deſideratur citatio, vbi habetur præſentia, quæ ſup-
plet huiuſmodi defectum, Iaſ. in l. nequicquam, num.
26. verſ. ſecundo limita, ff. de offic. proconſul. & legat. &
in l. 1. num. 1. ff. de in ius vocan. & in rubr. num 3. verſ. ve-
ritas eſt, C. eod. tit. Marant. in prax. par. 6. membr. 1. num.
12. Vant de nullitat. quib. mod. ſent. nullit. defe. proceſſ.
num. 116. cum aliis copioſè ſatis relatis in deciſ. 274.
nu. 7. par. 4. recen. tom. 2. nec procuratoris mandatum
dici poteſt, quod fuiſſet expiratum de tempore dicti
decreti ſuper adiudicatione emanati, quia, vt dice-
batur, dictum decretum factum fuit ſub die 24. De-
cembris 1637. & de illo tempore adhuc durabat man-
datum, cum reſtrictum fuerit ad totum, & integrum
annum 1637. quare non obſtat, quod poſtea de men-
ſe Ianuarij 1638. & ſic de tempore, quo Criſculi
mandatum iam fuerat expiratum, ei decretum adiu-
dicationis fuerit intimatum; nam cum intimatio
huiuſmodi non requireretur ex forma dicti decreti
ſimpliciter, & abſolutè loquentis, nec ex diſpoſitio-
ne iuris, cum procurator habuiſſet notitiam illius, ex
quo factum fuerat eo præſente, vtique intimatio iſta
20 dici debet facta ex abundanti cautela, † quæ pro-
pterea, licet nulliter facta, apta non fuit ad deſtruen-
dum proceſſum, & ad inferendum prçiudicium, l.
teſtamentum, cum ibi not. C. de teſtam. l. qui mutuam, ff.
mandat. cum concordantibus congeſtis per Roman.
conſ. 343. num. 7. Rot. dec. 319. num. 9. par. 1. & dec. 715. n.
6. par. 4. rec. par. 1.

Poſtrema nullitas ex eo deducta, quod executio
non præceſſerit ex primo decreto adiudicationem
mediante captione pignorum pro irreleuanti habita
21 etiam fuit, nam † ex iuris diſpoſitione executio iſta
non requiritur, quotieſcunque bona adiudicata repe-
riuntur iam ſuppoſita pignori, & hypothecæ ad fa-
uorem creditoris, prout in præſenti caſus reditus
Fiſcales, de quibus agitur, ſuppoſiti reperiebantur pi-
22 gnori, & hypothecæ ad fauorem D. Barbaræ, † quid-
quid aliud dici poſſit reſpectu adiudicationis pigno-
ris Prætoris, in quibus terminis intelligendæ ſunt
doctrinę allegatæ in deciſione, quæ reuidetur, ſub §.
oritur, & tertia nullitas, & cum hac diſtinctione in ſi-
mili materia procedendum eſſe declarat Fenzon. ad
Statut. Vrb. c. 194. n. 13. cuius opinionem ſequitur Modern.
Peruſin. de ſubhaſtat. inſpec. 13. numer. 75. & latius inſp. 11.
num. 1. cum ſeqq. vbi dat formam procedendi in vtro-
que caſu ſub ea diſtinctione, vt, ceſſante pignore con-
uentionali, præcedere debeat executio, ex qua for-
matur pignus Prætorium, quod neceſſarium non ait,
ſi præcedat pignoris conuentio, vt reaſſumendo fir-
mat ſub n. 17.

23 At circa hoc tollit quamcunque difficultatem *
ſtylus vigens in Ciuitate Neapolis, qui per tres teſtes
formiter examinatos eſſe probatur, vt ad venditio-
nem fiſcalium, ſiue illorum adiudicationem proce-
datur, nulla præcedente executione, ſi illi ſequeſtrati
ſint ad inſtantiam creditorum, & deponunt, quod
viderunt ita practicari, vt in vltimo ſummar. D. Bar-
baræ nu. 14. quod ſequeſtrum hic fuiſſe factum non
24 controuertitur, licet † ad probandum huiuſmodi
ſtylum ſatis eſſent etiam atteſtationes plurimorum
Curialium, & Notariorum datæ in primo ſummar.
D. Barbaræ num. 19. vt declarauit Rot. dec. 255. num. 2.
inter impreſ. apud Modern. de manutent. & apud eum-
dem de ſubhaſtat. dec. 34. n. 18. cum aliis congeſtis per
25 Mangil. eod. tract. quæſt. 50. num. 12. † qui ait, cenſeri de-
rogatum ſolemnitatibus à iure requiſitis in iudicio
ſubhaſtationis, quotieſcunque viget ſtylus, & conſue-
tudo contraria, &, quod ſimilis ſtylus omnino ſit
attendendus, declarat Guido Pap. dec. 22. num. 1. in fin.
verſ. ſed contrarium. Rot. d. dec. 34. num. 17. apud eumdem
Modern. de ſubhaſt.

Quo verò ad læſionem, in qua D. Marchio valdè
26 ſe fundat, clarum eſt, quod † eam probare tenetur,
Bart. & alij in l. nam & poſtea, §. ſi minor. ff. de iur. iuran.
Gozad. conſ. 44. num. 8. & quidem † plenè, & conclu-
27 denter, Abb. in cap. 1. in 2. notab. de reſtit. in integr. Dec.
28 conſ. 474. num. 11. & * percutere debet tempus ſecu-
tæ adiudicationis circa probationem valoris prædi-
torum redituum fiſcalium, iuxta text. in l. ſi volunta-
te, in fin. C. de reſcind. vendit gl. & DD. in l. 2. eod. tit. &
in l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcid. Buratt. dec. 686. num.
5. & deciſ. 278. num. 4. par. 4. recent. tom. 2. Ad effectum
autem illam probandi datæ fuerunt plures venditio-
nes horum redituum Fiſcalium factæ de anno 1637.
& 1638. ad rationem ſeptem pro quolibet centenario
abſque

Digitized by Google

abſque vlla diminutione, vt in eius primo ſummar. *nu.17.cum duobus ſeqq.* quæ cum percutiant tempus adiudicationis factæ de d. anno 1637. omnium fiſcalium ad D. Marchionem ſpectantium, quæ conſtituebant capitale duc. 167. mill. pro ducatis 50. mill. ad fauorem D. Barbaræ, propterea dicitur, vt in illa ſaluari non poſſit à manifeſta læſione.

Hoc tamen minimè obſtante, conſideratum fuit, vt, cum huiuſmodi adiudicatio fuerit facta per Iu-
29 dicis decretum, † ſola Iudicis præſentia ſufficiat ad excludendam læſionem. *Cranett.conſ.114 num.2.Dec. in l.ſingularia ſub num.13.ff.ſi cert. pet.Buratt.dec.783. num.14.* vbi aliæ referuntur deciſiones.

Præterea eo magis ceſſare videtur læſio, dum ex depoſitionibus trium teſtium inductorum per D. Barbaram clarè apparet, quod reditus fiſcales, ad forenſes, ſpectantes, venditi fuerunt de anno 1637. & 1638. etiam ad rationem 30. vel 40. pro centenario, vt in vltimo ſum. D. Barbaræ nu.15. immò ſecundus teſtis deponit, ſe illos emiſſe pro tali pretio à particularibus, & à Bartholomeo Aquino, qui nomine Regiæ Cameræ vendebat, ac inſtrumentum ſub tali emptione celebratum fuiſſe ſtipulatum per Maximinum Paretum eiuſdem Regiæ Cameræ Nota-
30 rium, * qui tamquam deponens de facto proprio, etiamſi eſſet vnicus, pluſquam ſemiplenam faceret probationem. *Acchill.deciſ.31.de probat.Caſar.de Graſſ. dec.2.de empt.& vendit.Caputaq.dec.271.par.3. Seraph. deciſ.889.numer.3.Rot.dec.252.nnmer.2.par.2.in recent.*
31 quare, †adminiculato illius dicto ex depoſitionibus aliorum duorum teſtium, vt ille faciat plenam probationem, tradit *Caſtr. in l. quicunque, in fin.de ſeru. fugit.Crot.in tract.de teſtib.num.109 Soccin.iun.conſ.61. in fin.lib.1.Caphal.conſ.432.nu.31.* Maximè iuncta fide Proxenetæ ante adiudicationem exhibita, ex qua apparet, non ſemper hos reditus fuiſſe venditos pretio contento in inſtrumentis venditionum per Dom. Marchionem productis, ſed aliquando longè minori; & propterea ex his colligitur, non poſſe in illis
32 conſtitui certum pretium, † quod omnino requiritur ad effectum probandi læſionem; Quibus addi-
33 tur etiam quod†bona ſubhaſtata minoris precio illorum veri valoris vendi ſolent, præſertim quando illa ſunt vacabilia per mortem debitoris, vt accidit in hoc caſu, ex quo dd. reditus pro rata ducatorum 22. mill. circiter empti fuerunt ſub periculo vitæ eiuſdem D. Marchionis, & quod decreta adiudicationis facta fuerint ſub duplici vinculo, vnum videlicet, quod capitalia non valeant remitti, inconſulto Regio Conſilio, alterum quod fructus dd. capitalium pro rata ducatorum mille annuorum non liceat D. Barbaræ exigere, ſed remaneant ſequeſtrati pro alimentis,
34 quæ à filiis petita fuerunt, † quæ quidem vincula dubitari non poteſt, quin tendant ad diminutionem valoris dd. redituum, *Pinell.in l. 2. par.3.cap.vltim.num. 22. & ſeqq. C.de reſcind.vendit. Rot.deciſ.44.numero 9. apud Modern.Peruſin.de ſubbaſtat.Gregor. XV.deciſ.553.*
35 *num.14.* † ex quibus cum ſaltem incertitudo valoris fiſcalium oriatur, læſio remanet excluſa, *Bald. in l. fin.§.ſed ſi quis. C.comm.de legat.Roland.conſil.28.n.24. lib.4.Grotian.diſcept.for. cap.861.numer.6.& 7.Rot. in Gerunden. Anniuerſariorum 14. Nouembris 1586. coram Orano.*

Sed videbitur etiam Dominis, quod D. Barbara magis excludat quamcumque ſuſpicionem læſionis, dum ea ſeſe obtulit paratam, prout de præſenti quoque ſe offert, ad retrocedendum omnes reditus fiſcales, reſtituta ei tamen à D. Marchione ſua dote ducatorum 48. mill. vel retentis ex dictis fiſcalibus tot, quorum ualor aſcendat ad ſummam dictorum ducatorum 48. mill. ei debitorum, quam retroceſſionem
36 facto acceptare D. Marchio numquam voluit, & † per huiuſmodi oblationem ceſſare læſionem firmauit *Rota coram Mellino deciſion.236.num.2.* Quapropter reſolutum fuit d.D.Barbaræ eſſe dandum mandatum de manutenendo pro rata ducatorum 48. mill. tantum in dictis fiſcalibus, † quæ quidem addictio pro
37 rata intelligi debet, vt fiſcalia penes D. Barbaram remanſura eſſe debeant talis valoris, vt importent illam quantitatem, in qua D. Barbaræ fuit conſtituta dos, & quæ D. Marchioni fuit conſignata, vt declarat
38 *Roman.conſ.89.num.1.* vbi, quod, * quando agitur de ſolutione pro rata creditoribus facienda, conſideranda eſt quantitas, quæ à quolibet fuit contributa.

39 Vltimo denique, † cum cauſa pendeat in gradu reſtitutionis in integrum, ac decretum adiudicationis factum fauore D. Barbaræ longè ante petitam reſtitutionem in integrum à D. Marchione fuerit executioni ab homine demandatum, non poteſt dari aliqua manutentio d. Marchioni, vt, diſtinguendo inter executionem factam ab homine, & à lege, bene declarauit *Rot.penes Burat.dec.604.nu.16.& 17.& in Sipontina Penſionu 8. Aprilis 1647.§.fin. & prima Iulij eiuſdem anni §.1.& 8.Iunij 1648.§.quia coram R.P.D.meo Peutingero*, ea ratione quia, * cum D. Marchio ſcien-
40 tiam habuerit prædictæ adiudicationis, ac per ſpatium plurium annorum diſtulerit hoc iudicium promouere, ceſſat quæcumque præſumptio continuatæ poſſeſſionis in eo, qui propterea cenſeri debet vt ſe habuerit pro ſpoliato, & ad hunc effectum ſufficiens etiam fuiſſet ſpatium paucorum dierum vt explicat *Cranett.conſ.135.nu.1.verſ.& dicitur negligere.* Et plures *Rota deciſiones cumulando*, tradit etiam *Modern. de manutent.obſeruat.58 ſub numero 21.*

Et ita, vtraque parte informante fuit reſolutum &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Reſtitutionis Dotis.

Veneris 4. Febr. 1650.

SVMMARIA.

1 *Mandatum, quod ex deciſionibus conſtat eſſe iniuſtum, eſt reuocandum.*

2 *Voluntas, & intentio contrahentium quoad partem infert ad totum.*

3 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare.*

4 *Adducta ad vnum finem non debent ad alium ſenſum retorqueri, nec effectum producere alienam à partium intentione. & num.5.*

6 *Reintegratio vt obtineatur aduerſus factum Iudicis, requiritur, vt ille proceſſerit ad inſtar priuati, vt hic.*

7 *Iniuſtè vbi Iudex proceſſit ad executionem, & ſubhaſtationem, quæ remedia competant, & num.9.*

8 *Damna, & intereſſe reficere parti tenetur ille, ad cuius inſtantiam fuit executio iniuſtè conſumata.*

10 *Iudex inferens grauamen, & iniuſtitiam, ſeruato iuris ordine, an dicatur procedere vti priuatus, vel vti Iudex.*

11 *Spoliatus à Iudice in forma iudicij non eſt manutenendus, nec reintegrandus, ſed audiendus in petitorio, & in gradu appellationis. & num.12.*

12 *Spoliato in iudicio poſſeſſorio, vel obligationis Cameralis, in quibus non admittitur appellatio ſuſpenſiua,*

quomodo ſuccurratur.

13 *Remedium manutentionis , & reintegrationis quando pendeat à negocio principali, & non expediatur niſi cum eo. & num.*14.

DECISIO CCXX.

BIs iam coram me ſub diebus 15. Ianuarij , & 21.
Iunij 1649. reſolutum fuerat, mandatum Audi-
toris Cameræ pro ſcutis 4200. non eſſe exequen-
dum,hodie verò , diſputato dubio , an idem manda-
tum pro alijs ſcutis 6800. pro quib. Cenſus, & loca
montium hęreditaria q. Antimi Vrſini fuerunt ſub-
haſtata , & D.Emilio marito dictæ Cleriæ Senneſiæ
delibetata,ita ſit infirmandum, vt hæredi dicti Anti-
mi ſit ad dd. Cenſus , & loca montium reintegratio
danda, Domini quidem denuò firmarunt , illud eſſe
infirmandum , ſed non eſſe danda ab bona ſubha-
1 ſtata reintegrationem , & mandati infirmandi ratio
ſatis patet ex dd. deciſionibus , & quib. * conſtat de
eius iniuſtitia, *l.*1.*ibiq. gloſſ.in verb.corrigat.ff.de appell. l.eos , qui 6. c.eodem*, C. *cum in Eccleſia* 28. *& cap. vt debitum 69. de appellat.* in qua opinione Domini per-
manſerunt , non obſtante pluries repetito obiecto,
quod in conſtitutione dotis per Antimum filiæ ſuæ
facta in Capitulis matrimonialibus 27. Septembris
1616. & deinde ratificara per inſtrumentum roga-
tum 3. Aprilis 1619. dictę dotis maternæ eidem debita
portio compræhenſa non fuerit, quia contrarium
conuincitur,& ſubſequenti inſtrumento ſub die 16.
Decembr. ſequentis ſtipulato , in quo , ſtante dote
ſibi à Patre aſſignata , ampliſſimè quibuſcumque
eius iuribus , & indiuidualiter præfatæ maternæ do-
ti renunciauit , immò , & ex alio præcedente vendi-
tionis Caſtri Morlupi 2. Aprilis 1613. confecto in-
ſtrumento idem oſtenditur, cum in eo expreſsè cum
Emptore fuerit conuentum,quod,ſi infra terminum
decem annorum contingeret , prædictum Antimum
venditorem duas filias ſuas, vel vnam ex eis nuptui
tradere , liceat eidem fructus pretij inueſtiti iuxta
formam inuentam Caſtri venditi in cauſam dotis aſ-
ſignare , ita tamen , quidem in ſatisfactionem dotis
earum maternæ, eamdem ſummam accepto ferre te-
neantur vnde cum in ipſis Capitulis matrimonia-
libus Martiæ dictæ dotis cauſa fructus prædicti no-
minatim fuerint aſſignati , & alij effectus longè ma-
ioris ſummæ ; & pretio eiuſdem Caſtri comparati,
ſucceſſiuèq; facta ceſſio , & declaratio cum emptore
in inſtrumento 27. Octobris 1620. rogato; negari nul-
lo modo poteſt , portionem quoque dotis maternę
ad Martiam ſpectantem , fuiſſe ſub ea aſſignatione
compræhenſam,quamuis dicti fructus d. dotis por-
tionem non exequerent , cum nihilominus ex hac
parte voluntatis,& intentionis contrahentium in re-
liquis , & ſequentis inſtrumenti renunciationis præ-
2 dictæ † legitima iuſtificatio inferatur , *Paul. de Caſtr. conſ.*301.*num.*4 *lib.*1. *Surd.dec.* 199. *num.*3. *Rota coram Greg.XV.dec.*62.*n.*8. *& dec.*403.*n.*7.*par.*4.*recent.tom.*2.

Quæ veritas etiam reſultat ex conſideratione ſta-
tus , & facultatum Antini tempore dotationis Mar-
tiæ , & exiſtentiæ alterius filiæ nullo modo de bonis
proprijs tantam dotem ſcut.25. mil. conſtituere per-
mittentis ; neq. verba illa in proœmio inſtrumenti
renunciationis, ibi, dictaq; Martia ſciat,& cognoſcat,
habita ratione facultatis , & ſtatus dicti Antini ſui
Patris , fuiſſe congruè , & condecenter cum dicto
Franciſco Sanneſio nuptam,& reſpectiuè dotatam de
dd. ſcutis 25. mil. cum aliis tamen conditionibus ex
præctatis capitulis matrimonialibus,&c. inſtrumento
contentis: aliter intelligenda ſunt, quam vt tam bona
materna, quam paterna cauſam ipſius renunciationis
præferendo æqualiter compræhendant abſque eo
quod dotis congruitatem ad ſolius Matris facultates
reſtringant , ſed verè , & realiter ad omnia bona re-
3 nunciata, † quæ æqualiter ab ea ratione determinan-
tur, iuxta regulam *l.cum hoc iure,ff. de vulg.& pupill. l. quamuis,C. de impub.& alis ſubb. Pariſ.conſ.*72. *nu.*28. *lib.*4.*Greg.XV.deciſ.*85.*num.*19. referenda ſint, quia pro
illis omnibus ſummam ſibi aſſignatam recepit, ac
4 ſibi congruè ſatisfactum fuiſſe declarauit, † nec ratio
tenuioris Patris Patrimonij , quæ pro ratione dictæ
renunciationis adducta fuit, ad alium ſenſum retor-
queri poteſt, contra tex. in *l.cum indebito,*25.*ff.de prob.*
5 † neque diuerſum, & à partium intentione alienum
producere effectum , *l. non omnis,* 19. *ff.ſi certum pet. l. legata inutiliter,*19.*ff.de legat.* 1.*Buratt.dec.*54. *num.*12.
ita nec calculus , ex quo dicta Cleria contrarium
perſuadere nitebatur, obſtat, dum non ſolum de tem-
pore dotis conſtitutæ non iuſtificatur , ſed partitas
erroneas,& inexigibiles continet, quæ proinde ad ex-
plicandum Antini Matrimonium nihil faciunt, nec
vllius ſunt conſiderationis.

Quibus omnibus accedunt aliæ rationes , &
fundamenta in hoc propoſito in præcedentibus deci-
ſionibus adducta, quę Dominis iterum placuerunt.

Quod verò locus non ſit petitæ per hæredem
Antini reintegrationi ad bona ſubhaſtata,ſed ordina-
riis Iuris remediis agendum ſit, ratio eſt quia , cum
executio pro ſumma ſcut. 6800. non ſolum vigore
præcedentis decreti à Iudice cauſa cognita,& ſer.ſer.
emanati,ſed etiam in iura prop. reſcripti ſignaturæ,
illius executionem pro ea quantitate reſeruantis , fa-
cta fuit , dici non poteſt , Iudicem ad inſtar priuati
6 proceſſiſſe , * prout eſt neceſſarium ad obtinendam
reintegrationem aduerſus ipſius Iudicis factum,
quando ſcilicet, neglecto iuris ordine, vel aliàs nulli-
ter,vel iniuſtè procedit , vt nulla prorſus probabili
ratione excuſari videat , ad trad. per *Crauett.conſil.* 702.*num.*3.*& ſeq.Buratt.deciſ.*327.*numer.*4.& fuit di-
ctum in *Romana de Bombellis* 31.*Maij* 1613.*coram Cardinali Sacrato impreſſ.apud Modern. Peruſ. in tract.de manutent.deciſ.*9.*num.*19.*& ſeq.*apud eumdem in alio
*tract.de ſubhaſt.inſpect.*58. *num.*97.*& ſeq.in deciſ.*642.
*per tot. par.*2.*& deciſ.*282. *nu.*2. *par.*2.*recent.* cum plu-
ribus allegatis in *Senogallien. Saluiani* 3. *Iunij* 1647.
in §.*fin.coram* R.P.D. *meo Corrado.*

7 Cæterum hæredi Antini * conſultum erit , vel per
8 refectionem damnorum,& intereſſe, * ad quę tenetur
Cleria,ad cuius inſtantiam fuit conſumata executio,
iuxta doctrinam *Bald.in auth.& qui iurat.num.*47. *in fine, verſ. ſed quid ſi fuit proceſſum,* C.*de bon.auct. iud. poſſeſſ.* * vel agendo in petitorio per viam , & reme-
9 dium ordinarium appellationis, * Iudex enim, quan-
10 do ſeruato Iuris ordine procedit , licet inferat gra-
uamen,& iniuſtitiam , ſi tamen talis iniuſtitia non eſt
patens,& notoria,ſed turbida non dicitur procedere
tamquam priuatus,ſed tamquam Iudex in forma Iu-
11 dicij , vt propterea † ſpoliatus in hoc caſu non ſit re-
ſtituendus ante omnia per viam extraordinariam ma-
nutentionis , vel reintegrationis ſecundum prælle-
gata,ſed ſolum cauſa cognita in petitorio , & proba-
ta iniuſtitia coram Iudice ad quem in gradu appel-
lationis,vt benè explicat *Menoch. de recuper. rem.*8. *à n.*27.*vſque ad* 31. vbi ſic declarat , & intelligit *Crauet. præcit.conſil.*302. *num* 3. *& ſeq. Rota deciſ.* 506.*num.*7.
*& ſeqq.par.*5.*recent.tom.*2. *& d.dec.*9. *num.*21. *cum ſeqq.*
apud

Digitized by Google

12 *apud Modern. Peruſ. de manut.* vbi quod * in Iudiciis poſſeſſoriis, & in executione obligationis Cameralis, in præd. non admittitur appellatio ſuſpenſiua, ſi Iudex, ſeruato quidem iuris ordine, ſed iniuſtè procedit, ſuccurritur ſpoliato per reuiſionem cauſæ in petitorio, non autem per viam manutentionis vel rein-
13 tegrationis, eo quia † remedium retinendæ, vel reintegrandæ in hoc caſu dependet à negotio principali, hoc eſt à probatione iniuſtitiæ prioris ſenten-
14 tiæ, † nec expeditur niſi cum ipſo negotio principali, *Rot. d. deciſ. 9. num. 31.* cum ibi concordanti.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Pratenſa reſtitutionis Dotis.

27. Iunij 1650.

SVMMARIA.

1 *Reintegratio ad bona ſubhaſtata non competit, ſed dantur ordinaria iuris remedia, vbi Iudex licet iniuſtè, non tamen notoriè iniuſtè proceſſit.*

2 *Mandatum ex falſa cauſa relaxatum dicitur iniuſtum cum omnibus inde ſecutis.*

3 *Bona iniuſte ſubhaſtata ſunt reſtituenda, & nu. 4.*

5 *Læſio in ſubhaſtatione probatur, ex quo res magni valoris ſit vendita viliſsimo pretio.*

6 *Locupletari quis non debet cum alterius iactura, vel longa iudiciorum defatigatione.*

7 *Bona deliberata à legitimo emptore non ſunt auocanda.*

8 *Lim. ſecus quando executio facta eſt pro maiori ſumma debiti, & fortius ſi pro ſumma nullo modo debita.*

9 *Executio iniuſtè facta per Iudicem à quo reuocari poteſt à Iudice ad quem etiam per viam attentatorum.*

DECISIO CCXXI.

DOmini hodie iterum approbando reſolutioné ſub die 4. Febr. præteriti coram me datam ad duo capita dubij propoſiti in hac cauſa, videlicet an Mandatum A.C. ſit infirmandum, ita vt ſit danda reintegratio hęredi q. Antini Vrſini ad bona ſubhaſtata contra D. Emilium Caualerium D. Cleriæ Sanneſiæ maritum deliberatarium dd. bonorum, de quibus agitur, reſponderunt iniuſtitiam in primis ſententiæ ſubhaſtationis A.C. conſtare ex abundantet ſatis dictis in deciſionibus in hac cauſa emanatis ſub diebus 15. Ianuar. & 21. Iunij 1649. & dctia die 4. Februarij huius anni, prout etiam † non compe-
1 tere d. hæredi Antini reintegratione ad bona ſubhaſtata, ſed ordinarij ei iuris remediis agendum eſſe, quia Iudex licet iniuſtè, non tamen notoriè iniuſtè proceſſit, vt in §. quod vero locus non ſit, d. deciſ. quæ reuidetur.

Nihilominus tamen Domini cenſuerunt ex capite ſummæ læſionis d. Emilium teneri d. Hæredi q. Antini reſtituere quicquid ad inſtantiam eius vxoris pro ſumma nequaquam debita ad ipſum peruenit de bonis d. Antini, quia vt omnes ſupradictæ Deciſio-
2 nes iuſtiſſimè firmarunt, * iniuſta erat d. mandatum A.C. ex falſa cauſa relaxatum cum omnibus in executionem illius geſtis ad *text. in l. ſi non ſortem, §. ſi cen-*
3 *tum, ff. de cond. indeb.* † ideò ſuffragari non poteſt d. Emilio, ſed tenetur ad reſtitutionem dd. bonorum, *l. 2. l. penult. C. ſi vendit. pign. agatur. Fulgoſ. conſ. 190. viſis toto proceſſu n. 3. ad fin. verſ. contra emptoris verò: Neguſ. de pignor. memb. 1. par. 6. n. 28. verſ ſed dubitatur,* & in his terminis fuit reſolutum in *Romana Spolij 21. Febr. 1600. coram Iuſto deciſ. 36. & coram Sacrato in Anconitana Spolij 9. Iunij eodem anno deciſ. 282. per totum, par. 3. rec.* ac etiam comprobatur in *dec. 506. numer. 7. verſ. nec obſtare viſum fuit, & ſeq. par. 5. recent. tom. 2.* latiſſimè proſequitur *Giurb. deciſ. 89. ſub num. 1. verſ. etiam contra tertium, & ſeq.* & concurrit *Statutum Vrbis lib. 1. c. 1. 54. Moder. Peruſ. in tract. de ſubhaſt.*
4 *inſpect. 49. num. 79.* vbi in terminis dicit, † procedere etiam in caſu ſubhaſtationis factæ mandato Iudicis.

5 Enormis † autem læſio ex eo manifeſta, & palpabilis apparet, prædicta bona Antini in ſorte ſcutorum 14800. ex dicto mandato ex falſa cauſa relaxato ſubhaſtata viliſſimo pretio ſcut. 4600. & cum maxima læſione, conſideratis etiam oneribus, prout ſubiecta reperiuntur à d. Emilio empta fuerint, vndè reſultat damnum hæredis d. Antini, *l. ſi vxor 3. ibiq. gloſ. & in l. 1. in verb. mala fide, C. ſi vend. pign. agat. & aliis relatis probat Moder. Piſauren. de ſubhaſt. quæſt 43. num.*
6 *14. verſ. nec in iſto caſu;* quare * iuſtum non eſt, vt hoc pacto cum alterius iactura, vel longa defatigatione iudiciorum locupletetur, *d. l. 1. ad med. verſ. quod ſi de bonis, & d. l. ſi vxor. C. ſi vend. pign. agatur, & vtrobique notat. per gloſ. & DD.*

7 Non obſtat † doctrina *Baldi in Auth. & qui iurat. ſub numer. 47. in fine, verſ. ſed quid ſi fuit procluſum, C. de bon. auth. Iud. poſsid. Franch. deciſ. 120. nu. 8. verſ. item quod eſt fortius, & deciſ. 660. per tot.* cum pluribus allegatis.

8 Quia * iſta iura non procedunt, quando Iudex à quo mandatum relaxauit, & executio facta eſt pro ſumma maiori, quam ſit debitum, & ſic longè fortius pro ſumma nullo modo debita, vt hic, *Rota de deciſ. 36. & d. deciſ. 282 numer. 2. verſ. non obſtat, par. 3. recent. & in Senogallien. Bonorum 14. Aprilis 1617. co-*
9 *ram bo. mem. Remboldo,* etenim, * quando executio Iudicis à quo eſt iniuſta, poteſt optimè per Iudicem ad quem reuocari, etiam per viam attentatorum, vt pluribus allegatis firmant. *adden. ad Greg. XV. deciſ. 91. num. 13. & dec. 232. num. 14. in fine Buratt. dec. 185. num. 6.* & prius *dec. 171. num. 8.* & fuit dictum in *Meleuitana Attentatorum 20. Iunij 1639. in fin. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CERRO.

Anconitana Dotis.

Veneris 7. Februarij 1641.

SVMMARIA.

1 *Vidua retinens bona viri pro ſecuritate dotis poteſt ob hæredum moram ſibi dotem non reſtituentium procedere ad eorum ſubhaſtationem.*

2 *Hypotheca, præſertim dotalis præbet facultatem pignus diſtrahendi abſque alia conuentione, non conſtito de prohibitione.*

3 *Decl. vt tamen ſit totum denunciandum debitori, & quod contrarium procederet in expreſſè data facultate vendendi.*

4 *Identitas mobilium probatur, ex quo conueniant in qualitate, & demonſtratione, & etiam ſi ſint ſemilacerata, & ſemiconſumpta.*

5 *Depoſitum non integrum non impedit vlteriorem proceſſum in ſubhaſtatione.*

Digitized by Google

6 *Mobilia viri ab vxore ſubhaſtata ſi ad eiuſdem vxoris
domum transferantur, infertur vel ad fraudem, vel,
vt debitor poſſit illa, oblato debito recuperare.*

7 *Fides Baiuli extraiudicialis, & non recognita non probat,
nec attenditur in Rota.*

8 *Ius offerendi non competit in venditione facta à creditore
creditoris iure.*

9 *Clauſula, Sine praiudicio legitima executionis, in com-
miſſione appellationis appoſita praſeruat iuriſdictio-
nem Iudicis à quo.*

10 *Decl. vt poſſit tamen Iudex ad quem cognoſcere de iu-
ſtitia & reuocare, ſi iniuſtè proceſſum fuerit, tam via
ordinaria, quam via manutentionis.*

11 *Vidua, non habenti, vnde ſe alat, alimenta praſtant
uiri hæredes dotem non reſtituentes.*

DECISIO CCXXII.

PRoſequentes Domini diſputationem ſuper te-
ſeruatis coram bo:mem:Buccabella cenſuerunt,
Lanfranconam non teneri ad reſtitutionem mobi-
lium, quæ in ſatisfactionem dotis fuerunt ſubha-
ſtata, nec minus comeſtibilium, prout erat frumen-
tum, & ſimilia, quæ fuerunt conſumpta. Quia, cum
poſt obitum viri Lanfrancona vxor declarauerit, illa
retinere pro ſecuritate ſuæ dotis, prout in decreto
1 dato in eius ſummat. num. 1. vtique * ob moram
hæredum dotem non reſtituentium potuit ad ſub-
haſtationem procedere, & pignus in ſatisfactionem
crediti alienare, §. 1. *Inſtit. quib. lic. alien. vel non Neguſ.
de pignor. memb. 1. par. 6. num. 1. Gratian. diſcept. for. cap.
777. num. 14. cum pluribus ſeqq.* Rot. in *Placentina Pecu-
niaria* 14. *Maij* 1641. *coram Eminentiſſimo Veroſpio, qua
eſt dec. 132. num. 14. par. 6. rec.* licet de hoc in inſtru-
2 mento dotis ſpecialiter non fuerit conuentum, *
quia facultas vendendi pignus ineſt ipſi hypothecæ
dotali, & tacitè cenſetur à lege permiſſa, licet à credi-
tore non fuerit ſtipulata, *l. ſi conuenerit*, ibi, Sed, etſi
non conuenerit de diſtrahendo pignore. hoc tamen
iure vtimur, vt liceat diſtrahere, ſi modo non con-
uenerit, ne liceat, *ff. de pignor. act. l. de acceſſionibus, ff. de
diuerſ. & tempor. praſcript. Rot. coram Reuerendiſſimo
Vrgellen. dec. 445. numer. 82. cum ſeqq. & in Æſina Bo-
norum* 20. *Februarij* 1641. *coram Reuer. P. D. meo Bi-
chio.*

Vnde ob non exiſtentiam pacti expreſſi non adi-
3 mitur creditori facultas vendendi, ſed ſolum † gra-
uatur onere id totum denunciandi debitori, quæ
tamen denunciatio non fuiſſet neceſſaria, ſi facultas
vendendi fuiſſet expreſsè ſtipulata, *l. 3. §. ſancimus ita-
que, C. de iur. domin. impetr. gl. in l. creditor. la. 2. verb. te-
ſtator. C. de diſtract. pignor. Caſtr. in d. l. ſi conuenerit, nu.
1. verſ. quando fuit actum, ff. de pignor. act.* & diſtinguen-
do dixit Rot. *d. deciſ. 445. ſub num. 12. verſ. in pracedenti
caſu. coram* Reuerendiſſimo *Vrgellen.*

De identitate autem mobilium ſubhaſtatorum vi-
ſum fuit amplius non eſſe diſceptandum, cum illa
ſatis iuſtificetur ex ſolo alias exhibito ſub oculis
Dominorum, vt latè fuit ponderatum in duabus vl-
4 terius deciſionibus huius cauſæ coram me, * ex quo
appatet, mobilia ſubhaſtata conuenire in qualitate, &
demonſtrarione cum mobilibus in inuentario de-
ſcriptis, exceptis aliquibus, quæ ex ſummario de no-
uo dato in hodierna diſputatione dignoſcuntur diſ-
crepare ab inuentariis, quorum excomputatio fiet in
relaxatione mandati, vt dictum fuit in alia huius
cauſæ deciſione, parum obſtante, quod in liſta pi-
gnorum per Maſſarolum Ciuitatis Anconæ fuerint
adnotata cum qualitate vetuſtatis, quia ab anno 1632.
& à die confecti inuentarij vſque ad annum 1637. ſe-
cutæ ſubhaſtationis potuerint de facilè, & præſertim
quæ conſiſtebant in pannis lineis, & vtenſilibus pati
aliquam temporis iniuriam, & aliquantulum lacera-
ri, & conſumi, ſed ex qualitate vetuſtatis inferri non
debet ad diuerſitatem, quia adhuc mobilia ſubhaſta-
ta, & inuentariata conueniunt in nominibus, ſpecie-
bus numero, aliiſque qualitatibns, & demonſtratio-
nibus, ex quib. abunde probari identitatem mobi-
lium, quæ eſt difficilis probationis dictum fuit in
vtraque vltima huius cauſæ deciſione.

Nec releuare dictum fuit depoſitum ab hæredibus
viri factum, quia, cum depoſita fuerint ſcuta 850.
creditum verò Lanfranconæ eſſet longè maius, †
5 tamquam non integrum non debuit attendi, eoque
non obſtante licitum fuit ad vlteriora procedere, ad
notata per *Doct. in l. debitores, C. debitor. vend. pign.
Crauett. conſ. 106. numer. 1. Tiraqu. de retrac. conuent. §. 4.
gloſſ. 6. num. 23.* Rot. *in recent. dec. 45. num. 3. par. 1. & co-
ram San. mem. Greg. XV. dec. 480. numer. 4. & 505. num. 6.*
Et ob huiuſmodi inſufficientiam Signatura nihil re-
ſcribir in cauſa appellationis, ſed A. C. mandauit ad
vlteriora procedi, depoſito non obſtante.

6 Nec obſtat, † mobilia huiuſmodi, ſequuta ſubha-
ſtatione, fuiſſe iterum traducta ad domum Lanfran-
conæ, ex quo inferebant informantes pro Fanellis:
Aut ſubhaſtationem fuiſſe fraudolenter factam, Vel
ſaltem non præiudicare debitori, quin ipſe, offeren-
do debitum, poſſit à ſuo creditore repetere, ac relue-
re pignus, ac ſi venditio facta non fuiſſet, vt probat
*text. in l. & , qui ſub imagine, vbi Bald. & cæteri ſcri-
bentes, C. de diſtract. pignor. Neguſ. de pignor. 1. membr.
6 par. num. 2.*

Quoniam pro reſponſione aduerterunt Domini
ad probandam hanc traductionem exhiberi fidem
7 Baiulorum Ciuitatis Anconæ, quæ tamen vti extra-
iudicialis, & non recognita non facit fidem, *Caſ. de
Craſſ. dec. 2. num. 13. de ſponſal.* & in hoc Tribunali non
attenditur. *Rot. coram bo. mem. Buratto dec. 199. nu. 10.*
8 Et, etiam ſi probaretur, non releuaret, quia, cum *
venditio facta fuerit ad inſtantiam Lanfranconæ, &
iure creditoris anterioris ius offerendi non compe-
tit, per *text. in l. cum prior C. de diſtract. pignor. Vinc. de
Franch. dec. 69. numer. 2. & 3.* ibique *Amend. in addit.
num. 7. in fin. Vinc. de Ann. ſingul. 56.* & articulo maturè
diſcuſſo, firmauit *Rot. coram Reuerendiſſimo Vrgellen.
deciſ. 445. num. 85. & 86. cum ſeqq. & in Æſina Bonorum
ſupracitata coram R. P. D. Bichio.*

Ad id verò, quod cauſa appellationis commiſſa
fuerit bo, me: Buccabellæ cum clauſula ſine præiudi-
cio legitimæ executionis. Ideoque validitas ſubha-
ſtationis, qui eſt actus conſequutionis cognoſci de-
9 beat ab A. C. † cui vigore d. clauſulæ fuit præſeruata
iuriſdictio iuxta *deciſ. 3. Caſ. de Graſſ. de ſent. & re iudic.
num. 4.* Ita vt coram ipſo executio cognoſci, & ter-
minari debeat, vt conſuluit *Lancellott. de attent. par. 2.
cap. 12. limit. 53. num. 32. & cap. 20. limit. 13. n. 17. Gonzal.
ſup. regul. 8. in annot. contra nullit. à num. 224. cum plu-
ribus ſeqq. Rot. coram Gregor. deciſ. 232. nu. 1. & in recent.
deciſ. 416. numero 2. par. 5.*

Placuit reſponſio, quod commiſſio appellationis
propter d. Clauſulam non ſuſpendat iuriſdictionem
Iudicis à quo, nec impediat, quo minus, non obſtante
appellatione, poſſit ipſe ad vlteriora procedere, ſed
10 tamen † non operatur, quin Iudex ad quem poſſit de
cauſa appellationis cognoſcere: immò verius eſt ſe-
cundũ opinionẽ à Rota ſæpius approbatam non ſolũ
poſſe

Digitized by Google

poſſe de iuſtitia cognoſcere, ſed reuocare omnia geſta per Iudicem à quo ſi conſtiterit iniuſtè proceſſiſſe, vt fuit dictum in *Placentina fideiuſsionis 22. Iunij 1592. coram bo:mem. Penia, relata per Marcheſan. de commiſſ. part. 1. fol. 218. num. 2. & 3. coram Seraph. dec. 845. num. 2.* vbi, quod d. clauſula non operatur tamen deuolutiuum, & ideo non impedit iuriſdictionem Iudicis ad quem, quo minus poſſit de iniuſtitia cauſæ cognoſcere, *Addit. ad Gregor. dec. 91. num. 13. & d. dec. 232. num. 4. in fin. & Rot. coram bo:me: Burat. dec. 185. nu. 6. ibique pariter Add. litera B. & in Leodien. Caſtri de Mombech. 9. Maij 1636. coram bon. me. Buccabella, quæ eſt dec. 132. num. 8. par. 7. recent.* In quibus omnib. firmatur poſſe Iudicem ad quem non obſtante clauſula, ſine præiudicio, cognoſcere cauſam appellationis, & agnita iniuſtitia ſententiæ, reuocare quæcunque geſta per Iudicem à quo, ne dum via ordinaria, ſed etiam per viam manutentionis.

Quo verò ad comeſtibilia conſumpta pariter dixerunt Domini, Lanfranconam non teneri ad eorũ reſtitutionem, nec ad pretium, aduertentes, illa ceſſiſſe in cauſam alimentorum, * quæ Lanfranconæ
11 viduæ non habenti aliunde, vnde ſe alere poſſet, debebantur ab hæredibus viri dotem non reſtituentibus, vt de communi tradit *Couarr. lib. 1. var. reſol. cap. 1. num. 3. verſ. ſexto*, cum pluribus relatis à *Rot. in recent. deciſ. 383. numer. 5. & 6. cum ſeqq. par. 5.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Cenſus.

Veneris 21. Febr. 1642.

SVMMARIA.

1 *Mandati de aſſociando extrema.*
2 *Identitas bonorum probatur ex confeſſione partis.*
3 *Confeſſione partis nulla eſt maior probatio.*
4 *Mandato de aſſociando locus eſt in vim pacti precarij ſuper bonis poſſeſſis poſt obligationem in cenſu, cuius fundus deiectus fuit non liberus, ſed fideicommiſſo ſubiectus.*
5 *Ampl. etiam contra ſingularem ſucceſſorem, ſeu poſſeſſorem.*
6 *Mandatum de aſſociando competit ratione poſſeſſionis translata per conſtitutum.*
7 *Ampl. etiam, quod ex poſt facto conſtituens deſierit ex toto poſſidere.*
8 *Aſſociatio contra fideiuſſorem non poteſt dari niſi ad limites illius obligationis.*
9 *Verba, In perpetuum, in obligatione intelligi debent iuxta ſubiectam materiam.*
10 *Obligationes tot dicuntur, quot ſunt pacta.*
11 *Fundo cenſito non libero, ſed ſuppoſito fideicommiſſo, competit actio tam ad fructus cenſus loco damnorum, & intereſſe promiſſorum, quam ad pretium, & ſortem, etiam ante euictionem, & moleſtias, vt res liberè tradatur.*
12 *Fideiuſſoris obligatio ex forma prouiſionum Bononiæ importat, quod bona tradantur libera.*
13 *Inhibitio reſoluitur in ſimplicem citationem, nec probationis gradum aliquod conſtituit circa fideicommiſſum.*
14 *Sententia inter alios, & ſine actis, & præſertim de recenti lata non probat contra tertium. Lim. vt numer. 15. 16. & 17.*

DECISIO CCXXIII.

Hippolytus Elephantutius 3. Iulij 1606. ſuper eius Prædio tornaturarum 225. poſito in Villa Mediſani impoſuit annuum perpetuum cenſum librarum 280. quem vendidit Baltaſſari de Luparis pro pretio libr. 4000. bonenotum, aſſerendo d. Prædium ad ſe ipſum liberè, & pleno iure ſpectare, nec eſſe alicui fideicommiſſo purificato, aut purificandũ ſubiectum, nec alicui reſtitutioni, aut caducitati obnoxium, promittendo ſoluere fructus debitis temporibus, dictumque cenſum, & Prædium cenſuatum perpetuo defendere, & manutenere, ac poſſeſſionem vacuam tradere. Aliàs teneri voluit ad omnia damna, & intereſſe, & de euictione in forma. Ad hæc omnia ſe obligauit in forma Cameræ Apoſtolicæ pro d. Hippolyto Cæſar de Caitis vti principalis principaliter, & inſolidum, obligando omnia ſua bona præſentia, & futura cum pactis pignorum, & precarij ſecundum formam prouiſionum Bononiæ. Ceſſante Elephantuccio in ſolutione fructuum d. cenſus, ad inſtantiam hæredum prædicti Baltaſſaris de Luparis coram Auditore Generali Bononiæ fuit intentatum iudicium immiſſionis in ſaluiano in poſſeſſione fundi cenſuati, ſed quia non potuerunt obtinere, ex quo ſe oppoſuit Octauianus Ioſeph de Elephantucciis, probando d. Prædium Medeſani eſſe ſubiectum fideicommiſſo q. Annibalis ſenioris de Elephantuccijs, eique tamquam fideicommiſſario aſſignatum fuiſſe in vim ſupradictorum fideicommiſſorum, & ſententiæ ſeparationis bonorum introduxerunt iudicium Aſſociationis bonorum coram eodem Auditore Generali Bononiæ contra Carolum Elephantuccium poſſeſſorem Prædij exiſtentis in Communi S. Ioannis in Triario, ſpectan. de tempore obligationis ad d. Cæſarem Caitum fideiuſſorem, à quo obtinuerunt ſententiam fauorabilem, deinde confirmatam in Rota Bononiæ, quæ cum fuerit in tertia inſtantia moderata per Auditorem Eminentiſſimi Cardinalis Legati, habito recurſu ad Signaturam, & cauſa mihi commiſſa, fuit dubitatum in Rota, An competat petita Aſſociatio ad ſupradictum Prædium S. Ioannis hodie poſſeſſum per Carolum Elephantuccium, & olim per d. Caitum fideiuſſo-
1 rem; Et affirmatiuè fuit reſolutum, quia † conſtat de extremis requiſitis in hoc iudicio, tam ex inſtrumento impoſiti cenſus, quam ex aſſignatione facta à Caito 4. Iulij 1608. omnium bonorum in fauorem creditorum rationem bancariæ, inter quæ legitur deſcriptum Prædium S. Ioannis de quo agitur, & ex venditione d. Prædij facta Carolo de Elephantucciis per Carolum de Barzellinis, vt procuratorem Comitum Odoardi, Ouidij, Gregorij, & Floriani de Barzellinis, ad quos ſpectabat vigore emptionis per Iulium Cæſarem de Barzellinis factæ à diuerſis creditoribus olim Cæſaris Caiti, quibus per Aſſumptos, & Capita creditorum d. Caiti inſolutum, & pro eorum reſpectiuè creditis aſſignatum fuerat. Et quamuis in ſupradicta aſſignatione facta creditoribus nulli exprimantur confines, attamen * ex aſſertione facta à Ca-
2 rolo de Elephantucciis, quando emit Prædium, quod venditoribus fuerat aſſignatum per Aſſumptos creditorum Caiti, reſultat propria confeſſio, quod Prædiũ fuerit aſſignatum per Cæſarem creditoribus, & ſic
3 identitatis, * qua non datur maior probatio. Vnde cum ex ſententia lata ad fauorem Octauiani Ioſephi ſuper ſeparatione d. Prædij, & aliorum bonorum ſubiectorum fideicommiſſo appareat

Prædium

Pıædium cenſuatum non eſſe liberum, ſed ſubie-
ctum fideicommiſſo, & hæredes Lupari fuiſſe impe-
4 ditos in exactione fructuum cenſus, * factus eſt lo-
cus obligarioni Caiti fideiuſſoris, & intrat Aſſocia-
tio vigore pacti precarij ſuper Prædio S. Ioannis poſ-
ſeſſo à d. Caito poſt obligationem, iuxta tradita per
*Bart.ın l.3.nu.19.verſ.& prædicta vera, & n.25. verſ.ſed
pone.C.de pignor.* contra Carolum de Elephantucciis ab
5 eo ex ſupradictis cauſam habentem, cum * competat
etiam contra ſingulares poſſeſſores, vt concludit *Bart.
6 vbi ſup.* quem omnes ibi ſequuntur. * Et hoc ratione
poſſeſſionis tranſlatæ ex conſtituto, *Ruin.conſ.127.nu.
7 1.lib.5.* † nulla habita ratione, quod ex poſt facto
ille, cuius nomine conſtituitur, deſierit ex toto poſ-
ſidere, *Soccin.ſen.conſ.82. num.8.vol.3. Alex.conſ.85.ſub
num.5.lib.6. Afflict.dec.326. Rot.coram Reuerendiſs.Vr-
gellen.dec.49.num.1. 6.& 7. & in recent.deciſ.587.num.
4.par.3.& ita paſsim.*
8 Nec facit, quod Cæſar Caitus † non fideiuſſerit
ſimpliciter, ſed limitatè pro ſolutionibus debendis in
annis nouem proximè futuris inchoan. à die 3. Iulij
1606. qua fuit impoſitus cenſus, &, vt ſequitur, fi-
nien. & non vltra, & propterea non poſſit dari Aſſo-
ciatio, niſi pro fructibus decurſis, & non ſolutis
intra tempus d. nouennij, iuxta diſpoſitionem *text. in
l. ſi fideiuſſor, §. vlt. ff. mand. vbi gloſſ. & Doct. & in l. pen.
§. ex duobus, C. de fideiuſſor.* non obſtantibus verbis ſub-
ſequentibus perpetuitatem denotantibus pro manu-
tentione eiuſdem cenſus, cum quoad ipſum Caitum
9 fideiuſſorem iſta * perpetuitas debeat intelligi iuxta
ſubiectam materiam, & ſic durante d. nouennio, &
non vltra, *gl. in l. & in perpetuum, ff. de procurat. cum
allegat. per Rot. deciſ.15. num.18. par.7. recent.* Quia Cai-
tus in inſtrumento impoſitionis cenſus duas fecit
diſtinctas obligationes. Alteram pro ſolutione fru-
ctuum cenſus, quam limitauit ad nouennium, & in
hac procedunt ſupra deducta. Alteram, cenſum fore,
& eſſe bonum, & pro tali perpetuo manutenere, &
ad generalem, & perpetuam defenſionem cenſus, &
bonorum cenſuatorum cum pactis vacuæ poſſeſſio-
nis tradendæ, & manutenendæ, & ſuſceptionis litis,
&, quemadmodum Hippolytus impoſitor cenſus di-
ſtinctè & ampliatiuè per verba, Promiſit inſuper d.
D. Hippolytus d. cenſum fore, & eſſe bonum; Ita
pariter Cæſar fideiuſſor repetendo verba, Ad gene-
ralem, ac perpetuam defenſionem bonorum cenſua-
torum & cum d. pleno pacto ſuſceptionis litis &c.
vti principalis, & inſolidum acceſſit, & conſequenter
iſta promiſſio habens in ventre verba repugnantia
temporalitati, non poteſt ad tempus nouennij coar-
ctari, &, ſicut eſt perpetua in impoſitore cenſus,
ita & in fideiuſſore obligato, repetitis eiſdem verbis
perpetuitatis. Et hunc intellectum ſuadet aliud
ſuadet aliud pactum appoſitum in inſtrumento im-
poſitionis cenſus, quod poſſet agi pro fructibus cen-
ſus contra omnes, & ſingulos bona cenſuata poſſi-
dentes, & quod infra nouem annos, aut in fine te-
neatur idem Hippolitus, prout promiſit, renouare
cædulam bancariam, vel præſtare aliam idoneam
cautionem, firma tamen ſemper remanente eiuſdem
Cæſaris obligatione ad defenſionem generalem cen-
10 ſus, & bonorum cenſuatorum. Et propterea, cum *
tot dicantur obligationes, quot ſunt pacta, non po-
teſt dici, quod d. obligatio facta in perpetuum reſtrin-
gatur ad tempus nouennij, ad quod eſt limitata pro-
miſſio fructuum.
11 Cum igitur * pateat ex prædictis Prædium, ſuper
quo fuit impoſitus cenſus, non eſſe liberum, ſed fidei-
commiſſo ſubiectum, ſupradictis hæredibus l Badaſſa-
ris competit actio tam ad fructus cenſus loco dam-
norum, & intereſſe promiſſorum, *Seraph. dec.383.nu.
6. & dec.787.num.4. & 5. & per tot. & in Romana cen-
ſus 19. Februarij 1618. coram bo:me: Vbaldo, penes Cenc. de
cenſib. poſt addit. deciſ.66.num.11.* quam ad repetendum
pretium & ſortem principalem, etiam ante euictio-
nem, & ante vllas moleſtias, vt res liberè tradatur,
*Surd.conſ.13.num.16.conſ.36. nu.23.lib.1. Giouagn.conſ.
98.nu.15 lib.1.* cum aliis pluribus allegatis per *Rot. in
Bononien. cenſus 20. Martij 1600. coram Penia, penes
Cenc. de cenſib. deciſ.46.num.1. & ſeqq. vbi in fine*, quod
12 obligatio * fideiuſſoris ſecundum formam prouiſio-
num Bononien. importat, quod bona tradantur li-
berè.
Minus releuat, quod non conſtet de fideicomiſſo
ex inhibitione, & ex d. ſententia, cuius vigore Præ-
dium cenſitum fuit aſſignatum Octauiano *Ioſepho*,
13 cum reſpectu inhibitionis † illa reſoluatur in ſim-
plicem citationem, quæ nullum facit gradum proba-
14 tionis, & reſpectu ſententiæ † illa fuerit inter alios
lata, neque probet ſine actis, præſertim vti lata de re-
15 centi. Quia d. † ſententia ſine actis probat factum
ſecutum, & ſic quod fundus cenſuatus fuit ſeparatus
ab hæreditate Hippolyti, & applicatus d. Octauiano
16 Ioſepho fideicommiſſario, &. * cum ſit lata ab Exe-
cutore ſuper ſtatu hæreditatis contra omnes credito-
res Hippolyti Elephantuccij, inter quos extat Octa-
uianus Ioſephus, ſitque executioni demandata 15. ab
hinc annis probat contra omnes creditores Hippo-
lyti Elephantuccij, inter quos extat Octauianus Ioſe-
phus, quemadmodum fuit reſolutum coram me in
Romana Cenſus 1. Martij 1641. & alias ſæpius; & † præ-
ſertim cum d. ſententia non deducatur ad effectum
illam exequendi, ſed ad probandum vt tenuit *Rota
coram Mantic. deciſ.350.num.9. & in Florentina Pecu-
niaria 21. Iunij 1621. coram bo:me: Vbaldo, & dec.296.nu.
4. par.5. recent.*
Demum non ſubſiſtit in facto, quod Carolus
Elephantuccius ſoluerit pretium anterioribus credi-
toribus Cæſaris Caiti fideiuſſoris, nec mirus *iuſtifi-
catur*, quod acquiſiuerit iura anteriorum creditorum
nam, ſi hoc eſſet, non permiſiſſet, contra ipſum ſu-
per huiuſmodi aſſociatione ferri *ſupradictas tres*
ſententias de partibus.
Et ita vtraque parte informante, Domini cenſue-
runt, Aſſociationem competere.

R. P. D. CERRO.

Anconitana Dotis.

Veneris 24. Aprilis 1643.

SVMMARIA.

1 *Executio capta dicitur per relaxationem mandati exe-
cutiui.*
2 *Finis litibus imponitur per proceſſum ad vlteriorem, &
perfectam executionem.*
3 *Executiuè contra tertium poſſeſſorem procedi non poteſt.
Lim. vt n.12.*
4 *Ampl. eo magis præcedente ex cautela Angeli proteſta-
tione de non exequendo.* Decl. vt n.9. & 11.
5 *Lim. niſi exceptio ſit turbida, & illiquida, & vt
num.9.*
6 *In heredes tranſeunt iura omnia defuncti actiua, &
paſsiua.*
7 *Via eadem executiua, qua poterat agi contra defunctum,
agi poteſt contra heredem.*

8 *Dotis*

8 *Dotis pro reſtitutione, non exiſtentibus bonis liberis, agi poteſt contra bona fideicommiſſaria aſcendentis.*

10 *Fideicommiſſi, dotis, vel donationis exceptio quando non impediat proceſſum ad vlteriora in executione, & num. 11.*

13 *Prælationis priuilegium mulieribus, & filiis competens non tranſit in hæredem extraneum, & ſingularem ſucceſſorem.*

14 *Priuilegium hypothecæ, & actio petendi dotem in bonis fideicommiſſi tranſit etiam in ceſſionarium, & hæredem extraneum.*

15 *Ampl. præſertim quando iudicium ſuper dotis reſtitutione fuit inchoatum à muliere viuente.*

DECISIO CCXXIV.

POſtquam ad inſtantiam Franciſcæ Lanfranconæ obtentum fuerat mandatum executiuum contra bona hæreditaria q. Hieronymi Fanelli ſui viri pro reſtitutione dotis, & præuiis pluribus deciſionibus coram me firmatum, D. Franciſcam non teneri ad reſtitutionem mobilium, quæ prætendebantur ab hæredibus d. Hieronymi, vt in deciſione diei 4. Iulij 1640. confirmata ſub diebus 19. Aprilis 1641. & 7. Februarij 1642. obijt Franciſca relicta ſibi hærede Diana Maſſeria matre, quæ d. creditum ceſſit Demetrio Pieritio in ſatisfactionem tot Debitorum Franciſcæ defunctæ, vnde Demetrius pro conſecutione ſui crediti producta in actis ceſſione, inſtetit, diſputari dubium, An eſſet procedendum ad vlteriora, & DD.
1 affirmatiuè reſponderunt, quia, cum per relaxationem mandati executiui fuerit iam diu cæpta executio, *Rota in Burgen. decimarum de Scalante* 28. *Octobris* 1586. *& in Carthaginen. Decanatus* 18. *Decembr.* 1587. *coram Bubalo. cum aliis relatis in Cornetana pecuniaria* 1601. *coram bo: mem: Card. Hieronymo Pamphilio, quæ eſt deciſ.* 826 *ſub num.* 1. *verſ. in caſu vero.* de quo
2 agitur, *par.* 4. *diuerſ.* conſequens eſt, * ad vlteriora procedi, vt finis tandem litibus imponatur, *l. quidam exiſtimarunt, in fi. ff. ſi cert. pet.*

Nec obſtat obiectum hodie excitatum, quod bona reperta in hæreditate Hieronymi ſint ſubiecta Auito fideicommiſſo Galeatij, & vti talia poſſideantur ab Equite, & fratribus de Fanellis, adeo vt proin-
3 de * contra ipſos tanquam tertios non poſſit executiuè procedi, iuxta Theoricam *Alex. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, num. 28. verſ. & bene facit, ff. de re iudic.*
4 cum præſertim † ſequendo cautelam *Angeli in d. §. ſi ſuper rebus, num.* proteſtati fuerint, ne ſuper his bonis vlla fieret executio, vt poſt *Bart. in l. ob maritorum, num.* 5 *verſic. quæro*, nunquid pendente d. proteſtatione; *C. ne vxor pro marito, dixit Rot. in S. Seuerini laudi* 23. *Ianuarij* 1638. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Ceſſat enim difficultas, quia cum non iuſtificetur, nec doceatur omnia, & ſingula corpora reperta in hæreditate Hieronymi abſorberi ab huiuſmodi fideicommiſſis, minuſque fuit diſcuſſum, quæ bona ſint ſubiecta fideicommiſſo Galeatij, & quæ fideicommiſſo Franciſci Senioris, nec demum, An ex perſona Hieronymi poſſint ſuper illis fieri detractio-
5 nes, * exceptio fideicommiſſi tanquam turbida, & illiquida non impedit vlteriorem executionem, vt firmauit *Rot. coram Card. Seraph. dec.* 1200. *num.* 5. *&* 6. *& in Romana Legatorum de Columna* 27. *Ianuarij* 1601. *coram Sacrato, impreſſ. poſt Pacific. poſt tract. de ſaluian. interdict. deciſ.* 83. *num.* 30. *cum ſeq. & alibi ſæpe.* Præſertim quia ex datis in Summario Pieritij appa-ret, Fanellos eſſe hæredes Hieronymi, & cœpiſſe poſſeſſionem bonorum ab eo relictorum cum mandatis de immittendo obtentis tàm hæreditario nomine ipſius Hieronymi, quàm etiam fideicommiſſario Galeatij, & ſemper in hoc iudicio vti tales comparuiſſe,
6 vnde, cum * in hæredes tranſeant omnia iura actiua,
7 & paſſiua, *l. pro hæreditariis, C. de hæred. act.* † Eadem via executiua, qua agi poterat contra Hieronymum, potuit etiam agi contra illius hęredes, *Galleſ. de oblig. Camer. qu.* 4. *num.* 1. *&* 12. *Rot. rec. deciſ.* 630. *nu.* 1. *par.* 1. *& dec.* 97. *num.* 12. *par.* 7.

Et, quatenus etiam hęc omnia iuſtificarentur, non releuarent, quia cum ſimus in fideicommiſſo aſcendentis, & ſit inconfeſſo inter partes, nulla alia adeſſe
8 bona libera, vtique, † eo non obſtante, diſtrahi poterant huiuſmodi bona pro dotis reſtitutione. *Auth. res quæ, C. comm. de legat. Bart. ibid. numer.* 4. *Iaſ. num.* 12. *Couar. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. *verſ. propter illud, Rot. diuerſ. dec.* 37. *numer.* 2. *par.* 1. *& in recen. deciſ.* 214. *nu.* 2. *par.* 6. vbi in ſpecie loquitur de bonis Aui, vnde, ſicut ipſi fratres de Fanellis vti ſucceſſores Galeatij tenerentur ad huiuſmodi reſtitutionem, ita multo minus per exceptionem huiuſmodi fideicommiſſi poſſunt impedire vlteriorem executionem in iſtis corporibus, quod ipſimet vocarunt hęreditaria Hieronymi, & fideicommiſſaria Galeatij.

Contraria verò procedunt, quando bona poſſidentur alio titulo, quam hæreditario, vel quando
9 poſſeſſor non habet cauſam à debitore, * in quibus caſibus locum habet Angeli cautela, & loquuntur omnes allegati in d. *l. Seuerini laudi*, vel vbi non agitur de reſtituenda dote ex fideicommiſſo aſcendentis, vel ſaltem vbi adhuc probatum non eſt, alia bona non extare, tunc enim, pendente probatione, ſuperſedetur in executione, vbi verò, prout hic, agitur pro rehabenda dote aduerſus fideicommiſſaria aſcendentis, & ex propria confeſſione hæredum
10 probatur non exiſtentia aliorum bonorum † exceptio fideicommiſſi tanquam incontinenti detecta, irreleuans non impedit proceſſum ad vlteriora, nec facit fideicommiſſarios legitimos contradictores, cum immo ad hunc effectum ſufficiat, quod incontinenti non doceatur de fideicommiſſo claro indubitato, & irreleuante, vt dixit *Rot. coram Card. Seraph. deciſ.* 757. *num.* 1. *&* 2. *& dec.* 83. *num.* 11. *poſt Pacif. de ſalu. interd.* cum aliis relatis in *dec.* 185. *num* 5. *&* 6. *cum ſeqq. par.* 5. *recen.* & ita quotidie ſeruatur in praxi in omnibus Tribunalibus, & in hoc præcipuè relaxantur mandata executiua contra bona hæreditaria debitorum re ne mandata relaxata exequantur contra bona, quę ipſe poſſidere allegat iure fideicommiſſi,
11 dotis, donationis, & ſimilium, * niſi doceatur de fideicommiſſo, dote, vel donatione, quæ ſit efficax ad impediendam executionem, & quæ nullam pariatur difficultatem, mandatur ad vlteriora procedi de exceptione, proteſtatione, & inhibitione non obſtantibus, vt dictum fuit in *Senogallien. prædij* 10. *Iunij* 1619. *coram R. P. D. meo Pirouano*, & in aliis pluribus relatis in *Romana*, ſeu *Æſina donationis Martij* 1640. *coram Reuer. P. D. meo Ghiſlerio*

Idque Domini facilius amplexi fuerunt, quia DD. de Fanellis in toto hoc iudicio reſtitutionis dotis
12 ſemper, & in quolibet actu fuerunt citati, vnde, * licet eſſent tertij, ex hoc ſolo poſſet contra illos executiuè procedi, iuxta celebrem Theoricam *Caſtrenſ. in l. cum fil. fam. ſub num.* 3. *verſ. ex quibus ſimiliter, ff. de verb. obligat.* Quam probarunt *Dec. conſ.* 69. *num.* 32. *lib.* 1. *Ruin conſ* 34. *in fin. volum.* 5. *Surd. conſ.* 334. *nu.* 12.

Rot.

Digitized by Google

Rot. plures referens in *Narnien. Succeſſionis* 18. *Iunij*
1631.*coram Eminentiß. Veroſpio,quæ eſt impreſſ.poſt Po-*
*ſtium in ordine dec.*325. *& in Ciuitatis Caſtelli Spolij* 7.
Maij 1638.*&* 10.*Maij* 1641.*corã* R.P.*D.meo Ghiſilerio.*
Nec facit, quod hodie reſtitutio non petatur à
muliere, vel filio, ſed à Diana Maſſeria, ſeu Deme-
13 trio Pieritio illius ceſſionaria, † quæ licet in hære-
dem extraneum,& ſingularem ſucceſſorem non tran-
ſeat priuilegium prælationis ſolis mulieribus,& filiis
competens ex diſpoſitione, *l.aßiduis, verſ.exceptis,*C.
qui pot.in pign.hab. vt aduertit *Alex. conſ.* 58. *num.*4.
*lib.*7.vbi,quod priuilegium conceſſum mulieribus,vt
in ſuæ dotis hypotheca præferatur,non tranſit, mor-
tua muliere,niſi ad filios,quem ſequitur *Facchin.con-*
*trou.iur.lib.*10.*cap.*30.*§.priuilegium, circa med.verſ.ad*
14 *heredes*; † nihilominus tranſit hypotheca, & actio
petendi dotem competens vigore, *d.auth. res quæ,*
*Gozzad.conſ.*97.*num.*10. *Add.ad Alex. d.conſ.*58. *num.*
4.*lib.*7.& diſtinguendo dixit Rot.*coram* Card.*Seraph.*
*deciſ.*678.*num.*10.*& ſeq.& in* Romana *Saluiani de Ca-*
ſalibus coram me 24.*Iunij* 1641.§. *& in omnem caſum,*
verſ. & ea abſolutè eſt vera confirmata, ſub 11. *Martij*
15 *præteriti coram* R.P. D.*meo Peutingero,*†maximè quan-
do, prout hîc, iudicium reſtitutionis ab ipſa mulie-
re viuente fuit inchoatum, vt eleganter præ cæteris
conſuluit *Menoch. conſil.*33. *numer.*8. *&* 42. *cum ſeqq.*
*Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.*7.*gloſ.*2.*par.*10. *num.*48.
cum ſeqq. Card.*Seraph.dec.*618. *num.*11.& plenius in
Romana Dotis 14. *Februarj* 1642. *coram Reuerendiſſ.D.*
meo Decano.

Et ita vtraque, &c.reſolutum fuit,procedendum
eſſe ad vlteriora, non obſtante fideicommiſſo Galea-
tij ſenioris Aui,&c.

R. P. D. CERRO.

Fanen. Dotis.

Mercurij prima Iulij 1643.

SVMMARIA.

1 *Mandatum relaxatum contra bona hæreditaria non comprehendit bona fideicommiſſo ſubiecta.*
2 *Executiue non poteſt agi contra tertium.ſed agi debet via ordinaria.*
3 *Identitas probatur ex combinatione qualitatum, & conuenientia demonſtrationum.*
4 *Deſcriptio in teſtamento probat contra heredem, & contra eius creditorem, & habentem ab eo cauſam.*
5 *Conſtituti clauſula transfertur poſſeßio.*
6 *Inſtrumentum adeptæ poſſeßionis illam probat, de alterius poſſeßione nonconſtito.*
7 *Fideicommiſſum ad effectum impediendi contra tertium executionem probatur leuioribus probationibus.*

DECISIO CCXXV.

IN altera deciſione huius cauſæ emiſſa ſub die 17.
Martij 1642. dictum fuit,mandatum relaxatum ab
A.C.ad fauorem Victoriæ Caſtracaniæ eſſe exequen-
dum contra bona hæreditaria Rainerij tantum, reie-
cta exceptione fideicommiſſi, tamquam non iuſtifi-
cati, cui reſolutioni licet in hac parte Hieronymus
acquieſceret, quia tamen agentes pro Victoria præ-
tendebant exequi mandatum etiam ſuper bonis per
Hieronymum poſſeſſis titulo fideicommiſſi q.
Hieronymi Nulphi ſenioris, iterum,propoſita cau-
ſa,reſponſum fuit, mandatum eſſe exequendum con-
tra bona hæreditaria Rainerij tantum.

Quantum enim ad huiuſmodi bona res tranſit ſi-
ne difficultate, vt dictum eſt, reſolutio non impu-
gnatur, quantum verò ad bona ſubiecta fideicom-
miſſo Hieronymi ſenioris,exequutio fieri non debet,
1 quia * mandatum relaxatum contra bona *hæredita-*
ria non comprehendit bona fideicommiſſo *ſubiecta,*
Rot.in Romana pecuniaria 1.*Iulij* 1626.*coram.bon.mem.*
*Merlino.& deciſ.*101. *num.*2. *coram Reuerendiſſimo Vr-*
2 *gellen.* † Nec contra tertium poſſidentem alio titulo,
quam hæreditario agi poteſt via executiua, ſed ordi-
naria, iuxtà theoricam *Alex. in l.a Diuo Pio,§.ſi ſuper*
rebus,numer. 28.*verſ.Et pro hoc bene facit.ff.de re iudic.*
paſſim à Rota probatam, vt in Anconitana Dotis 4.
Aprilis præteriti coram me.

Nec refert, vt in alia deciſione dicebatur, fidei-
commiſſum huiuſmodi non eſſe ſufficienter iuſtifi-
catum, quia ex teſtamento hodie in actis exhibito
conſtat, q. Hieronymum Nulphum ſeniorem inſti-
tuiſſe perpetuum fideicommiſſum ad fauorem pro-
ximioris ex maſculis de ſua familia, qualis eſt Hie-
3 ronymus iunior; * Identitas verò probatur ex com-
binatione qualitatum, & conuenientia demonſtra-
4 tionum expreſſarum in ipſo teſtamento, † quæ de-
ſcriptio probat ne dum contra Rainerium primum
inſtitutum, ſed etiam contra Victoriam creditricem,
& ab eo cauſam habentem, *Bal.conſ.*29.*num.*3.*lib.*1.
*Cephal.conſ.*386.*num.*29.*Peregr.de fideicom.art.*44. *nu.*
2.*verſ.item aſſertio.*

Huiuſmodi autem bona die poſſideri à Hieronymo
iuniore, eumque vocatum eſſe ad fideicommiſſum,
conuincitur ex eo,quod poſt longam litem fuerunt
tamquam fideicommiſſo ſubiecta reſtituta D.Hiero-
nymo vti proximiori,& ad fideicommiſſum vocato
per Lauram Marcolinam heredem Rainerij vltimi
morientis ex linea maſculina ipſius fideicommitten-
tis,prout in concordia, & tranſactione cum clauſula
conſtituti, & facultate capiendi poſſeſſionem pro-
pria auctoritate, & abſque alicuius Iudicis *licentia,*
& mandato. Summ.Hieronymi num. 2. * per quam
5 omnis poſſeſſio fuit tranſlata in Hieronymum con-
ſtituentem, *vulg.leg. quod meo. vbi DD.ff.de acq.poſſeſſ.*
iuncta vlterius poſſeſſione effectualiter *eius* vigore
apprehenſa,vt ex inſtrumento adeptionis, *eod.Summ.*
6 *num.*3.†quod, non docto de poſſeſſione alicuius, be-
nè probat, *l. prædia. & ibi gloſſ.in verb. declarauit, &*
*Bart. ſub nu.*1.*ff.de acquir.poſſeſſ.* Rota *coram bon.mem.*
*Buratt.dec.*67.*num.*1.

Ideoque, quidquid ſit de iuſtificatione fideicom-
miſſi, ſuper qua dd. noluerunt inſiſtere, cum hodie
non agatur ad iſtius canonizationem ad effectum
impediendi exequutionem ſuper bonis à tertio poſ-
7 ſeſſis, probationes viſæ ſunt ſufficientes, cum * ad
hunc effectum concludentes non requirantur, ſed
ſufficiant leuiores. *Bart.in extrauag. ad reprimen verb.*
*ſummarie, num.*31.*& in l.*1. C. *quorum bonorum.* cum
aliis per Rot.*dec.*568.*num.*1.*& ſeq. par.*5.*tom.*2.*recent.*
Et ita vtraque parte informante,&c.

R. P. D. MELTIO.

Aſculana Manutentionis.

Lunæ .... Maij 1646.

SVMMARIA.

1 *Immiſſio auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis debetur manutentio.*

2 *Poſſeſ-*

2 *Poſſeßio amittitur ex immißione à Iudice data alteri ritè,& rectè. Ampl. vt n.3. & 4.*

3 *Expulſionis colonorum loco ſufficit eorum recognitio, & numero 4.*

5 *Bona in executionem capta ad locum Pium ſpectantia ſtare debent ſub haſta per 20 dies, & ex ſtylo A. C. per menſem.*

6 *Terminus, Niſi infra tot, currere incipit à die intimationis, & illo durante in deliberatione, dicuntur bona ſtare ſub haſta, & poſſunt alij, & maiores oblatores offerre,& n. 7 8.& 9.*

10 *Subhaſtatio in vim mandati A. C. extra Curiam fit iuxta ſtylum loci,& Iudicis exequentis.*

11 *Pecuniæ interuentus requiritur in ſubhaſtatione pignorum, quæ fit iudicialiter, non ſufficit habere fidem de pretio.*

12 *Decl.id fuiſſe introductum ad ſolum fauorem creditoris, cui ille poteſt renunciare per conſenſum, vel non contradictionem, & n. 13. Ampl. vt n. 16.*

14. *Decl. ſecus ſtante contrario ſtylo loci.*

15 *Conſenſum præſtare deliberationi, habita fide de pretio,dicitur,qui inſtat deliberari vltimo oblatori.qui ſic obtulit,& num. 16.*

17 *Deliberatio facta abſenti quomodo, & quando ſuſtineatur.*

18 *Oblatio minor in quantitate dicitur maior, ſi ſit ſimplex, & ſine vlla conditione, & alia cum conditione.*

DECISIO CCXXVI.

MAgdalena de Piccininis vti hæres Flaminiæ de
Spinellis obtinuit ab A.C: mandatum pro
ſumma Florenorum 3300. contra bona q.Taddei Iot-
ti viri eiuſdem Flaminiæ pro conſecutione dotis in
prædicta ſumma eidem Taddeo aſſignatur, quod
exequi fecit contra d. bona, citata Franciſca de Fer-
ris hærede vſufructuaria, nec non Venerabili Con-
fraternitate Sanctiſſimi Corporis Chriſti Ciuitatis
Aſculi aſſerta hærede proprietaria d. Taddei, quæ
bona fuerunt poſtea ſubhaſtata, ac deliberata Sfor-
tiæ de Piccininis ſocero d. Magdalenæ pro Florenis
2550. qui, obtento mandato de immittendo, illo-
rum accepit poſſeſſionem. Vnde fuit hodie dubita-
tum, cui eſſet dandum mandatum de manutenendo,
& ad fauorem eiuſdem Sfortiæ tantum informan-
tis fuit reſolutum, quia,cum fuerit immiſſus au-
1 ctore Prætore * ritè, & rectè procedentis, eidem
non denegantur manutentio, *l. iuxta poſſides, ff. de
acquir. poſſ. Abb. in c. cum nobis, num. 5. verſ. ego
verò dico, de præſcript. Menoch. de retin. remed. 3. nu-
mero 575. Romana ſitus ſeu Caſaleni 15. Aprilis 1619.
coram Remboldo apud Moder. de manuten. deciſ. 46
numero 2. Aſculana bonorum 27. Martij 1628. coram
Durano.* Et * quælibet alia poſſeſſio etiam anterior
2 iſto caſu remanet extincta, & ſublata, *Ang. in l:
clam poſſidere, §. qui ad nundinas, numero 2. vbi Alex.
eod. numero 2. Iaſ. num. 1. ff. de acq poſſ. l. qui vniuer-
ſas, §. idem cum Prætor, ff. eod. Eugubina bonorum
25. Maij 1622. coram bo: mem. Pirouano, aſſiſſen. bo-
norum 2. Iunij 1627. verſ. primum enim,* ibi,*& Com-
munitates aſſiſij, coram b. m. Card. Virili, Romana
de Bombellis 31. Maij 1613. coram b. m. Card. Sacra-
to, deciſ. 9. num. 5. penes Modern. de manuten. Roma-
na deuolutionis 16. Februarij 1638. coram b. m. Buc-
cabella,* neque iſto caſu fuit neceſſaria aliqua ex-
3 pulſio anterioris poſſeſſoris, *Ang. in d. l. qui vniuer-
ſas, §. item Prætor, in fin. ff. de acq. poſſeſſ. Lancell. de
Poſt. de Subbaſt.* Pars II.
attent. par. 2. c. 4. limit. 1. num. 58. & 59. Idem *Mo-
dern. de manuten. obſeru. 12. num. 28. & obſer. 59. nu.
40. Hond. conſ. 20. num. 18. lib. 1. Ferret. conſ. 5. n. 9.
lib. 1. Maceraten. Hereditatis 4. Iunij 1590. coram
clara me. Card. Hieronymo Pamphilio, Poſt d. tract.
de manuten. dec. 74 num. 3. & dec. 202. num. 5 & 6.
par. 1. & deciſ. 381. num. 1. par. 4. diuerſ. Saraph. deciſ.
4 422. num. 6. & 1325. num. 1.* Cum * ad iſtum effectum
ſufficiat, poſſeſſorem fuiſſe à Colonis recognitum,
*Alex. in l. quod mea, num. 25. ff. de acquir. hered.
Tiraq. de conſt. par. 3. limit. 14.* Idem *Modern.
obſeru. 59. nume. 41.* & fuit firmatum in *Maceraten.
hereditatis n. 4.* & poſtea in *Mediolan. Bonorum 9.
Februarij 1591. coram bon: mem: Cardin. Plaito Poſt. d.
tractatum deciſ. 76. n. 1.*
5 Neque obſtat, quod * bona ſubhaſtata non ſte-
terunt ſub haſta ſaltem per viginti dies requiſitos
de iure communi, & triginta de ſtylo A. C. cuius
mandati vigore fiebat ſubhaſtatio iuxta text. in
*auth. hoc ius porrectum, verſ. quo ſubſequuto, C. de Sa-
croſ. Eccleſ.*

Obiectum enim quoad ius commune tollitur
ex facto, quia bannimenta fuerunt commiſſa ſub
die 26. Auguſti 1641. Summario Sfortiæ num. 9.
Oblatas verò obtulerunt 9. Septembris, & decre-
tum adiudicationis ad fauorem plus offerentis e-
manauit ſub vndecima eiuſdem Menſis Septemb. d.
Anni 1641. quod decretum cum non eſſet ſimplex,
& purum, ſed ſub conditione, niſi infra quinde-
cim, vt legitur in eodem Summario Sfortiæ num. 4.
6 † qui cæperunt recurrere die 16. Septembris, qui
fuit dies intimationis, & terminauit die 1. Octobr.
7 per conſequens * vſque ad hanc diem poſſunt dici,
bona ſteriſſe ſubhaſta, atque ideò ex huiuſmodi
temporis interuallo, valdè excedente terminum vi-
ginti dierum, ſatisfactum videtur ſolemnitati re-
8 peritur, * quæ inducta fuit ad effectum repetiendi
9 plures, & maiores oblatores, quod, & † dilatione
pendente bene fieri potuit, quod probatur ex ipſo
text. vt dixit *Rota deciſ. 32. numero 6. & deciſ. 64.
numero 5. poſt Modern. Peruſ. de ſubhaſt.* Quo verò ad
ſtylum A. C. iſte pariter non obſtat, quia, licet talis
ſubhaſtatio fuerit facta vigore mandati A. C. ta-
10 men, dum fuerit facta in Ciuitate Aſculi, * iuxta
praxim, & ſtylum illius Ciuitatis, & Iudicis exe-
quentis illa debuit fieri, *l. 3. in fin. ff. de teſtib. Bart. in
l. omnes populo, num. 15.* & ibi *Iaſ num. 2. ff. de inſt: &
iur. Grat. diſcept. for. c. 7. num. 2. & c. 479. num. 17. &
c. 545. num. 21. Mangill. de ſubhaſt. quæſt. 27. num. 11.*
& idem *Modern. inſpect. 24. num. 12. Romanus conſil.
357. num. 11. Rota deciſ. 96. num. 15. coram Buratto,
& deciſ. 352. num. 8. coram Papa Greg. XV. Romana
Domus 19. Nouembris 1632. coram bo. me: Card. Ve-
roſpio, poſt d. Modern. deciſ. 84 num. 8.*

Non releuat, huiuſmodi ſubhaſtationem non
11 ſubſtineri, † cum non interuenerit pecunia, ſed
habita fuerit ſolummodo fides de pretio, contra
diſtinctionem tex. in *l. à Diuo Pio, §. ſi emptore, ff. de
re iud.* & fuit reſolutum in *deciſ. 27. numer. 1. coram
Papa Greg. XV.* vbi etiam recenſentur pluries deci-
ſiones, *Mangill. eodem tract. quæſt. 17. nu. 11.* quia,
12 cum * id fuerit adiunctum ſolum fauore creditoris,
ad effectum ſcilicet, vt ipſe poſſit conſequi facilius,
quod ſuum eſt, ita, eo conſentiente, & habita fide
de pretio, poteſt deueniri ad ſubhaſtationem, & de-
liberationem, nulla habita ratione, quod non fue-
13 rit præſens pecunia, cum † conſenſus, vel non con-
tradictio creditoris ſuppleat huiuſmodi defectum,

Digitized by Google

Imol. in d. l. à Diuo pio, §. ſic quoque, numero 29. in gloſ. in V. cepiſſ. de re iud. Caſtrenſ. in l. eleganter, §. ſi vendiderit, in principio, numero 1 ff. de pignor. Veſtr. in pract. lib. 5. c. 7. n. 4. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 8. n. 3. quæſt. 13. num. 17. Grat. diſcept. for. c. 7. num. 6. verſ. dummodo creditor, c. 326. num. 5. Rota dec. 231. nu. 4. dec. 464. num. 1. par. 2. deciſ. 507. num. 3. verſ. & licet, par. 4. recent. deciſ. 23. & ibi adden. num. 5. & 470. num. 4. coram Greg. XV. Camerinen. Spolij 15. Iunij 1600. & *Aſculana prædij 22. Iunij 1609. coram bo:*
14 *mem. Card. Sacrato.* † Idemq; procederet, ſi de more, & ſtylo Regionis eſſet, quod ſubhaſtatio fieret non præſenti pecunia, dum tamen talis ſtylus probaretur, ut tradunt *Rebuff. Ferrar. & alij, de quibus per Coller. de proceſſ. exequut. par. 13. c. 9. nu. 9. Grat. diſcept. for. c. 7. num. 6. Mangil. d. quæſt. 13. num. 19. Adden. ad Greg. XV. deciſ. 23. num.* 7. De dicto autem conſenſu præſtito non poteſt dubitari, dum Hieronymus Procurator Magdalenæ ſub die 11.
15 Septembris inſtetit deliberari vltimo oblatori, * hoc enim modo declarauit, ſe contentum habere fidem
16 de pretio d. *Summario num.* 4. & , * ad effectum, de quo agitur, ſufficit conſenſus de tempore deliberationis; *Mangil. d. quæſt. 13. num. 18. verſ. & ratio eſt, Rot. deciſ. 231. num.* 4. vbi ceſſat, ſtante conſenſu Creditoris in actu deliberationis, *par. 4. recent. Adden. ad d. deciſ. 23. num. 6.*

Minuſque obeſſe videtur, quod talis deliberatio fuerit facta abſenti, quia, † cum præceſſerit obla-
17 tio per ipſum Sfortiam facta, & ſubſequuta fuerit ratificatio d. deliberationis per acceptationem poſſeſſionis vigore mandati de immittendo conceſſi per ſolutionem pretij per eumdem Sfortiam factam, vt apparet ex eius *Summ. num. 5. & ſequen.* Iſta quidem poſſunt ſufficere ad ſupplendum defectum eius abſentiæ in actu deliberationis, *Fabian. de Mont. de empt. & vendit. quæſt. 5. nu. 91. verſ. nec requiritur,* & comprobatur per *Scacc. in eius tract. de re iud. gloſ. 14. quæſt. 29. ſub n. 86.* idem dicendum eſt, & ſequitur *Valaſc. dec. 37. n. 3.*

Tandem ceſſat obiectum factum reſpectu quartæ oblationis maioris in ſcutis viginti quinque;
18 Quia * oblatio Sfortiæ licet fuerit minor in quantitate, eſt tamen iudicanda maior, cum fuerit ſimplex, & ſine vlla conditione, alia verò quamuis maior fuit conditionalis, & per conſequens non erat attendenda *Grat. diſcept. for. cap. 7. n. 4. Alex. conſ. 78. viſo & diligenter, n. 29. lib. 5. Grat. conſ. 93. numero 75. lib. 1. Rota dec. 492. numero 14 coram Papa Gregor. XV.*

Et ita, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Portuen. Stagni.

Veneris 8. Februarij 1647.

SVMMARIA:

1 *Hæredi licitatoris de adepta poſt ipſius mortem poſſeſſione non docenti non competit manutentio, & n. 8.*
2 *Immiſſionis petitio eſt poſſeſſionis excluſio.*
3 *Manutentio non datur ſine poſſeſſione.*
4 *Poſſeſſio penes duos in ſolidum eſſe non poteſt.*
5 *Manutentionis decretum abſque actuali apprehenſione non transfert poſſeſſionem.*
6 *Locatio ſine receptione penſionis non probat poſſeſſionem ſecus cum perceptione, & n. 3. in fi.*
7 *Detentio mutata cenſetur in poſſeſſionem legitimam ex ſuperuenienti titulo abſque alia animi declaratione. Lim. vt n. 9.*
10 *Tituli nullitas opponi poteſt etiam in iudicio manutentionis vel poſſeſſionem perimens.*

DECISIO CCXXVI.

Re propoſito dubio ſuper manutentione portionum in Campo Salino, & Stagno Portuen: Participantibus abſolutè denegata. Victorio vero Piccino poſt obitum ſui Patris, cui tanquam vltimo licitatori fuerant deliberatæ, ſub eadem forma ite-
1 rum hodie Domini eam denegarunt. Quia † Victorio poſt mortem Patris obſtat defectus poſſeſ-
2 ſionis nullis actibus iuſtificatæ, * ac excluſæ ex petita tunc temporis immiſſione earundem portionum, vt tradit *Card. Mantic. dec. 20. num. 1 & 174. num. 5. & 7. par. 4. diuerſ. & coram Seraphino deciſ. 1268. in fin. coram Caualer. 534. num. 5. coram Burat. 160. vbi Add. n. 17.*

3 Participantibus vero pariter obſtat non iuſtificata poſſeſſio, ſine qua manutentio non conceditur, vulgato *§. retinendæ & §. hodie, Inſtitut. de interd. Menoch. de retin. remed. 3. num. 260 Boccat. de interd. vti poſſid. cap. 10. n. 7.*

Hæc enim participantium poſſeſſio excluditur, durante vita Marci Catalani ex pluribus locationũ inſtrumentis proprio nomine ſtipulantis à Franciſco Piccino effectum ſortibus per receptionem pen-
4 ſionis conuentæ, cum * penes duos in ſolidum eſſe non poſſit, iuxta *reg. text. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſ. & in l. ſi duo. ff. vti poſſid.* Poſt obitum vero eiuſdem Marci, nec probata dici poterit, vel ex decreto manutentionis reportato à Iudicibus
5 per A. C. deputatis, dum * illud abſque actuali apprehenſione poſſeſſionem transferre non potuit, *iuxta text in l. 1. § ſi vir. ff. de acq poſſ. & in l. denique ff quib. ex cauſ. maior. Oldrad. conſ. 227. num. 5. verſ. ſed ad id reſpondetur dupliciter. Rot. coram Gregor. dec. 546. n. 9. & coram Caſſad. deciſ. 7. de cauſ. poſſ. & propriet. num. 1.* Vel ex locationibus de anno 1633.
6 & 1639. poſt obitum Franciſci peractis, * dum conuenta ibidem penſio à locatoribus non probatur recepta, vt probat *text. in c. inter dilectos. in fi. de fid. inſtrument.* & notant *DD. in l. qui vniuerſas. §. qui per colonum & in l. quamuis. §. ſi conductor. ff de acq. poſſ. Gabr. de locat concl. 4. n. 1. Rot. dec. 1. de fid. inſtrument. in antiq.*

Non obſtat, quod omnia emolumenta ex prædictis locationibus retracta, diuiſa probentur inter Participantes, qui idcirco vti portionum controuerſarum detentores debeant manuteneri, attento præſertim ſuperuenienti titulo iuris accreſcendi per o-
7 bitum Marci Aurelij purificato, ex quo † detentionem in poſſeſſionem legitimam abſque alia animi declaratione ſibi mutaſſe cenſentur.

Quia controuerſarum portionum poſſeſſio Franciſco antea attributa non probatur à Participanti-
8 bus formaliter occupata poſt illius obitum, * nec videtur idcirco manutenibilis, vti innixa ſoli iuris accreſcendi titulo per plures deciſiones coram E-
9 minentiſſimo D. meo Cardinali Panzirolo excluſo, atque reiecto; * Eius enim nullitas impedimento fuit, quin Participantes cauſam poſſidendi ſibi mutare potuerint, vt præter relatos in deciſione prætetita notant *Add. ad dec. Gregor. 546. num. 15.* & aduertit. *Rot. in Romana Domus ad Transtyberim*

18 *April*

Digitized by Google

10 18. *April.* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio*, &* poteſt in hoc, licet ſummariſſimo, poſſeſſionis iudicio opponi, ex quo poſſeſſionem perimit, vt firmat, adducta *deciſ. in Romana Domus ad Tranſtiberim, & in Romana Officij Mandatariatus* 23. *Martij* 1637. *coram Eminentiſſimo Cardinali Panzirolo.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ROYAS.

Ariminen. Carcerationis.

Veneris 15. Martij 1647.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutio aduerſus aditionem hereditatis commiſſa executionem impedit, non ſecus ac appellatio.*

2 *Ampl. eo fortius poſt inhibitionem.*

3. *Attentata poſt inhibitionem ſunt reuocanda.*

4 *Executio cœpta non retardatur per ſubſecutam reſtitutionem in integrum.*

5 *Executio cœpta dicitur per relaxationem mandati, vel executorialium, etiam ſi ad actualem pignorum captionem deuentum non ſit.*

6 *Inhibitio ſufficit præſentata aduerſario, vel illius procuratori, & Birruariis in actu carcerationis, vt ea inde vti attentata reuocetur.*

7 *Inhibitio poſt cæptam etiam executionem eam retardat donec moderetur.*

8 *Subreptionis exceptio non excuſat ab inhibitionis obſeruantia.*

9 *Subreptionis commiſſionis cognitio non ſpectat ad partem inhibitam, ſed ad Principem.*

10. *Commiſſione in auocatoria mentio facienda eſt litis pendentia.*

11 *Reſcripta Iuſtitiæ ſubreptitia non ſunt ipſo iure nulla, ſed exceptionis ope veniunt annullanda, ſecus in reſcriptis Gratiæ.*

12 *Attentata quæ ſunt debent purgari, retractari, & in priſtinum reduci.*

DECISIO CCXVIII.

INformante tantum Bonifacio Gambuccio, dictum fuit, carcerationem non ſuſtineri. Tum quia facta legitur, pendente cauſa reſtitutionis in integrum commiſſa per Signaturam Iuſtitiæ Vicario Ariminen aduerſus aditionem hæreditatis paternæ damnoſæ factæ per eundem Bonifacium ſine beneficio legis & inuentarij tempore quo ipſe erat minor,
1 * quæ reſtitutio impedit executionem, non ſecus ac appellatio, *Rip. in l.* 4. *§. condemnatum, num.* 30. *ff. de re iudic. Franc. in c. bona. num.* 36. *de appell. Alex. conſ.* 223. *num.* 6. *lib.* 6. *Benint. dec.* 85. *num.* 11. *& ſeqq. Rot. dec.* 51. *ſub numer.* 1. *verſ. & ideo de appell. in nou. Buratt.* 504. *numero* 5. *vbi Add. littera B.* allegat concordantes, & in puncto, quod, pendente reſtitutione aduerſus inconſulto aditam hæreditatem ſine beneficio *l. & inuentarij eſſet ſuperſedendum*, dixerunt *Natt. conſ.* 427. *in fin. lib.* 2. *Odd. de reſt. in integr. q.* 89. *art.* 7. *numer.* 54. *&* 55. cum aliis congeſtis per *Marcheſ. de commiſſ. par.* 2. *fol.* 134. *n.* 44. *&* 45. Tum
2 &* fortius quia deinde vigore commiſſionis reportæ ſuper reſtitutione in integrum emanauit à Vicario Arimin. Iudice delegato inhibitio contra omnes creditores d. Bonifacij, & ſignanter contra Maſios, ſiue illorum Procuratorem, ne auderent eum moleſtare; inde poſt eiuſdem inhibitionis præſentationem Maſij debebant abſtinere ab vlteriori execu-
3 tione mandati, ita, & taliter, vt * omnia in poſterum geſta attentata veniant reputanda, *c. non ſolum, in fi. & c. Romana, §. fin. autem poſt ſententiam*, vbi notant *DD. de appell. in* 6. *Achil. dec.* 29. *numero* 3. *de appell. Rot. d. dec.* 51. *numero* 1. *verſic. videlicet, de appell. in nou. & dec.* 74 *nu.* 3. *&* 328. *nu.* 1. *par.* 1. *recent. & par.* 4. *dec.* 670 *n* 1. *Greg XV. dec.* 305. *n.* 1. *&* 465. *nu.* 4. *Burat. dec.* 909. *per tot.* & fuit reſolutum in *Romana ſeu Albiganen.* Bonorum 14. *Decembris* 1646. *R. P. D. meo Cerro.*

4 Non obſtat, ſi dicatur, quod † executio cœpta non retardatur per ſubſequentem reſtitutionem in integrum, *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 18. *num.* 131. *Honded. conſ.* 18. *n.* 18. *l.* 1. *Put. deciſ.* 277. *l.* 2. *in correct. Caſ. de Graſſ. dec.* 1. *num.* 14 *de reſtit. in integr. Seraph.*
5 *dec.* 777. *num.* 12. *Buratt. dec.* 397. *num.* 4. † executionem autem dici cœptam per relaxationem mandati, vel executorialium, licet ad actualem pignorum captionem deuentum non fuerit, ſeruat *Rota*, vt fuit dictum in *Peruſina Bonorum de Seraphinis* 10. *Maij* 1600. *coram Corduba, apud Marcheſ. de commiſſ. par.* 1, *fol.* 480. *in Burgen. Praeminentiarum* 3. *Iulij* 1603. *coram Manzanedo*, apud eundem *Marcheſ. par.* 2. *fol.* 119. *num.* 2. *in Lun. Sarzanen. Iuriſpatronatus* 26. *Februarij* 1625. *coram bo: mem. Archiepiſcopo Seleucien. Buratt. dec.* 268. *num.* 5. *vbi Add. littera* C. allegat concordantes.

Nam fuit per Dominos reſponſum, obiectum ceſſare in præſenti, ſtante inhibitione Vicarij Ariminenſis Iudicis ſuper reſtitutione in integrum, quæ legitur præſentata Maſiis, ſiue illorum Procurato-
6 ri, nec non Birruariis in actu Carcerationis, * quibus inhibuiſſe ſatis eſt ad hoc, vt carceratio inde ſecuta tanquam attentata reuocetur, *Caſ. Graſſ. dec.* 6. *num.* 3. *de cauſ. poſſ. & propriet. Rota in Valentina Preceptoriæ* 10. *Maij* 1927. *coram Cardin. Virili, & in Veliterna Fideicommiſſi, ſeu Attentatorum* 13. *Maij* 1644. *coram R. P. D. meo Cerro*; quæ * inhi-
7 bitio donec fuerit moderata, etiam poſt ceptam executionem eam retardat, vt notabiliter declarat *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 18. *ſub numer.* 119. *verſ. præmiſſa tamen, & cap.* 20. *ampl.* 30. *vbi n.* 2. loquitur in ſpecie de carceratione facta poſt inhibitionem; *Rota dec.* 51. *nu.* 1. *verſ. maxime quia. de appell. in nou.*

Minus obſtat, quod d. inhibitio emanauerit vigore commiſſionis ſuper reſtitutione in integrum, quæ extat ſubreptitia ob non factam mentionem decreti Exequatur, antea emanati contra perſonam, & bona propria impetrantis ob non exhibitum in-
8 uentarium, nec de inuentariatis redditam rationem; nam ſat eſt dicere, quod * exceptio ſubreptionis non excuſat ab inhibitionis obſeruantia, *Ac-*
9 *chill. dec.* 29. *num.* 2. *de appell.* & ratio eſt, quia * cognitio ſuper ſubreptione commiſſionis non ſpectat ad partem inhibitam, ſed bene ad Principem, ad quē de facili poterat haberi recurſus pro commiſſionis, & inhibitionis moderatione, vt dixit *Rota dec.* 513. *numero* 9. *par.* 1. *recent. & dec.* 87. *numero* 7. *apud Zacch. de oblig. camer. & in Calaguritana Beneficiorum* 10. *Aprilis* 1613. *coram Card. Sacrato, impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par.* 2. *fol.* 478. *numero* 2. *& in Ianuen. Separationis Thori* 24. *Ianuarij* 1646. *coram R. P. D. Meltio*, & id totum facilius ſibi locum vendicat in caſu noſtro, quo nec verſamur in commiſſione Auocatoria, * in qua de neceſſitate eſt
10 facienda mentio litis pendentiæ, vt diſtinguit *Seraph. deciſ.* 763. *num.* 6. *Rot. dec.* 655. *num.* 3. *p.* 1. *rec.*

nec docetur oppoſitum de ſubreptione coram Vi-
11 cario Ariminen. cum tamen * reſcripta Iuſtitiæ, quamuis ſubreptitia, non ſint nulla ipſo iure, ſed ope exceptionis veniat annullanda, *c. cæterum, c. ad audientiam, il. 2. de reſcript. Pariſ. conſ.* 134. *n.* 17. *& ſeqq. lib.* 4. *Buratt.* in terminis commiſſionis ſubreptitiæ *dec.* 74. *num* 4. & diſtinguendo inter reſcripta Iuſtitiæ, & Gratiæ tradit *Abb. in d. c. ad audientiam, il* 2. *num.* 5. 8. *&* 14. *de reſcript. Menoch. de arbitr. c.* 201. *num.* 3. *Sanch. de matrim. lib.* 8 *diſput.* 21. *num.* 3. *Barboſ. in Collect. in c. ſuper litteris,* 20. *num.* 7. *de reſcript.*

Quibus ſtantibus, cum conſtet, carcerationem d. Bonifacij, ac omnia alia ſubſecuta poſt d. Inhibitionem fuiſſe attentata ex ſupradictis, vtique ſub-
12 ſtineri non valent. Vnde * omnia ſunt purganda, & retractanda, & in priſtinum reducenda, vt extat deciſum *in c. veniens, de iur. c. ex parte, de appellat. & in c. non ſolum, in fin. vbi gl. fin. de appell. in* 6. *Caputaq. dec.* 56. *par.* 1. *Rota coram me in Romana Fideicommiſſi de Martanis* 11. *huius menſis Martij* 1647.

Et ita, &c.

R. P. D. CERRO.

Bononien. Legati.

Lunæ 8. Aprilis 1647.

SVMMARIA.

1 *Hæredes plures tenentur pro virili ad legati ſolutionem in actione perſonali, & n.* 3.

2 *Mandatum, vel ſententia in parte exceſſiua ſi fuerit executioni demandata, ob illius indiuiduitatem corruit in totum. Decl. vtn.* 5. 6. 7. *&* 8.

4 *Solutio à duobus debitoribus de re communi communiter facta intelligitur ab vtroque pro rata, & vtrique prodeſt liberatio.*

9 *Legatarius prefertur in bonis legantis.*

DECISIO CCXXIX.

AD impediendam vlteriorem executionem contra bona Lucæ defuncti iuxta binas præcedentes reſolutiones Informantes pro Gandulpho duo nouiter deduxerunt.

Alterum, quod, cum Ludouicus de Muzzolis Deceſſerit relictis duobus filiis, Luca ſcilicet, &
1 Gandulpho, qui illius hæreditatem adiuerunt, * vnuſquiſque ipſorum per ſolutionem legati, de quo agitur, Eleonoræ relicti in ſumma ſcutorum 3000. teneretur tantummodo pro virili, ſcilicet ad libras ſexmille, iuxta diſpoſitionem *text. in l.* 1. *§. in omnibus vbi gloſ. & Doct. C. Comm. de legat.* Ideoque dum Lucas in actu ſponſalium eidem Legatariæ, illiuſque Coniugi perſoluit libras 800. & ceſſit creditum librarum 4000. conſequens eſt, vt pro complemento dd. librarum 6000. remanſerit ſolum debitor in libris 1200. & proinde contra illius bona hæreditaria procedi non poſſit ad vlteriorem executionem pro medietate ſummæ contentæ in mandato A. C. quod fuit relaxatum pro libris 7200.

Alterum, quod cum d. mandatum pro præfata
2 integra ſumma fuerit executioni demandatum, * dum non ſuſtineretur quoad dimidiam debitam à Gandulpho ob reſiſtentiam pacti initi in contractu matrimonij, nec ſuſtineri poſſit quoad alteram dimidiam debitam à Luca, cum mandatum, vel ſententia in parte exceſſiua, ſi fuit executioni demandata, ob illius indiuiduitatem corruat in totum, *l. ſi non ſortem. § ſi centum. vbi Iaſ. numero* 1. *& Caſtr. num.* 1. *&* 2. *ff. de cond. indeb. Card. Caualer. dec.* 84 *n.* 1. loquens in ſpecie de mandato relaxato contra plures hæredes.

Verum, his non obſtantibus, repropoſita cauſa, Domini ſteterunt in deciſis.

3 Primum enim corruit ex facto, quia, licet * vera ſit concluſio, quod hæredes in actione perſonali ad ſolutionem legatorum teneantur ſolum pro virili; Attamen non ſubſiſtit, quod ſolutio, & reſpectiue aſſignatio dd. librarum 4800. facta fuerit ſolum à Luca, ſed contrarium apparet ex inſtrumento dotali, in quo Gandulphus etiam interuenit, ac inſolidum ſoluit, ceſſit, & ſponſis dictum creditum inter ipſos commune aſſignauit, ibi, Ipſe D. Lucas, nec D. Gandulphus eius frater, &c. & quilibet eorum dedit, ceſſit, &c. eidem Alexandro ſponſo præſenti, &c. tantam ratam partem crediti, quod ipſi Muzzoli habent cum prædictis hæredibus D. Vincentij Bantij, &c. quod quidem creditum ipſi DD. Muzzoli vna etiam principaliter, & inſolidum ſe obligantes, &c. promiſerunt, & quilibet eorum promiſit d. creditum, &c. manutenere verum, & reale iuxta formam *&c. proceſſ. de partib. fol.* 8.

4 * Dum enim quantitas aſſignata communis erat inter ipſos fratres, qui communiter pariter illam ſoluerunt, & reſpectiuè aſſignarunt, ſolutio cenſetur facta ab vtroque pro rata, ita ut ipſorum ſingulis liberatio prodeſſe debeat, per *text. in l. cum duo, ff. de duob. reis. Caſtr. conſ* 392. *circa fin. verſic. in eo vero, lib.* 1. *Cuman. conſ.* 24. *n.* 2.

5 Secundum vero obiectum, * procederet, ſi vnus tantum adeſſet debitor, & contra ipſum ſolum mandatum fuiſſet relaxatum, & lata ſententia, in quibus terminis procedunt etiam deducta per *Affl. dec.* 218. *per tot.* quem ſecuta fuit *Rota in Viterbien. Fideicommiſſi, ſeu Attentatorum* 13. *Maij* 1644. *coram*
6 *me, §. nullaque hic articulus,* * ſecus autem vbi, prout hic, duo, vel plures adſunt debitores, & contra omnes mandatum relaxatum fuit, & ſententia promulgata, tunc enim propter diuerſitatem perſonarum diuerſæ dicuntur petitiones, *Iaſ. in l. ſcire debemus, num.* 5 *verſ. ſecundo amplia, ff de verb. obl.*
7 ita ut, * licet ſuſtineri non poſſit aduerſus vnum, ſuſtinetur tamen aduerſus alterum, iuxta theoricam *Bald. in l. ordo, ſub num.* 10. *verſ. quæ de duobus C de execut. rei iudic.* communiter approbatam, vt per *Soccin. in l. certi conditio, § quoniam igitur, num.* 11. *verſ. limitatur.* 2. *ff ſi cert. pet. Alex. conſ.* 31. *num.* 20. *lib* 4. *Cabell. conſ.* 31. *num.* 3. *&* 4. *Carpan. ad Statut. Mediolan. lib.* 1. *cap.* 168 *ſub num.* 6. *verſ fallit, ſi ſit facta. Afin. de execut. §* 7. *cap.* 302. *num.* 2. *Margil. de ſubhaſt. q.* 6. *num.* 18 *Poſt. eod. tract. inſp.* 50. *num.* 8. *cum ſeqq. Rot. dec.* 33. *n.* 15. *par.* 2. *diuerſ.*

Nec applicantur deducta coram *Card. Caualer.*
8 *dec.* 84. *num.* 1. *&* 2. Ibidem enim * exceſſus erat in ipſa quantitate crediti, cum creditor in ſcut. 115. obtinuerit ſibi adiudicari quaſdam Vineas pro ſcutis 1500. qui cum influat proportionabiliter in tota vniuſcuiuſque debitoris, operatur nullitatem ſententiæ quoad omnes, ſecus vero quando exceſſus, prout hic, eſt ſolum ratione perſonæ. Tunc enim, etiamſi mandatum, & executio corruat quoad vnum, ſuſtinetur tamen quoad alterum, vt dictum eſt.

Cæterum

Digitized by Google

Cæterum nihil releuat, quod mandatum fuit executum ſuper domo, aliiſque bonis Io: Paulo Lucæ filio per Eleonoram aſſignatis pro ſua legitima materna.

Quia, præter quod huiuſmodi aſſignatio facta fuit ſine præiudicio iudicij vertentis ex cauſa præ-
9 fatæ dotis eidem Eleonoræ legatæ, dum bona aſſignata proueniunt à Ludouico Auo paterno, qui legatum reliquit, vt conſtat ex Inuentario per eundem Gandulphum confecto, illius prætextu retardari non poteſt vlterior executio, cum legatum meliora, & potiora iura ſuper illis obtineat.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ROYAS.

Farſen. Bonorum.

Mercurij 10. Iunij 1647.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & filiis eſt ex pacto, & prouidentia.*

2 *Deuolutio emphyteuſis ex pacto, & prouidentia non admittitur in præiudicium filiorum ex delicto patris, niſi ſit circa ipſum contractum, veluti per non ſolutionem canonis, alienationem abſque licentia, & huiuſmodi. Lim. vt num. 5. 6. & 10.*

3 *Emphyteutica bona an abdicentur à filiis ob delictum patris proditionis patriæ, & applicentur fiſco, eſt ardua quæſtio.*

4 *Emphyteuſis ex pacto, & prouidentia an tranſeat in fiſcum, ſtante facultate alienandi, & in extraneos diſponendi remiſſiuè.*

7 *Agens ad bona tanquam creditor fatetúr ſe non dominum, ſeu dominio renunciat, & iuri ſibi competenti ex præcedenti inueſtitura, & n. 9.*

8 *Dominus directus an poſt deuolutionem, & incorporationem teneatur ad debita.*

10 *Inueſtituram nouam petens renunciare dicitur antecedenti, & eo magis ſi obtineat.*

11 *Inueſtitura poſterior regulariter non præiudicat anteriori. Ampl. vt num. 12.*

33 *Inueſtitura præſtat legitimum titulum præſcribendi per ſpatium 30. vel 40. annorum.*

14 *Clauſula in inueſtitura, Sine iniuria iuris alterius, non ſuſpendit, ſed reſoluit, conſtito de iure, & operatur, vt intelligatur præſeruatum omne aliud præiuditium præter expreſſum.*

15 *Nullitas ſubhaſtationis non poteſt allegari poſt 50 annos. Ampl. vt num. 16. & 17.*

16 *Obſeruantia ſubhaſtationis facit præſumere, omnia fuiſſe validè, & ritè geſta.*

17 *Tertij ius quando, non poſſit allegari.*

DECISIO CCXXX.

DEnegata immiſſione Iulio Ranallo per binas deciſiones coram me ſub diebus 14 Decembris, & 18. Februarij præteriti in bonis, de quibus agitur, ex latè ibi deductis, dubitaui hodie, An inueſtituræ ſuffragentur, & Domini negatiuè reſponderunt. Duplici enim nitebatur præfatus Ranaldus inueſtitura, quarum altera facta legitur per Abbatem Farfen. de anno 1587 Tolomeo eius Progenitori pro ſe, filiis, & nepotibus, altera verò per eundem Abbatem de anno 1602. eidemmet Iulio Ranallo, mox actori, quiquè dictam primam inueſtituram contendebat non expiraſſe per delictum commiſſum à præfato Tolomeo Patre, & Delio Patruo, ac confiſcationem ex eodem delicto ſe-
1 quutam, eò quia * emphyteuſis, veluti conceſſa pro ſe, filiis, ſit ex pacto, & prouidentia, *cap. 1. in princ. de conceſſ. feud. Menoch. conſ. 1153. num. 4. Peregr. conſ. 28. num. 11. lib. 1. Roſental. de feud. cap. 11. concl. 7. num. 5. Buratt. dec. 907. num. 1. Reuerendiſs.*
2 *Duran. dec.* 410. *num. 5.* & ſic * non deuoluuntur ad Dominum directum in præiudicium filiorum ex propria perſona vocatorum ob delictum progenitoris, niſi commiſſum ſit circa ipſum contractum veluti per non ſolutionem Canonis, per alienationem bonorum abſque licentia Domini directi, & alia huiuſmodi, vt diſtinguit *Bart. in l. 1. n. 3. ff. de interd. & legat.* quam ſequitur *Ruin. conſil.* 117. *num.* 8. *lib. 1. Gabr. conſ. 73. numer. 3. & ſeq. lib. 2. Corb. de cauſ. priuat. ob mort. Ciuil. num. 26. & ſeq. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 30. num. 12. verſ. ſed ſi pater, Mohed. dec. vnic. num. 3. de pen.*

At in caſu noſtro tale delictum non extare probatum contendebatur, imò neque aſſertum crimen læſæ Maieſtatis ob prætenſam Patriæ proditionem, eam tradendo manibus 400. bannitis, nec propterea viſum fuit Dominis, eſſe in præſenti diſcutien-
3 dam arduam illam quæſtionem, * an ob præfatum delictum proditionis Patriæ, bona abdicentur à filiis in inueſtitura compræhenſis, ita vt illa tranſeat in fiſcum, quam tractant adducti per *Fulgin. Modern. Fulginaten. de iur. emphyt. tit. de ſucceſſ. in bon. emphyt. q. 4. n. 6. cum ſeq.* prout nec alteram quæſtio-
4 nem, * an emphyteuſis ex pacto, & prouidentia tranſeat in fiſcum in caſu, quo in inueſtitura fuerit conceſſa libera facultas alienandi, & in extraneos diſponendi, ſuper qua quæſtione remiſſiuè ratiocinetur *Corbul. de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob mort. ciuil. num. 31. & ſeq. vſq; ad n.* 64. vbi allegat concord: & concludit pro negatiua.

Sed, quod Dominos mouit ad reſoluendum, inueſtituras non ſuffragari potiſſimè fuit, quod clar: mem. Card. Montaltus, nempe Alexander tunc Abbas Farfen. Dominus directus dd. bonorum ob de-
5 lictum Tolomei, & Delij præfatorum † bona controuerſa tanquam confiſcata, & deuoluta ſibi applicauit, ad congeſta per *Fulgin. Modern. in tit. de*
6 *ſucceſſ. in bon. emphyt. d. q. 4. n. 7.* * nec venit hæſitandum, quin valuerit illa applicare, etiam in præiudicium filiorum, quando filij, vt in præſenti, conſenſerunt, vel iuri ex promordiali inueſtitura illi competenti expreſsè, ſiue tacitè renunciauerũt, *text. in cap. 1. qui ſucceſſ. dar. teneantur, vbi Hieſer. num. 4. & ſeqq. latè Roſſent. de feud. cap. 6. concl. 16. num. 8. & 14. & per tot. & ibi litt. L. Scrader. eod. tract. par. 3. cap. 2. num. 31. Borchol. de feud. cap. 7. num. 20. egregiè Hartaman. Piſtor. quæſt. Iur. lib. 2. p. 2. q. 27. num. 41 & ſeqq. Facchin. contr. iur. lib. 7. cap. 30. verſ. prioris. Dec. conſ. 468. num. 27. Natt. conſ. 505. nu. 17. Burſatt. conſ. 122. nu. 17. Surd. conſ. 573. ſub nu. 25. Theſaur. dec. 227. n. 7. Rot. in Romana præenſa deuolutionis 14. Iunij* 1608. *coram Manzanedo.*

Immò præfatum Iulium Ranallum renunciaſſe dict: primæ inueſtituræ conſtat tum ex eo, quia
7 * iudicium intentauit contra d. Abbatem Dominum directum vti creditorem Theolomei progenitoris ex cauſa dotis maternæ ad hoc, vt ſibi de bonis deuolutis, & confiſcatis ſatisfaceret, nam eſt incopatibile, quod bona tanquam merus creditor repeteret, niſi in neceſſarium antecedens dominio ſuper

Digitized by Google

eiſdem bonis ſibi vigore antiquarum inueſtiturarum
competenti renunciaſſet, & conſenſiſſe illorum in-
corporationi, vt ſupra perſectæ, per Abbatem
8 Dominum directum, † citra quam eſt indubitatum,
quod Dominus directus non poterat ad debita con-
ueniri, ad *text. in l. neque pignus, ff. de reg. iur. Ne-*
9 *guſ. de pign. 1. mem. 5. par. n. 4. & 48.* * ex præfata au-
tem petitione, crediti reſultare renunciationem Iu-
ris competentis ex præcedenti inueſtitura, dixerunt
*Curt. iun. in l. debitori, in fin. C. de pact. Soccin. conſ.
45. n. 4. lib. 4. Peregr. conſ. 55. n. 11 poſt med. & num. 12.
lib. 4. Petr. Bimus conſ. 272. num. 16. & ſeqq.*
Tùm & fortius, ex quo idemmet Iulius ſucceſſiuè
preces porrexit d. Abbati Farfen. Domino directo
ad hoc, vt ob amorem Dei ſibi bona controuerſa
relocaret, nouamque concederet inueſtituram
10 † quo fit, vendicatur renunciaſſe d. primordiali in-
ueſtituræ, & iuri ſibi ex ea ſuper illis bonis antè
oompeten. ad *text. in c. ex ore, verſ. per hoc, de his,*
quæ fiunt à maiori parte Capituli, *Dec. conſil. 206.
num. 7. verſ. vbi exhibens*; ſtante maximè, quod in
exequutionem præfatarum precem nouam inueſtitu-
ram independentem ab antiqua. Idem Iulius Ranal-
lus acceptauit vigore ſpecialis reſcripti d. Abbatis
Farfen. Domini directi.
Sublata igitur è medio prima inueſtitura Ranal-
11 li præfati, * non eſt dicendum, d. nouam, & ſecun-
dam inueſtituram poſſe ſuffragari eidem Iulio Ra-
nallo in concurſu alterius intereà conceſſæ, Feli-
cibus per eundem Abbatē Farfen. *Paul. Caſtr. conſ.
142. in fin. lib. 2. Dec. conſ. 163. num. 3. & 390. num.
2. in fin. Pariſ. conſ. 1. num. 105. conſ. 11. num. 18. lib. 1.
Cephal. conſ. 367. num. 9. & ſeqq. Greg. XV. deciſ. 105.*
12 *numero 19.* * præſertim quia hæc inueſtitura conceſſa
eiſdem Felicibus fuit diuturno temporis interuallo
obſeruata, & dd. Felices extabant in poſſeſſione,
priuſquam vltima inueſtitura d. Iulio Ranallo con-
cederetur, *l. quoties, C. de rei vendic. Crauett. conſ.
77. num. 18. verſ. ſimile videmus, quando Honded.
conſ. 52. numero 40. lib. 1. Burſatt. conſ. 144. numero
23. Rouit. conſ. 79. numero 4. lib. 2. Pariſ. conſil. 1.
num. 98. & conſ. 2. num. 24. & conſ. 17 num. 6. & 17.
& conſ. 22. num. 18. lib. 1. Rot. deciſ. 158. num. 22. apud
Modern. Peruſ. de manut. Greg. XV. dec. 105. nu. 19.*
13 Quibus accedit, quod d. † Inueſtitura conceſſa ei-
dem Angelo Felicio præſtat legitimum titulum præ-
ſcribendi d. bona, licet emphyteutica, etiam per
ſolum ſpatium 30. vel 40. annorum, vt per *Franciſc.
de Curt. conſ. 82. col. 3. verſ. & ſi opponatur,* quem re-
fert, & ſequitur *Pariſ. conſ. 290 num. 195. verſ. & ad
plenum concluſionem iſtam proſequitur, & n. 197.
verſ. & quia iſto caſu, volum. primo.*
Nil obſtat, quod in inueſtitura Fæliciorum con-
currat clauſula ſine iniuria Iuris alterius, nam, vt
reſpondent d. deciſiones coram me in hac cauſa ſu-
14 per articulo immiſſionis, talis clauſula non ſuſpen-
dit, ſed reſoluit, conſtito de præcedenti Iure alte-
rius, *Rot. dec. 513. num. 3. p. 1. rec.* ita, & taliter, vt
veniat intelligendum, fuiſſe præſeruatum omne a-
liud præiudicium præter expreſſum ex *Pariſ. conſ.
70. num. 12. lib. 1. Mandoſ. conſ. 10. num. 14. Sarnen. in
reg. de iure quæſit. q. 1. num. 14. Verall. dec. 284. lib. 1.*
cum aliis relatis in dd. deciſionibus in hac cauſa, &
in caſu noſtro non eſt dicendum, conſtare de an-
teriori Iure d. Iulij Ranalli, dùm ex ſupra deductis
nullo pacto iuuari poteſt antiquâ, & primordiali in-
ueſtitura conceſſa per Abbatem Farfen. eidem To-
lomeo progenitori.

Ad ea, quæ dicta fuere circa nullitatem Iudicij
ſubhaſtationis, & ſententiæ alias latę ad fauorem
præfatorum de Felicibus, dum iudicium intentarunt
15 tanquam Creditoreſque Dominici, * nimis ſero
10 opponi, nempe poſt curſum 50. annorũ, Domini
16 dicebant, iuncta etiam obſeruantia, * quæ facit
præſumere, omnia fuiſſe validè, & ritè geſta, *Soc-
cin. conſ. 266. num. 34. lib. 2. Duran. dec. 454. numer. 3.*
præſertim cum dd. ſenientiæ non fuerint cum ipſo
Ranallo latæ, ſiue eius auth horibus, dum illi iam ex-
tabant bonis omnibus priuati, ſed benè cum fiſco
17 tunc poſſeſſore bonorum, * inde non amplius va-
let obiicere Ranallus de iure tertij, *Surd. conſ. 557.
num. 2. Rot. dec. 277. num. 7. & 385. num. 4. par. 1. rec.*
& in vltima deciſione in hac cauſa §. *animaduerte-
bant, & §. ſequenti.* ſat eſt etiam reſpondere, prout
reſpondetur in eadem deciſione §. *nec eſt verum,*
quod mox dd. de Felicibus vltra d. ſententiam ha-
bent inueſtituram ab eo independentem, idcircò
id totum non releuat, nec eſt habendum in conſi-
deratione.

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ROYAS.

Romana Executionis trium conformium.

Lunæ 27 Ianuarij 1648.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſor rei ritè & rectè ſubhaſtatæ ſpoliatus eſt ad illius
poſſeſſionem reintegrandus.*
2 *Confinium diuiſione diſcernitur, quod cuiuſque eſt.*
3 *Incluſum in venditione cenſetur, quidquid intra limi-
tes aſſignatur, niſi contrarium probetur.*
4 *Pretij quantitas indicat quid in venditione compre-
hendatur.*
5 *Venditionem fatetur, qui illius reſciſſionem petit.*
6 *Probationes dubiæ, vel coniecturales non admittuntur
contra inſtrumentum, & partis confeſſionem.*
7 *Solutiones æquiuocæ non probant ſufficienter, ex qua
cauſa facta ſint.*

DECISIO CCXXXI.

PRætendentes Cappellani Cappellæ Burgheſiæ
in Baſilica S. Mariæ Maioris, domum contro-
uerſam non eſſe compræhenſam in venditione facta
de anno 1521. q. Stephano de Amannis per Cano-
nicos S. Laurentij in Lucina, in quorum locum ex-
tant dd. Cappellani ſubrogati, ſed illam remanere
ſub illorum directo dominio in vim locationis per
eoſdem Canonicos de anno 1615. factæ intentarunt,
iudicium coram bon. mem. Monaldenſe contra Iu-
lianum Turpinum illius poſſeſſorem pro canoni-
bus decurſis, & non ſolutis; ac obtinuerunt man-
datum executiuum, cuius vigore ſubhaſtata, & de-
liberata fuit prædicta domus, ſed ad eius poſſeſſio-
nem reintegrandum eſſe Turpinum, declarauit per
ſententiam R. P. D. de Roſis, quam in aliis inſtan-
tiis confirmarunt RR. PP. DD Figinus, Baranzo-
nus, & Amadeus, reuocando alias duas ſententias
ad fauorem Cappellanorum latas confirmantes d.
ſubhaſtationem, & deliberationem; Idcirco, deuo-
luta poſtmodum huiuſmodi cauſa ad Rotam, & me-
ritis dd. ſententiarum per DD. bene examinatis, re-
ſolutum fuit, ſententias ad fauorem Turpini latas
eſſe iuſtas.

Iuſtitia

Digitized by Google

Iuſtitia autem illarum clara deſumitur, ex quo prædicti Canonici licet de anno 1515. locauerint q. Caſpari de Chriſtianis d. domum pro annuo canone ducat.10. cuius tertiam partem anno ſequenti 1516. d. Caſpar relocauerit q. Stephano de Amannis pro rata canonis illi tangen. tamen de anno 1521. dd. duas tertias partes, quæ remanſerunt prædicto Caſpari, ob non adimplementum in fabricando ad formam conceſſionis deuolutas libere ipſi Canonici vendiderunt d. Stephano pro ducat. 160. Quapropter, attenta d. venditione auctoritate Apoſtolica confirmata, nullo modo Turpinus condemnari debebat ad ſolutionem canonum vigore d. locationis
1 per venditionem expiratæ, itaque † iuſte hac de cauſa ſubhaſtata, ac deliberata fuit prædicta domus ideoque iure merito Turpinus reintegrandus eſt ad eius poſſeſſionem, ſicut declarant præfatæ ſententiæ.

Nec dicatur, quod in prædicta venditione ſolum compræhenſa fuit vna tertia pars d. domus, aliæ vero duæ remanſerunt ſub locatione prædicta, & dum Turpinus non ſolum poſſidet d. tertiam partem venditam, ſed etiam alteram illi contiguam, pro qua ſoluebatur canon, ille obligatus erat ad d. ſolutionem iuxtà formam inſtrumenti.

Nam ſatis apparet ex inſtrumento venditionis dd. duas tertias partes eſſe in illo compræhenſas, dum aſſignatur pro confinibus domus habitationis d. Stephani, quod tamen verificari non poſſet, ſi vere comprehendatur tantum vna tertia pars, quæ eſt poſita in angulo domus, & confinat cum altera tertia parte ad dd. Canonicos deuoluta, non autem cum parte ad Stephanum ſpectante poſita in altero angulo; Vnde dicendum eſt, quod in d. venditione comprehenſa fuit non ſolum pars poſita in angulo, ſed etiam pars poſita in medio domus, cum qua
2 confinat domus d. Stephani, vt dicitur in d. inſtrumento venditionis, † per confinium enim diuiſionem diſcernitur, quod cuiuſque ſit, vt habetur in *c. forus de verb. ſignific. Rota dec. 256. num. 1. par. 6. recent.* & ſemper * cenſetur incluſum, quicquid in-
3 tra limites aſſignatur, niſi contrarium probetur, *Soccin. conſil. 86. num. 6. Natt. conſil. 514. numero 31. Rota in Balneoregien. Bonorum 30. Octobr. 1589. coram Cardin. Hyeronimo Pamphilio, & in Aſſiſien. Bonorum 2. Iunij 1627. coram Cardin. Virili.*

Vlterius ex pretio conſtituto pro d. venditione in ducat.160. ſufficienter reſultat, quod ambæ partes venditæ fuerunt. Nam ex prædictis duabus partibus Canonici ſolum exigebant annuum canonem ducat.13. & vnius tertij, vt conſtat ex d. inſtrumento locationis, ac ex pretio retracto à prædicta venditione acquiſitus fuit annuus redditus ducat. 12. qui certè non congruit vni tertiæ parti domus exiſtenti in angulo, pro qua ſolum, attenta prætenſione Cappellanorum duo ducati ſolui debebant, dum pro alia tertia parte, quam negant comprehendi in venditione, exigere volunt ducat. 11. Vnde, dum d. pretium in ducat. 160. conſtitutum correſpondet vtrique parti domus, concludi debet, vtramque partem fuiſſe comprehenſam in venditio-
4 ne; nam * ex quantitate pretij conſtituti colligitur, quicquid fuerit comprehenſum in contractu venditionis, *gloſ. in l. 1. §. qui ſuperficiem verb. agendo. ff. de ſuperfic. Bart. in l. patronus. §. 1. de leg. 3. Alex. in l. 2. §. prius. numer. 10. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Dec. conſ. 347. num. 2. in fin. Greg. XV. deciſ. 126. num. 9.* Hocque magis comprobatur ex confeſſione Canonicorum emiſſa in monitorio obtento ab A.C. ſuper reſciſſione d. venditionis, in quo petunt re-
5 laxari dd. duas tertias partes venditas, * ex qua confeſſione concludentiſſime probatur, dictam venditionem comprehendi vtramque partem, *l. cum precum, C. de liber. cauſ. Gabr. de confeſſ. concl. 4. num. 1. & ſeq. Greg. XV. deciſ. 200. num. 5. & deciſ. 458. num. 3.*

Non obſtat, quod in inſtrumento venditionis pars, quæ vendebatur, dicatur deſtinata ad vſum fœni, & quæ controuertitur, deſtinata ad vſum granariorum; Quia, quidquid ſit de hoc, magis inhærendum eſt aſſignationi confinium, & quantita-
6 ti pretij, & * cum Turpinus habeat intentionem fundatam in publico inſtrumento corroborato ex propria confeſſione alienantium, non ſunt admittendæ in contrarium probationes dubiæ, vel fundatæ in ſolis coniecturis, *Honded. conſ. 39. num. 72. lib. 2. Natt. conſ. 358. num. 13. Rota deciſ. 125. num. 3. par. 7. recent.*

Solutiones canonum per Stephanum factæ, ac liber cenſualis Canonicorum, vbi prædictus Stephanus Amannus deſcribitur debitor in ducat. 11. annuis, licet emanauerint poſt d. venditionem, tamen non probant dd. partes in ea non comprehendi. Quia prædicta verificari poſſunt, quod facta fuerint ne dum pro tertia parte, vt ſupra Stephano conceſſa de anno 1516. ſed etiam pro altera domuncula eidem conceſſa de anno 1518. Ideoque, cum
7 prædictæ * ſolutiones ſint æquiuocæ non ſufficiunt ad probandum, prædictas partes non fuiſſe comprehenſas, *Rota deciſ. 265. numero 9. par. 1. recentior.* cum aliis allegatis in *Romana Domus 14. Iunij 1641. coram Reuerendiſs. P. Domino meo Bichio.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Ariminen. Manutentionis.

Veneris 5. Iunij 1648.

SVMMARIA.

1 *Manutentio competit emptori à licitatore, cui ritè, & rectè res fuerit deliberata cum ſubſecuta poſſeſſione, & n. 11.*
2 *Citatio per contradictas ſatis, & contra obligatum in Curia in ſoma Camera.*
3 *Scientia coniecturis etiam probatur.*
4 *Procuratorem aliquem eſſe non ſufficit, niſi conſtet de mandati acceptatione in illa cauſa.*
5 *Deliberatio facta etiam pro expenſis illiquidis, & à Iudice non taxatis corruit in totum.*
6 *Læſio in deliberatione an impediat manutentionem.*
7 *Pretium rei venditæ poſt duos annos à die eiuſdem deliberationis percutere dicitur ipſius deliberationis tempus.*
8 *Valor ſtabilium ſolet conſtitui ad rationem quinque pro centenario.*
9 *Læſio enormiſſima reddit ſubhaſtationem ipſo iure nullam, non annullandam.*
10 *Læſio deſumenda eſt ex valore de tempore deliberationis, & venditionis.*
11 *Inſtrumenta, & iura non producta tanquam non de actis, & extra mundum non attenduntur, nec probant læſionem, nec impediunt poſſeſſoris manutentionem.*
12 *Reſciſſionem contractus, ſeu ſubhaſtationis petens*

non auditur, niſi prętio, & acceptis reſtitutis, vel oblatis,

13 *Ablatiuus abſolutus facit conditionem.*

14 *Eligere poteſt emptor, & conuentus ad contractus, ſeu ſubhaſtationis, & adiudicationis reſciſſionem ex læſione, an velit pretium iuſtum ſupplere, vel rem reddere pretio reſtituto.*

DECISIO CCXXXII.

EX rationibus, & fundamentis adductis in deci-
ſione in hac cauſa facta ſub die prima Iunij
1647. iterum fuit reſolutum R.P.D. Ioanni Ghino
habenti cauſam à Ballapanibus creditoribus Iulij
Maſtini in ſcutis 430. pro quibus ab A.C. obtinue-
runt mandatum de manutenendo in poſſeſſione di-
cti Prædij ritè, & rectè ſubhaſtati, & deliberati
Ballapanibus tanquam tertiis, & maioribus obla-
toribus, poſtea illud vendiderunt eidem R.P.D.
1 Ghino, poſſeſſione ſubſecuta, * cuius ratione ei de-
betur manutentio in vera, & actuali poſſeſſione,
non obſtantibus illis, quæ iterum repetebantur pro
parte dicti Iulij.

Nam, quod attinet ad prætenſam nullitatem pro-
ceſſus A.C. elicitam ex defectu citationis, & quod
non potuerit procedi per contradictas, niſi prius
probata abſentia Iulij ab Vrbe, ſatis, ſuperque re-
mouetur ex allegatis in deciſione in §. *prætenſa nul-*
2 *litas*, vbi conuincitur, quod † contra obligatum in
Curia in forma Cameræ, ſicut erat Iulius, poſſit
agi per contradictas, nec ſit neceſſaria vlterior ci-
tatio perſonalis, aut Domi principalis debitoris,
quidquid dicat *Gratian.* cum aliis ab eo relatis *di-
ſcept. 686. num.* 28. quod ante huiuſmodi proceſſum
præcedere debeat aliqualis probatio abſentiæ de-
bitoris, vel non applicatur, ex quo non loquitur de
obligato in forma Cameræ, vel in præſenti ceſſat,
cum ex litteris miſſiuis eiuſdem Iulij, quarum vi-
gore fuit ſuſceptus terminus 30. dierum ad ſoluen-
dum debitum, ſatis conſtat de eius abſentia, ſed in
hoc caſu fuit etiam citatus Iulij procurator, qui in
Vrbe aderat, & quamuis erratum fuerit in nomi-
ne, cum loco Ioſephi fuerit citatus Stephanus Fa-
brettus frater, tamen ex deductis in deciſione in §.
nec facit, ſatis conſtat de identitate perſonæ, quod-
que ad ipſum Ioſephum procuratorem peruenit ci-
3 tationis ſcientia, * quæ etiam coniecturis probari
poteſt, *Bald. conſ.* 392. *num.* 1. *lib.* 1. *Alex. conſ.*
187. *numero* 8. *lib.* 2. *Soccin. iun. conſ.* 116. *num.* 47.
lib. 1. *Guidopap. conſ.* 23. *num.* 20. *Cephal. conſil.* 114.
num. 15. *Rot. in Romana Diuiſionis* 20. *Iunij* 1639. *co-
ram R.P.D. meo Bichio*, præter quam quod infor-
mantes pro D. Ghino, & Ballapanibus addunt, quod
4 non docetur, prout debet, d. Ioſephum acceptaſſe
mandatum procuratæ Iulij in hac cauſa, ſed tantum
in alia cauſa diuerſa, quæ de anno 1642. pendebat
in Rota.

Alia nullitas in præteritis poſitionibus non de-
ducta, nempe, quod deliberatio facta fuerit Balla-
panibus etiam pro ſcutis 30. pro expenſis non adhuc
5 à Iudice taxati, * quo caſu ratione illiquiditatis, &
exceſſus prætenditur, deliberationem corruere in
totum, ceſſat ex facto, ex quo patet, dd. Ballapani-
bus in vim prædicti mandati fuiſſe primo loco con-
ſignata ſcuta 203. 70. deinde per aliud mandatum
poſtea obtentum in vim pacti appoſiti in inſtru-
mento obligationis, caſu, quo aliud ex bonis Iulij
venderetur, ipſe teneretur ſoluere totam ſummam
debitam, Ballapanibus, fuiſſe conſignata alia ſcuta
200. & demum fuiſſe taxatas expenſas in ſcutis 40.
ad quorum computum fuit eis conſignatum reſidu-
um cædulæ aſcenden. ad ſcuta 27.

6 Neque † poteſt impedire manutentionem allegata
læſio, quæ prætenditur probari ex inſtrumento de-
liberationis, & venditione immediatè ſubſequen-
ti facta D. Ghino, cum Prædium fuerit deliberatum
pro ſcutis 430. tantum, & tamen ſtatim venditum
pro ſcutis 840. ex locatione ad quadriennium facta
7 de anno 1638. * quæ videtur percutere tempus de-
liberationis, licet duo circiter anni intermedij fue-
rint, *Rot. coram Canal. dec.* 458. *num.* 4. qua con-
ſtat, Prædium fuiſſe locatum pro ſcutis annuis 75.
8 * quæ ſumma ad rationem quinque pro centenario,
vt ſolet in ſtabilibus, iuxta *Gloſſ.* communiter re-
ceptam in *auth. preterea, C. de Sacroſan. Eccl.* con-
ſtituit in proprietate valorem ſcutorum 1500. et
venditione eiuſdem Prædij aliis facta de anno 1617.
per DD. de Caprinis eidem Iulio pro ſcutis 1850. et
fide æſtimatorum loci vbi eſt ſitum Prædium con-
trouerſum referentiũ valorẽ eiuſdem Prædij in ſcu-
tis 80. pro qualibet tornatura, quæ in totum con-
ſtituunt ſummam ſcutor. 1800. & vltra, & dem-
num ex epiſtola eiuſdem Ioannis Ballapani ſub die
11. Nouembris 1647. ad cuius inſtantiam emanauit
deliberatio, continens, quod reperiebatur oblatio
ſcutorum 1100. quibus omnibus ſimul iunctis præ-
tenditur probari, Prædium eſſe longè maioris va-
9 loris, vt propterea, * ſtante læſione, reddatur ſub-
haſtatio ipſo iure nulla, non autem annullanda,
lib. 2. *C. de reſcind. vend. Theſaur. dec.* 65. *numero*
7. *Fontanell. dec.* 64. *numero* 2. *&* 3. *& dec.* 66. *num.*
7. *& in tit. de pact. nuptial. gl.* 2. *dec.* 7. *num.* 59. ad
hoc tradita per *Poſtium de ſubhaſt. inſp.* 59. *num.* 5. &
per *Gratian. diſcept.* 823. *num.* 38. *&* 39. Quia, vltra
quod omnia inſtrumenta, & locationes de partibus
loquuntur de ſcutis monetæ Romandiolæ, ſcili-
cet bonenor. 84. pro quolibet ſcuto, &, quod pro
parte D. Ghini docetur de inſtrumento locationis
factæ per Iulium anno 1642. pro ſcutis 42. monetæ
Romanæ ad quadiennium, ex qua videntur tolli
antecedentes locationes, & extraiudicialem rela-
tionem, cum ex illa deſumatur valor de tempore
10 deliberationis, & venditionis, † quod in læſione
attenditur, *l. ſi voluntate, C. de reſcind. c. cum di-
lecti, vbi gloſ. in verb. tunc valentis, de empt. & ven-
dit. c. vt ſuper, de reb. Eccleſ. non alienand. Gabr.
concl.* 1. *numero* 46. *de empt. & vendit. Rot. in Ro-
mana Caſalis Iuliani* 16. *Iunij* 1695. *coram Litta*,
11 Inſtrumenta, & iura ad probandam læſionem de-
ducta nunquam fuerunt producta, nec facta de
actis, & per conſequens extra mundum extare di-
cuntur, *Rot. in Placentina Deuolutionis* 11. *Maij*
1602. *coram Penia*, & circa ea, non eſt immoran-
dum, ſed interim, donec fiant de actis, & diſcu-
tiatur de eorum Viribus R.P.D. Ghino eſt danda
manutentio, præſertim quia adhuc perſiſtit in obla-
tione alias facta dimittendi Prædium, reſtitutis ſibi
ſcutis 840. quæ omninò reſtituenda ſunt, cum ceſ-
ſerint in vtilitatem Iulij debitoris, & interim em-
ptor eſt manutenendus in poſſeſſione ex regula, quod
12 * petens reſciſſionem contractus, ſeu adiudica-
tionis, etiam præcedente ſubhaſtatione, non eſt
audiendus, niſi pretio reſtituto, *l. ſi Prædium, C.
de pact. int. emptor. & vendit. l. vtere, & l. ſi
Prædium, C. de præd. minor. & l. pen. §. fin. ff. de reb.
cor. Rolan. conſ.* 7. *num.* 3. *lib.* 3. *Afflict. dec.* 220. *n.* 4.
vbi,

vbi,quod,quando quis vult agete auerſus tranſactio-
nem , tenetur reſtituere , ſiue offerre accepra in pri-
mis, & ante omnia , per *text.in l.ſi diuerſa pars*, *C.*
13 *de tranſact.in princ.* ibi, refecta alia pecunia,* qui ;
cum loquatur per ablatiuum abſolutum , facit con-
ditionem, *Vrſill.ad Afflict. d. deciſ.* 220. *numero* 2.
ita Modern. Piſaur. de ſubhaſt.& licitat. q. 47. *num.*
25. *& q.* 48. *in princ.*neque poteſt cogi ad ſupplen-
dum iuſtum pretium , quia † in eius electione eſt,
14 vel,reſtituto pretio ; Prædium reddere, vel iuſtum
pretium ſupplere , *iuxt.l. rem maioris* , *C.de reſcind.*
*vendit.*in qua diſponitur, electionem eſſe emptoris,
ibi,vel ſi emptor elegerit , *vbi gloſ. in eodem verb.*
elegerit, quæ firmat , in poteſtate emptoris eſſe ,
Arr. Pinell.in d. l. rem maioris , *par.* 3. *num.*12.iuxta
electionem, quæ de iure datur conuento, vt notat
Bart.in d. l. rem maioris, *& Angel.in §. ſi quis agens*
numero 5. *verſ. vltimo in iſta materia* , *Inſtit. de*
*action. Gomeſ. var. reſolut. tom.*2. *cap.* 2. *numero* 22.
in princip.

Ex quibus DD. ſteterunt in deciſis prima Iulij.
1647.

R. P. D. CERRO.

Romana Reſidui Dotis.

Lunæ 15. Iunij 1648.

SVMMARIA.

1 *Tutor ſoluens liberè poſterioribus creditoribus, ſcientiam habens anteriorum, non procurata cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, tenetur ad horum fauorem de proprio, ac ſi non ſoluiſſet, & n.*7. *Ampl.vt n.*10. *&* 17.

2 *Inuentarium inducit ſcientiam, & probat contra conficientem, & ipſius heredes.*

3 *Scientia crediti quando probetur ex inhibitione creditoris, & epiſtola debitoris, & n.*5. *&* 6.

4 *Scientia crediti anterioris probatur leuioribus probationibus.*

6 *Epiſtola vt probent debitum contra ſcribentem, debent continere explicitam promiſſionem, non autem ſufficiunt verba vrbana, ſeu curialia.*

8 Theſaur. iun.q.16. n.10.& 13. *declaratur & n.*19.

9 Rot. recent. par. 4. tom. 1. dec. 443.num. 6. *declaratur.*

11 *Creditor anterior, licet in diem, vel ſub conditione, præfertur poſteriori puro, & libero.*

12 *Obligatio in diem non tribuit actionem ad effectum exactionis ante diei euentum.*

13 *Decl.vt tamen ex ea agi poſſit vt ſoluatur, adueniente die, & peti poſſit aſſecuratio, ſi ſit timor, quod creditor poſterior bona occupet, vel debitor dilapidet,& num.*14.

15 *Tutor præſumitur penes ſe habere fructus bonorum hæreditariorum, & niſi de illis rationem reddat patitur executionem mandati relaxati contra bona hæreditaria debitoris.& num.*16.

17 *Ampl.vt nec hoc caſu ſufficiat indicare, & relaxare corpora hæreditaria.*

18 *Creditor poſterior, qui exegit, & bona fide pecunias conſumpſit, nequit pulſari ab aliis creditoribus, quamuis anterioribus.*

20. *Lim. ſecus in creditoribus priuilegiatis, & ſignanter ex cauſa dotis, Subſim.vt num.*21.

DECISIO CCXXXIII.

ANno 1634. R. P. D. meus Bichius tunc A.C.in Ciuilibus Locumtenens relaxauit mandatum executiuum contra bona hæreditaria q. Alexandri Morelli ad fauorem DD. Marcelli, Gherardi & Agnetis de Roſis pro ſcutus 2. mill. iiſdem debitis occaſione reſidui Dotis q. Beatricis Morellæ, ipſorum communis matris, ſed cum vlterius petiiſſent illud exequi contra bona propria Franciſci, & Marghatitæ filiorum, & hæredum dicti Alexandri debitoris, huiuſmodi exequatur denegauit, facta tamen per ipſos hæredes ad fauorem dd.creditorum ceſſione iurium contra R. P. D. Carolum Perbenedictum eorum tutorem, qua ceſſione facta, R.P.D. Angelus anno 1639. illos per ſententiam definitiuam abſoluit. Vndè cum creditores obtinuerint committi mihi cauſam tam contra d. D. Tutorem, quam contra D. Catherinam eius ſororem, omni appellatione remota, Dubitaui, An præfatum mandatum eſſet exequendum contra dictos Tutorem, & Catherinam, & in tertia propoſitione reſolutum fuit, eſſe exequen. contra R. P. D. Perbenedictum tantum.

Moti fuerunt Domini duplici fundamento; Pri-
1 mò ſcilicet, quia D.Perbenedictus* habens certam
ſcientiam huius crediti anterioris Marcelli, & Agnetis, nihilominus perſoluit d. D. Catherinæ creditrici poſteriori ſcuta 3800. non procurata ſolita cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus; ſtante enim dicta ſcientia liberè ſoluens poſterioribus in præiudicium anteriorum habetur proindè, ac ſi non ſoluiſſet, & tenetur de proprio, *ex theor. Bart. in l. fin. §. & ſi præfatam. n.*1. vbi etiam *Caſtr. num* 4. *verſ. gloſſa tamen*; cęterique *DD. C. de iur. delib. Theſaur. iun.quæſt. for. lib.* 2. *q.*16. *num.* 17. *Grat.diſcept.for.cap.*532.*nu.* 6.*&* 7.*Card.Seraph.dec.* 1311. *numero* 3. & in ſimilibus terminis, aliis congeſtis, reſponſum fuit in *Romana quarti dotalis* 19. *Iunij* 1645. *coram me*, *§. non obſtat*, *verſ. tum quia Antiq.*

Scientia autem viſa fuit concludenter probari, tum ex inuentario bonorum hæreditariorum Alexandri per ipſum confecto vbi illos deſcripſit credi-
2 tores hæreditatis pro dicta dote ſcutor. 5. mill. †
quod contra conficientem, illiuſque hæredes plenam facit probationem, *l. ſin. autem*, *C. arbitr. tut.Bald.conſ.*407. *num.* 6 *lib.* 1. *Rom. conſil.* 102.*ſub num.* 3. *verſ. tum itaque*, *Rot. in Romana Legatorum de Columna* 27 *Ianuarij* 1614. *coram bon: mem: Sacrato*, *penes Merlin. de legit. deciſ.* 18 *numero* 6. *in recent. deciſ.*96.*num.*2 *par.* 7. & *in Romana prætenſi fideicommiſſi de Fuſchis* 18. *maij* 1641. *coram Reuerendiſs. D. meo Decano*, *§. quo verò.* Tum etiam ex inhibitione illi perſonaliter præſentata die 3. Nouembris 1627. ad inſtantiam Beatricis, & Matthiæ Gherardi eius ſecundi viri, ne auderet bona hæreditaria Alexandri diſtrahere, vendere, vel alienare in ipſorum præiudicium, ſumm. Creditorum primæ poſitionis num. 4. Et, licet huiuſmodi inhibitio, tanquam impetrata de conſenſu vtriuſque partis, non
arctet ad pœnam contrauentionis,* adhuc tamen
3 ex ea reſultat concludens probatio ſcientiæ. huius crediti anterioris (ad quem effectum hodie
4 deducitur) cum † hæc probetur etiam leuioribus
probationibus, vt tradit *Grat. d. c.* 532. *numero* 8. & punctualiter dictum fuit in dict. *Romana quarti dotalis coram me*, *§. ſcientiam autem*, *circa fin.* Et deni-

Digitized by Google

5 denique fortius * ex epiſtolis ſcriptis ab ipſomet Tutore, & tranſmiſſis Matthiæ, in quibus explicitè faſſus fuit, hoc creditum eſſe anterius, illique promiſit, nihil ſe ſoluturum aliis creditoribus, vt ex epiſtola ſub die 8. Septembris eiuſdem anni 1627. ibi, *Tanto più non hò d'hauer dubbio, che altri creditori ſiano per nocergli, eſſendo lei anteriore*, & infra ibi, *Io non hò altra premura, ſolo che lei ſia ſodisfatta poi mi alnterò anco io per recuperare quello ſi deue à mia ſorella, &c.* ac clarius ex alia ſub die 10. Octobris ſequentis, ibi, *Mi ſcriue il Sig. Benedetto, che li creditori del Vetelleſcho, doue è ſicurtà il Sig. Aleſſandro bon: mem: fanno inſtantia per il pagamento, &c. hò riſposto, ch'io non voglio pagare vnguliaccio, perche vi è l'anteriorità di V. S. per cinque mila ſcudi, che aſſorbe ogni coſa, &c.* dict. Summar. num. 5.

Idque etiam ſi dicta verba videantur potius vrbana, ad captandam ſcilicet gratiam Matthiæ ne contra pupillos debitores irrueret, quam verè obligatoria: quia creditores hodie non petunt exequi d. mandatum contra D. Perbenedictum vigore præfatarum epiſtolarum, quaſi quod ex illis deſu-
6 matur eius obligatio,* quo caſu opus eſſet, vt explicitam promiſſionem continerent, ex firmatis per *Rotam in rec. deciſ. 227. num. 3. par. 5.* ſed illas deducunt ad effectum dumtaxat probandi eius ſcientiam huius crediti, illumque inducendi in malam fidem, ad quem ſanè effectum, ſiue verba illarum ſint obligatoria, ſiue Vrbana, & Curialia, ſufficiunt.

Nec obſtat, quod, niſi hæreditas ſuccubuiſſet in quadam lite cum DD. de Veroſpiis creditoribus q. Morelli de Morellis patris Alexandri omnibus potuiſſet ſatisfieri, indeque tutor excuſari debeat, ſi ſoluit poſteriori, non exacta cautione de reſtituen-
7 do prioribus. Placuit enim reſponſio, quod, † dum de tempore d. ſolutionis factæ in manibus Catherinæ, vltra certam ſcientiam crediti anterioris, de quo agitur, aderat etiam d. lis cum DD. de Veroſpiis, & pendebat dubius illius futurus euentus, tutor eo magis præcauere debebat, & fortius ab ipſa exigere tenebatur d. cautionem, ne in caſu ſuccumbentiæ (prout poſtmodum euenit) creditores anteriores remanerent eluſi, non habentes vnde ſatisfieri.

Ideoque non applicantur deducta per *Theſaur. iun. d. qu. 16. num. 13. & per Rot. deciſ. 443. num. 6 par. 4. recent.*

8 *Theſaur.* enim * defendit creditorem poſteriorem, qui exegit à ſuo debitore, & pecuniam conſumſit, non teneri illam reſtituere anterioribus, niſi probetur ipſum habuiſſe certam ſcientiam ipſorum crediti anterioris, & copulatiuè etiam, quod debitor non eſſet ſoluendo, cum alias mala fides in ipſo conſiderari non poſſit.

9 In d. vero † *deciſ. 443.* agebatur in caſu, quo tertio emptori demandatum fuerat, vt ſolueret pretium creditoribus deſcriptis in quadam notula ſibi tradita aſcendentibus præciſè ad ſummam pecuniarum penes ipſum exiſtentem, cum aſſertione venditoris, quod non aderant alij creditores, & ſic in caſu, quo emptor non habebat ſcientiam antiorum, vnde liberè potuit ſoluere poſterioribus ſibi demandatis, adeo vt anteriores ibidem non deſcripti contra ipſum nullam haberent actionem. In caſu autem noſtro agitur contra Tutorem hæredis debitoris, qui habens certam ſcientiam creditoris anterioris, & lite pendente ſuper maiori parte bonorum hæreditariorum, liberè perſoluit poſteriori, quibus concurrentibus, tenetur de proprio ex iuribus ſuperius adductis, & * in fortioribus, quod
10 ſola etiam ſuſpicio anteriorum ſufficiat ad hunc effectum, probant omnes adducti per *Grat. de cap. 532. num. 6. & in d. Romana quarti dotalis coram me.* Eoque magis in propoſito, quo veriſimiliter ſuſpicari poteſt; ipſum D. Perbenedictum, agnoſcendo hæreditatem non eſſe ſoluendo omnibus creditoribus, gratificare voluiſſe ſuæ ſorori in damnum, & præiudicium huius crediti, cuius anterioritatem ipſe certo ſciebat.

Minus releuat, quod creditum, de quo agitur, non eſſet purum, ſed in diem, poſt mortem ſcilicet Victoriæ Valleranæ.

11 Dies enim † non impedit ortum obligationis, & creditor anterior, licet in diem, vel ſub conditione præfertur poſteriori puro, & libero ex clara diſpoſitione *text. in l. qui balneum, & in l. potior. ff. qui potior in pign. haben. Felician. de cenſib. tom. 1. lib. 3. cap. 3. ſub num. 21. verſ. plane creditor.* Et quamuis
12 * obligatio in diem non tribuat actis actionem ad effectum exactionis ante euentum diei, *l. non poteſt.*
13 *& l. quemadmodum, ff. de iudic.* * Operatur tamen, quod creditor poſſit agere contra debitorem, vt ſoluat die adueniente, *l. cedere diem. ibique gloſ. & Alciat. num. 10. ff. de verb. obligat. Oſaſch. dec. 130. num. 9. Affl. dec. 279. num. 5. ibique Vrſill. nu. 1. Surd.*
14 *dec. 120. num. 13.* Ac † interim, donec dies adueniat, poteſt petere bonorum aſſecurationem (prout factum fuit in caſu noſtro) ſi adſit timor, quod creditor poſterior illa occupet, vel dilapidet, *l. quæſitum. 14. ff. de pignor. Neguſ. hoc tract. in 4. par. n. 16. Felician. vbi ſupr. d. cap. 5. ſub d. nu. 21. verſ. quoniam interueniente.* Et conſequenter eo prætextu ſolutio in manibus poſterioris liberè fieri non poterat, ex iuribus ſupra allegatis.

Secundum fundamentum reſolutionis fuit, quia
15 D. Perbenedictus † nullam reddit rationem de fructibus bonorum hæreditariorum, cum enim præſumantur penes ipſum extra, *Surd. conſ. 4. num. 43. circa med. Rot. deciſ. 304. nu. 8. par. 5. recentior.* niſi de illis integram rationem reddat contra ipſum executioni demandari debet mandatum relaxatum contra bona hæreditaria debitoris, vt docet *Bald. in l. 1. C. quan. fiſc. vel priuat.* quem ſequuntur *Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 4. §. 3. ſub numero 1. verſ. quamquam ſi bona. Gutier. de tutel. p. 2. q. 23. num. 2. Felician. vbi ſupr. tom. 1. lib 2. c. 3. n. 10. verſ. tunc enim.*

Nec obſtat, quod ex indicatione bonorum nuperrimè per ipſum facta in actis Notarij cauſæ, appareat, adeſſe in d. hæreditate decem, & tria corpora ſtabilium, ex quibus creditores commode poſſunt ſibi ipſis, de eorum creditis ſatisfieri.

Quia, præter quod bona indicata ſunt illa eadem, quæ ſubhaſtata fuerunt ad inſtantiam DD. de Veroſpiis, vt in vltimo Summario Creditorum num. 2. & 3. Prætenſio, quod creditores ſibi ſatiſfiant ex ſtabilibus forſan locum haberet, pecunia hæreditaria non extante, vel non ſupperente, ſecus autem vbi, prout hic, extat pecunia ex fructibus hæreditariis ab ipſo perceptis, & penes eum exi-
16 ſtentibus, * tunc enim indicatio ſtabilium non ſuffragatur, nec ipſe liberatur dimittendo bona hæreditaria, ſed debet in pecunia creditoribus ſatisfacere, vt ſequendo *Burſatt. conſ. 9. numero 30. & 31* tradunt *Cyriac. contr. for. cap. 24. num. 19. cum ſeqq. vſque*

Digitized by Google

vſque ad num. 26. *Surd. dec.* 30. *num.* 13. *verſ. ſecundo motus fuit Senatus, num*, 14. firmauit *Rota coram Reuerendiſſimo Vrgellen. dec.*1. *per tot.* & ſignanter nu. 29. & 30. & in ſæpius allegata *Romana quarti dotalis* §. *ſecundo quia vſque ad fin.*

Quod non euitatur prætextu, quod Matthias in quadam epiſtola tranſmiſſa D. Perbenedicto ſub die 20. Nouembris 1627. reſeruauerit ſibi cautionem, & ſecuritatem pro ſatisfactione dd. ſcutorum bismille ſuper ſtabilibus.

Omiſſo enim, an ipſe exinde præiudicare potuerit Beatrici, eiuſque filiis principalibus creditoribus abſque ſpeciali mandato: licet ibidem ordinauerit præſentari inhibitionem ſuper ſtabilibus, ibi, *è ſi preſenti l'inhibitione per li ſcudi 2. mila ſopra li ſtabili*
17 inferius tamen† expreſsè declarauit, nihil ſoluendum eſſe aliis creditoribus, niſi præſtita prius d. cautione de reſtituendo prioribus, ad effectum, vt, adueniente di eexactionis huius reſidui, poſſit pecunias perſolutas repetere, ibi, *A me pareria ſoſſe il douere, deſſero ſicurtà di reſtituire a creditori anteriori, perche per li ſcudi 2. mila, io hoggi non poſſo domandarli, mà è neceſſario, che, chi pigliarà detta moneta per li miei doi mila ſcudi, dia ſicurtà à ſuo tempo, &c.* Hinc enim clara dignoſcitur, elegiſſe ſtabilia tantummodo pro maiori ſecuritate, non autem taxatiue, liberando ſcilicet illorum fructus, aliaque bona hæreditaria.

Contra Catherinam vero dixerunt Domini man-
18 datum non eſſe exequendum, quia, * cum ipſa iuſto titulo exegerit dicta ſcuta 3800. illaque bona fide conſumpſerit, pulſeri nequit ab aliis creditoribus, licet anterioribus, vt *text. apert. in l. ſi alieni nummi. ff. de ſolut. Dec. in l. ſingulari, numero* 6. *ibique Iaſ. nu.* 73. *ff ſi cert pet. Menoch. conſ.* 300. *num.* 32. *Surd. conſ.* 4. *num.* 10. *conſ.* 528. *num.* 29. & *dec.* 60. *num.* 9. *Gratian. diſcept for. cap.* 30 4. *num.* 1. *cum ſeqq. Rot. deciſ.* 77. *num.* 30. & 31. *par.* 7. *rec.* & * in his terminis pro-
19 cedunt deducta per *Theſaur. d. q.* 16. *num.* 10. ſuperius ponderata.

20 Et, licet † hæc concluſio ſoleat limitari, quando creditores anteriores ſunt priuilegiati, & ſignanter ex cauſa Dotis, vt in caſu noſtro, ex allegatis per *Capyc. dec.* 78. *num.* 5. *Ant. de Amat. var. reſol libr.* 2. *reſol.* 51. *num.* 24. *Cyriac. contr.* 339. *n.* 15. & *ſeqq.*
21 †Limitatio tamen admittitur, vbi creditor poſterior qui pecunias exegit, & conſumpſit, non eſt pariter priuilegiatus, ſecus autem è contra, tunc enim priuilegia conquaſſantur, aliiſque creditoribus etiamſi anterioribus, & priuilegiatis, auocatoria non competit, per ea, quæ tradunt *Theſ. iun. d. q.* 16. *nu.* 6. *Gait. de cred. cap* 4. *q.* 11. *numer.* 13. 14. & *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *par.* 6. *n.* 31.

Atque ita concluſum fuit omnibus informantibus, &c.

R. P. D. CERRO.

Romana Subbaſtationis de Alexiis

Veneris 15. Martij 1648.

SVMMARIA.

1 *Creditor anterior poſſidens debitoris bona iure pignoris non valet impedire eorum ſubbaſtationem ab aliis faciendam.*
2 *Ampl. præſertim ſtante Sanctiſſimi reſcripto vt hic.*
3 *Bonorum communis debitoris ſubbaſtatio non eſt retardanda ex poſſeſſione vnius creditoris, vbi omnium creditorum indemnitati prouidetur.*
4 *Enunciatiua mandati nulli, & iniuſti non probat.*
5 *Enunciatiua conſenſus, & aſſignationis in dubio intelligitur de eo, & ea, de quo, & qua conſtat.*
6 *Tituli inualidi, & inſufficientis productio præſumptionem tollit melioris tituli.*
7 *Amiſſio inſtrumenti non præſumitur ſed eſt probanda, & iuſtificandum, quod ſine culpa contigerit. Ampl. vt numero* 8.
9 *Referenti vt credatur ſine relato, requiritur expreſſio illius tenoris per extenſum.*
10 *Verba, Pleno naturali, & titulari dominio, verificantur etiam in ſimplici dominio hypothecæ, videlicet poſſeſſionis, & perceptionis fructuum.*
11 *Verba, Pleno iure, quid ſignificent.*
12 *Dominium aliud eſt proprietatis, aliud hypothecæ, & vſus fructus,*
13 *Poſſidens non tenetur iuſtificare titulum ſuæ poſſeſſionis. Decl. vt num* 14. 15. & 16.
17. *Poſſeſſio, & proteſtatio quando non impediat executionem, & ſubbaſtationem.*
18 *Exhibitio conſenſus, ſeu tituli inſufficientis excludit exiſtentiam alterius melioris ad executionem, & ſubbaſtationem retardandam.*

DECISIO CCXXXIV.

Emanatis coram me duabus reſolutionibus, altera 12. Decembris 1644. in qua dictum fuit, non eſſe procedendum ad ſubbaſtationem bonorum ab Antonina poſſeſſorum, altera 15. Februar. 1647. præcedentis reuocatoria, Dubitatum fuit hodie, An eſſet ſtandum in primo, vel vltimo loco deciſis, & perſiſtendum eſſe in vltimo loco, Domini reſoluerunt.

Subſiſtit namque fundamentum poſterioris reſolutionis, quod per inhibitionem inſtrumenti cenſus euidenter pateat, Iulium Vrſinum hæredem Alexij de Alexiis communis debitoris non dediſſe Antoninæ bona, de quibus agitur, inſolutum, prout in prima deciſione ſuppoſitum fuerat, ſed ſolum eidem aſſignaſſe certam ratam fructuum, & penſionum temporaliter duraturam, donec, & quouſque eidem reſtituerentur ſcuta 3000. pro reſiduo ſuæ dotis, vt ex inſtrumento deſuper confecto die 13. Iulij 1617. ſummar. creditorum præteritæ poſitio-
1 nis num. 5 Vnde, * dum Antonina prædicta bona poſſidet tantummodo iure pignoris, licet ſit creditrix anterior impedire nequit ſubbaſtationem per alios creditores faciendam, ex clara diſpoſitione text. in l. *à Diuo Pio*, §. *quod ſi res fuerit pignora-*
2 *ta, de re iudic.* * Præſertim cum ex forma reſcripti impetrati per creditores à fel. rec. Vrbano VIII. ſubbaſtatio fieri debeat, ipſa Antonina non amota à ſua poſſeſſione, ſed ea firma remanente, & ad effectum in primis, & ante omnia ſibi ſatisfaciendi de ſuo credito, & de eo, quod ſupereſt, cæteris
3 creditoribus poſterioribus. Dum itaque * deueniri debet ad ſubbaſtationem ſine præiudicio ſuæ poſſeſſionis, quam ipſa non eſt dimiſſura, & exinde magnum commodum paratur creditoribus, illi verò nullum damnum infertur, eſt iuri conſentaneum, quod ſubbaſtatio non retardetur, vt omniũ indemnitati prouideatur, per ea, quæ in fortioribus notat *Bart. in l. pen. ff de pet. hæred* quem referunt, & ſequuntur *Caſtrenſ. conſil.* 179. *num.* 9. *par.* 1. & *Cantiunc. conſ.* 23. *q.* 15. *nu.* 192. concludentes, tertium

Digitized by Google

tertium poſſeſſorem non poſſe impedire executionem ſententiæ, quando ipſi non eſt damnoſa.

Et iterum viſa fuit, nullam habere ſubſiſtentiam ſomniata datio in ſolutum ex alio conſenſu, vt ſupponitur, præſtito per eundem Iulium anno 1620.

4 Quia * enunciatiua mandati de immittendo relaxati ab A. C. anno 1622. ſuper qua hoc ſuppoſitum totaliter ab altera parte fundatur, præter quod ad nihilum deſeruire poteſt ob nullitatem, & iniuſtitiam, quas paritur d. mandatum, vt firmatur in d. vltima deciſione, referri, & intelligi debet de præcedente conſenſu, & aſſignatione in pignus ſupra expreſſa, facta d. die 13. Iulij 1617. dum de alio poſteriori in rei veritate non conſtat, ad text. in *l. 1. ff. de lib. & poſthum. Roman. conſ.* 165. *num.* 8. *lib.* 2. *Giurb. dec.* 45. *num.* 9. *Sanct. mem. Greg. XV. deciſ.* 90. *num.* 3. *in d. deciſione relati.* Eoque magis, quia in d. mandato expreſſa non legitur neque dies, neque annus d. prætenſæ dationis in ſolutum, vnde
5 † perneceſſe debet intelligi de prædicto conſenſu, & aſſignatione in pignus, de qua conſtat per publicum inſtrumentum; Ponderando in ſuper, quod inſtrumentum huius, conſenſus, & aſſignationis productum, & exhibitum fuit ab ipſamet Antonina ad effectum impediendi huiuſmodi ſubhaſtationem, & ideò intrat concluſio paſſim à Rota firmata, quod
6 * productio tituli inualidi, & inſufficientis melioris tituli præſumptionem tollit, vt in *dec.* 731. *num.* 19. *par.* 1. *diuerſ. coram Sanct. mem. Greg. dec.* 467. *num.* 7. *in recent. dec.* 412. *num.* 2. *par.* 2. *coram Reuerendiſſimo Vrgell. dec.* 285. *num.* 148. *in Nouariẽn. Bonorum* 1. *Iulij* 1644. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, §. *neque huiuſmodi*, & *in Hidentina Parochialis* 5. *Decembris* 1646. *coram me*, §. *quia dum ipſemet.*

Nec iuuat allegare, quod inſtrumentum d. poſterioris conſenſus deperditum, & amiſſum fuerit.

7 Quia * amiſſio non præſumitur, *l. ſi quis ex argentariis, ff. de eden. Natt. conſ.* 166. *num.* 12. *Surd. conſ.* 109. *num.* 9. *Rot. in recent. dec.* 18. *num.* 22. *par.* 7. & *coram Card. Caualer. dec.* 82. *num.* 6. & parti illam deducenti incumbit onus, nedum probandi caſum ſcutæ amiſſionis, ſed etiam iuſtificandi, quod ſine ſua culpa contigerit, *Bart. in d. l. ſi quis ex argentariis*, §. *An nec haredi*, *n.* 4. *Caſtr. conſ.* 301. *n.* 1. *lib.* 1. *Alex. conſ.* 54. *nu.* 5. *lib.* 1. *Ruin. conſ.* 70. *num.* 6. *lib.* 4. *Honded. conſ.* 19. *nu.* 17. & 18. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 452.
8 *num.* 8. *par.* 3. *recen.* Sed † ceſſat in propoſito quoad hoc quælibet hæſitatio, quia agitur de inſtrumento rogato hic in Curia, vbi originale illius de ſtylo remant penes Notarium rogatum. Ideoque ceſſat penitus allegata amiſſio, *ex not. in c. cum olim, il primo, de priuil.* & *in l. teſtium, C. de teſtib* & firmatum fuit in *Bituntina Cenſus* 27. *Maij* 1647. *coram R. P. D. meo Corrado.*

Propterea vis fieri non poteſt in verbis enunciatiuis d. mandati, ibi, Conſenſit, & ſuum conſenſum dedit, & præſtitit, vt iure medio d. D. Antonina pro ſatisfactione d. ſui crediti dotalis dicta bona habeat, poſſideat, & *cap. pleno, naturali, & titulari dominio.*

Quia, præter quod in mandato non exprimitur
9 tenor conſenſus per extenſum, † vt requiritur ad hoc, vt referenti credatur ſine relato, ex deductis in *Neapolitana Penſionis* 27. *Maij* 1641. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. *& in omnem euentum.* Animaduerſum fuit, prædictam enunciatiuam commodè conciliari poſſe cum conſenſu, & aſſignatione ratæ
10 fructuum, quia * verba, Plena naturali, & titulari dominio, verificantur etiam in ſimplici dominio hypothecæ, videlicet poſſeſſionis, & perceptionis fructuum, vt in ſimilibus conſiderauit *Rot. in Romana Officij* 31. *Ianuarij* 1618. *coram bo: mem: Pirouano in recent. dec.* 140. *numero* 7. & 8. *par.* 5. & de
11 * verbo, Pleno iure, quod plerumque non ſignificet plenitudinem omnimodam reſpectu proprietatis, & dominij, ſed reſtringatur ſecundum ſubiectam materiam ad ſolam poſſeſſionem, & perceptionem fructuum, tradunt *Ruin. conſ.* 157. *n.* 8. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 21. *num.* 26. & dixit *Rot. in Meleuitana Feudi* 10. *Maij* 1632. *coram bo: mem: Merlino in recen. dec.* 119. *numero* 18. & *dec.* 210. *numero* 55. & 56. *par.* 6.
12 * Dominium enim aliud eſt proprietatis, aliud verò hypothecæ, & vſus fructus, vt magiſtraliter diſtinguendo docet *Bald. in l. proprietatis, num.* 1. *C. de probat.* quem refert, & ſequitur *Rot. in d. Romana Officij coram bo: me: Pirouano num.* 7.

His poſitis, clarè liquet, non applicari theoricã *Bart. in ſuprad. l. à Diuo Pio*, §. *ſi ſuper rebus num.* 4.
13 *de re indic.* quod ſcilicet † poſſidens non teneatur iuſtificare titulum ſuæ poſſeſſionis.

14 Quia, vt reſpondetur in d. vltima deciſione, * procedit, quando poſſidens non allegat titulum, ſed ſolum dicit, ſe poſſidere, quo caſu non cogitur docere de titulo, cum hic ex ſola poſſeſſione præſumatur, in quibus terminis loquuntur *Conar. practic. quæſt. cap.* 16. *num.* 4. *Parlad. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 4. §. 5. *num.* 3. *Peguer. deciſ.* 203. *num.* 7. *Sanct. mem. Greg. dec.* 22. *num.* 3. *in d. deciſione relati*, §. *ex his itaque*; & præter illos *Ang. Aret. conſ.* 98.
15 *num.* 11. *Cartar. dec. Genu.* 52. *nu.* 4. & 5. * vel quando allegat titulum aliunde habitum, quam à debitore, tunc enim ſufficit, quod doceat de titulo colorato, & apparenter abſque onere plenioris iuſtificationis, & in his terminis loquuntur *Felin. in c. ſuper num.* 16 *verſ. ſecundo reſpondeo*, *Seſſ. de inhib.*
16 *cap.* 5. §. 10. *num.* 48. † ſecus autem, quando poſſidens non ſtat in terminis ſimplicis poſſeſſionis, ſed vlterius allegat titulum habitum à debitore, hoc enim caſu allegans; illum habuiſſe à debitore, fatetur, debitorem olim fuiſſe dominum, & propterea, dum ſubdit, illum amplius non poſſidere, ſed poſſeſſionem à ſe abdicaſſe, illamque ad ipſum deueniſſe titulo dationis in ſolutum, donationis, vel ſimilis, tenetur docere, validè, & legitimè deueniſſe, & ſic, ſiue agat, ſiue conueniatur, concludenter probare debet validitatem dationis in ſolutum, donationis, vel ſimilis, vt egregiè diſtinguendo conſuluit *Caſtrenſ. conſ.* 143. *ſub num.* 3. *verſ. probatio autem*, *lib.* 2. quam diſtinctionem vti veriorem amplexa fuit *Rot. in Romana, ſeu Æſina Donationis* 23. *Martij* 1640. *coram R. P. D. meo Ghiſilerio*, & *in Anconitana Dotis* 28. *Aprilis* 1643. *coram me.*

Dum igitur Antonina allegauit, habuiſſe à Iulio debitore bona, de quibus agitur, in ſolutum,
17 * datione in ſolutum concludenter non iuſtificata, nec poſſeſſio, nec proteſtatio deſuper facta, iuxta cautelam *Angeli. in d. l. à Diuo Pio*, illi ſuffragantur ad impediendam executionem, ſeu bonorum ſubhaſtationem, vt tradit *Parlader*, *vbi ſup. d. c. fin. par.* 4. §. 5 *numero* 20. cum aliis alleg. in *d. Romana, ſeu Æſina Donationis*, & *Anconitana Dotis ſupra relatis.*

Nec applicantur deducta in *Bononien. Dotis* 27. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Meltio*: Quia ibidem verè conſtabat de datione in ſolutum, quæ nedum in pro-

Digitized by Google

in propoſito non iuſtificatur, quinimmo conſtat de contrario ex inſtrumento exhibito ab ipſamet
18 Antonina; † exhiben. enim huiuſmodi conſenſum penitus inſufficientem pro retardanda executione, & bonorum ſubhaſtatione, excluditur prorſus exiſtentia alterius melioris, cum meliorem, & validiorem produxiſſe præſumatur, vt præter ſupra relatos tradunt *Innoc. in c. dudum, nu. 2. verſ. ſed quia, de decim. Lotter. de re benefic. lib 3. c. 21. n. 38.*

Cæterum de poſſeſſione creditorum, & de mandato procuræ Caſtani, qui illam apprehendidit, Domini non dubitarunt, cum iuſtificentur ex deductis in d. deciſione *§. de poſſeſſione autem, cum duobus ſeqq.* Reperita verò ab altera parte remanent ſublata ex reſponſionibus in ea datis, cum quibus Domini tranſierunt.

Et ita reſolutum vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Anconitana Dotis.

Mercurij 9. Decembris 1648.

SVMMARIA.

1 *Mobilia per decennium, & vltra præſumuntur vſu conſumpta.*
2 *Fideicommiſſo Aſcendentis bona ſubiecta, & alienari prohibita diſtrahi poſſunt pro dotis reſtitutione. bonis liberis non exiſtentibus. Ampl. vt numero 3. & 4.*
5 *Lim. ſecus in dotis augumento.*
6 *Confeſſio viri de recepta dote probat adminiculis concurrentibus.*
7 *Depoſitum, & oblatio non integra crediti non impedit ſubhaſtationem.*

DECISIO CCXXXV.

PRocedendum eſſe ad vlteriora reſolutum fuerat coram me 24. Aprilis 1643. quam reſolutionem hodie Domini confirmarunt ex iiſdem rationibus, & fundamentis in deciſione deductis.

Nec obſtat, quod Franciſca Lanfrancona ex forma mandati A. C. teneretur reſtituere hæredibus Hieronymi mobilia ad illum ſpectantia, quibus non reſtitutis, procedi non poſſit ad vlteriorem mandati executionem.

Fuit enim reſponſum huiuſmodi obiectum fuiſſe penitùs ſublatum in tribus præcedentibus Deciſionibus coram me emiſſis 4. Iulij 1640. 19. Aprilis 1641. & 2. Februarij 1642. Quia, aut prætenditur eſſe reſtituenda mobilia æſtimata per Palazzinam, & in quodam folio deſcripta tempore nuptiarum ipſius Lanfranconæ; & prætenſio ceſſat animaduertendo. dicta mobilia fuiſſe triplicis ſpeciei, quoniam prima continebat nonnulla mobilia præcioſa, quæ diſtracta fuerunt à Hieronymo conſtante matrimonio, vt probatum fuit à duobus teſtibus formiter examinatis; ſecunda conſiſtebat in maſſaritiis, ſuppellectilibus, vtenſilibus, pannis lineis, & aliis huiuſmodi qualitatis, quæ ab anno 1621. quo contractum fuit matrimonium, vſque ad obitum viri ſecutum anno
1 1632. & ſic † per decennium, & vltra præſumuntur vſu conſumpta, ex traditis per *Peregr. conſ. 70. num. 21. lib. 1.* quem ſecuta fuit *Rot. coram Reuerendiſſimo Vrgellen. deciſ. 192. num. 11.* tertia denique continebat eademmet mobilia inuentariata inter bona hæreditaria Hieronymi: Vnde dum pars illorum diſtracta fuit ab ipſomet Hieronymo, pars præſumitur vſu conſumpta, & reſiduum fuit inuentariatum, nouo onere illorum reſtitutionis Lanfrancona grauari non debet, vt pleniſſimè firmatur in primis duobus prædictarum deciſionum.

Aut verò prætenditur fore reſtituenda mobilia appoſita in inuentario dd. bonorum hæreditariorum Hieronymi, & difficultas eruitur faciliori reſponſione, nam omnia prædicta mobilia ſubhaſtata fuerunt ad inſtantiam eiuſdem Lanfranconæ ob moram hæredum d. Hieronymi ſui viri dotem ſibi non reſtituentium, ut probatur in vltima earumdem deciſionum.

Minus obſtat, quod bona reperta in hæreditate Hieronymi ſint ſuppoſita Auito fideicommiſſo Galeatij.

Omiſſis enim cæteris aliis reſponſionibus datis
2 in altera deciſione. † Cum agatur de fideicommiſſo aſcendentis, & ſic inconfeſſo inter partes, in d. hæreditate non adeſſe bona libera, vtique pro reſtitutione huius dotis diſtrahi, & alienari poſſunt etiam huiuſmodi bona, quamuis fideicommiſſo ſuppoſita, & ſpeciali prohibitione alienari prohibita, ex vulg remed. *Auth. res quæ, C. comm. deleg.* ab omnibus, & quotidie in hoc ſacro Tribunali approbato, & præcipuè coram *Card. Seraph. deciſ. 678. numer. 5. in Anconitana Fideicommiſſi 10 Decemb. 1584. coram Blanchetto apud Merlin. de legitim. dec. 33. numer. 1. in Romana Dotis 30. Martij 1618. coram bo: mem. Card. Fabritio Veroſpio. poſt Fenzon. ad ſtat. Vrb. dec. 93. per tot. in Reatina Bonorum 6. Nouemb. 1632. coram bo: mem: Pirouano. in Spoletana Fideicommiſſi 30. Maij 1633. coram R. P. D. meo Ghiſilerio, & 4. Decemb. 1634. coram bo: mem: Merlin in recent. deciſ. 154. numer. 1. & dec. 210. numer. 4. & dec. 312. num. 1. & 2. par. 6. in Romana Dotis 31. Februarij 1641. coram Eminentiſſ. D. Card. Panzirolo, in Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunij eiuſdem anni §. Prioritas autem, & in Fauen. Dotis 4. Iulij 1646. in prin. co: me in Romana Dotis 23. Iun, 1645. 23. Maij, & 4...1646. coram R. P. D. meo Ottobono. & in Romana Cenſus 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, §. ſed fuit reſponſum.*

3 Idque † etiam, ſi conſtituta fuerint duo fideicommiſſa, alterum ſcilicet vniuerſale, alterum verò particulare; Dum enim non adſunt bona libera debitoris, diſpoſitio d. Authenticæ indiſtinctè procedit tàm contra vniuerſale, quàm contra particulare abſque eo, quod præcedere debeat diſcuſſio bonorum vniuerſali fideicommiſſo ſuppoſitorum, vt firmat *Iaſ. ibid. num. 32.* quem ſequuntur *Decian. conſ. 18. num. 28. lib. 2. Cancer. variar. reſolut. par. 1. cap. 9. num. 365. Peregr. de fideicomm. art. 42. numero 54. Fuſar. de ſubſtit. q. 571. numero 58.* aliiſque plenè relatis doctè reſponſum fuit in d. *Spoletana Fideicommiſſi coram bon: mem: Merlino in recent. d. dec. 312. num. 30. cum ſeqq. par. 6* Ea ſcilicet ratione, quia cum huiuſmodi priuilegium detractionis non proueniat à voluntate fideicommittentis, ſed à lege ipſa, lex æque ſubiicit, vtrumque fideicommiſſum, nec mandat prius vnum, quam alterum diſcuti, idemque firmatur in d. *Romana Saluiani de Caſalibus coram me. §. cuius Auth.* & admiſſum fuit *in Bonon. Fideicommiſſi. ſeu Domus 30 April. 1646. coram Reuer. P. D. meo Bichio, §. pariterque detrahi.*
4 † Eoque facilius in propoſito, quo eædem perſonæ ſunt vocatæ ad utrumque fideicommiſſum, Hoc enim

caſu multò minus conſiderari debet differentia inter vniuerſale,& particulare, vt in fortioribus terminis pōderant *Gabr.conſ.138.n.30.lib.2. Gratian.diſcept.for.cap.404 ſub n.20.Thomat.deciſ.51. n.50.*

Cæterum, ſuppoſitum, quod hodie agatur pro augumento. non autem pro reſtitutione ipſius dotis, quæ aſſeritur conſtituta in ſolis ſcutis 1250.
5 † ideoque non intret, *Auth.beneficium*, non merebatur allegari, quia dicta dos conſtituta fuit in ſumma ſcut. quatuor mille, & in quantitate exa-
6 cta per Hieronymum † iuxta ipſius confeſſionem de recepto vrgentiſſimis adminiculis coadiuuatam, vt latè firmatum fuit in tribus deciſionibus huius cauſæ coram R.P.D. meo *Arguellio ſub diebus 17.Iunij, & 25. Nouembris 1647. ac 31. Ianuarij præteriti.*

Ideoque non obſtant depoſitum, & oblationes aliàs factæ, quia, cum hodie ex dd. tribus deciſionibus canonizatum fuerit creditum Lanfranconæ in
7 dd.ſcut.4.mill.† depoſitum illud,& oblationes tanquam non integræ,non ſuffragantur ex doctrin. *Angel.ibi,l.acceptam, num 2.verſ.unde ſi nummus, C. de vſur.cum cœteris adductis in altera deciſione edita 7. Februarij 1642.coram me,verſ.nec releuare.*

Et ita vtraque &c.

ARGVELLES.

Bituntina Cenſus.

Lunæ 5. Iunij 1649.

SVMMARIA.

1 *Hæredes ſine inuentario tenentur in ſolidum ad hæreditaria debita.*
2 *Deciſiones* Rotæ *iam firmata in ſubſequentibus diſputationibus ſupponuntur.*
3 *Mandatum executiuum competit in vim pacti executiui, etiam ſi non ſit expreſſa clauſula guarantigia, aut obligationis* Cameralis, *& n.6.*
4 *Pacta,quæ contra ius & bonos mores non ſunt, debent ſeruari,& quid in pacto,vt creditor propria auctoritate poſſit capere,& in carcerem detrudere debitorem non ſoluentem, & n.5.& 9.*
7 *Ius exequendi Iudicis auctoritate,& partium conuentione æquiparantur.*
8 *Lex,& contrahentium pacta æquipollent.*
10 *Inſtrumenta omnia publica vt habeant executionem Statuto diſponi poteſt.*
11 *Argumentum valet à Statuto ad pactum, & econtra ſaltem affirmatiuè.*
12 *Clauſula,Per viam Ritus ſemper ſubintelligitur in inſtrumentis in Regno Neapolitano.*
13 *Cenſus inſtrumentum habet executionem paratam.*
14 *Ampl.maxime in Regno Neapoli.*
15 *Hæredes eiſdem tenentur actionibus,quæ contra defunctum competebant.*
16 *Hæres eſt vna,& eadem perſona cum defuncto.*
17 *Hæres ad omnia iura actiuè,& paſſiuè ſuccedit.*
18 *Carcerari ſi quis ex Statuto poteſt, poteſt & illius hæres.*
19 *Hæredum ex perſona non mutatur obligationis conditio,etiam ſi ſit executiua. Ampl.vt num.29. Lim.vt num.31.*
20 *Hæres ad effectum executionis contra ipſius bona, & perſonam citandus eſt ad oſtendendum inuentarium, & bona inuentariata exhibenda, & reddendam rationem.Decl.vt n.21.*
22 *Citandus non eſt, quem conſtat,nullam habere defenſionem.*
23 *Variare an, & quando poſſit creditor circa executiones,iudicia,remedia,res,& Iudices.*
24 *Statuta laycalia executionem præbentia publicis inſtrumentis Clericos non comprehendunt.Ampl.vt n. 25.26.27.& 28.*
30 *Hæredes adeundo ſe obligant,& quaſi contrahunt cum creditoribus.*
31 *Clericus hæres conueniri debet in foro Eccleſiaſtico.*

DECISIO CCXXXVI.

EX latè, & luculentiſſimè deductis in Bituntina cenſus 27. Nouemb.1645.& 24.Maij 1647. coram R.P.D.meo Corrado deciſa penè remanet præſens controuerſia. Firmatur enim ibi multis iuri-
1 bus, & Doctoribus,Bouios † teneri inſolidum,quia conſtat, quod ſunt hæredes;nec vllibi apparet,quod confecerint inuentarium, optimè reiectis omnibus tunc ab eis latiſſimè deductis, & partim, licet breuius, nunc fruſtra inculcatis; Tum quia pleniſſime
2 ſatisfactum, Tum etiam * Rotæ deciſiones ſemper ſupponuntur, nec licet eas in dubium reuocare, *Rot.apud Burat. dec. 596. num.2. & 857. num.4. poſt Zacch. de oblig.Cam. dec.275. num.1. in Mediolanen. penſionis 27.Iunij 1646.§.fuiſſe,coram R.P.D.meo Bichio, in Bonon.fideicomm. de Guidattis 23. Ianuarij præſentis anni in princ.coram me.* Tum denique quia earum virtute fuit data aſſociatio,quam habuiſſe effectum contendunt,& ipſi de Bouiis,& eam ſeruare vouent.

Agitur nunc de executione ipſorum Inſtrumentorum,quorum validitas, nec tunc conuertebatur,
3 in quibus † cum adſit pactum executiuum, non poteſt negari mandatum executiuum, (quod eſſe relaxandum contra bona,& perſonas dd.Rota decreuit) licet non fuerit expreſſa clauſula guarentigia, aut obligationis Cameralis. Etiam de iure communi, nam vnuſquiſque poteſt obligari, vt voluerit,cum
4 † pacta, quæ contra ius, & bonos mores non ſunt, debeant ſeruari, *l.1.§.ſi conuenerit ff. depoſiti. cap.1. extra de pact.* & aliis vulgaribus, *Valaſc. littera P. axiom.1. Azeued. ad l.2. tit.16.lib.4. recopill. Vela diſſertat. Hiſpal. 12.num.86. Aſin.de exe-*
5 *cut.§. 9.numero 3.in fin.* † & fieri,vt creditor propria auctoritate poſſit capere, & in carcerem detrudere debitorem non ſoluentem, diſputat idem *Azeued. contra Queſadam in l.2. tit. 13. lib. 8. recopill. numer.205.* & faciunt rationes *Azeued.in l.2.tit.21.*
6 *lib.4.recopill. numer.54.*quibus probat † non eſſe neceſſariam clauſulam guarentigiam; vbi adeſt publicum inſtrumentum obligationis; faciunt tradita per *Abbat. in cap. de cauſis, 4.de offic. & poteſtate iud.*
7 *deleg.* quia ius exequendi Iudicis auctoritate,& partium conuentione æquiparatur, *l.penult.C. de pign.*
8 *act.l. cum creditorem, C.de furt.* & quia, † lex, & contrahentium pacta æquipollent, *l.fin.C. de reb. alien.vel non alien.l.cum quaſi, §.ſi plures, ff.de fideic.libert.* vt iſtis iuribus probat *Aſin.ſuprà cap.15. nume.2.& 3.* & proſequitur aliis rationibus, & Do-
9 ctoribus;Et,licet † hoc limitare velint nonnulli ad executionem realem, non vero perſonalem, vt per relatos à *Zacch. de oblig. Cam.q.2. num.41.& à Cancer.ibi non citato lib.2.var. cap. 3.num 4.* contrarium tenet *Boer. dec.295.num.10. Aſin. vbi proxime nume. fin. Azeued. d.l.2. tit.13. lib 8. recopill. numero 205.* dum aiunt, poſſe paciſci, vt quis in carcerem pro

debito

debito detineatur, ſed per hoc pactum executiuum
parati executionem, tenuit Rota dec. 172.nu.2.173.
num.6.& 177.num. 9. poſt Zacch. de obligat. Cam.in
Baren.ſeu nullius pecuniaria 26. May 1645. coram
R.P.Dom.meo Cerro, quod nullo modo poſſunt ne-
10 gare, vel ipſi ſupra relati, cum teneant* ſtatuto fieri
poſſe, vt omnia inſtrumenta publica habeant para-
tam executionem, relati à Zacch.d.q.2.n.19.& mul-
to plures ab Aſin.d.§.1.cap.26.Parlad.rerum quotid.
11 cap.fi.1.par.11.nu.8 cum † a Statuto ad pactum valeat
argumentum, & è contra ſaltim affirmatiuè, di-
12 cant citati à Valaſc.litt.A,axiom.490. & quod † in
Regno Neapolitano ſemper intelligatur appoſita
clauſula per viam ritus, Franch. dec.366.in fin iuncto
nu.6.Modernus Licien.in ſemicenturia diſcept.for. cap.
15.n.57.58.& 60.

Sed quicquid ſit de omnibus extra dubium præ-
ſens reſolutio eſt, cum fundetur in inſtrumento cen-
13 ſus. † quod executionem paratam habere ſæpiſſimè
tenuit Rota, & multi alii citati per Cene. quos ipſe
14 ſequitur de cenſ.q.95.† Prætetquam quod in Regno
Neapolitano hoc lege ſpeciali Regis Alphonſi (ema-
nata acceptationem, & corroborationem Bullæ Ni-
colai V. inſerta in ipſa pragmatica, & vtraque rela-
ta à Duard.de cenſ.in princ.) cautum expreſſe legi-
tur, & ita teſtantur Petr.de Greg.ad d.Bullam q.6.nu.
4.& alij relati à Duard.vbi ſup.§.3.q.24 nu.9.in med.
verſ.in Regnis quoque. Buratt.dec.879.num.3. verſic.
vltra quod.

Non obſtat quod Bouij ſint hæredes, vulgatiſſi-
15 mum enim eſt, † in hæredem dari eaſdem actio-
nes ciuiles, quæ competebant contra defunctum;
cur enim recurſet, quam recuſare non potuit is cu-
ius hæreditatem ſuſcepit S. C. Paulus ait in l poſtu-
lante 44.in princ.ff.ad S.C. Trebell.Bald. in l.fin.§.in
16 computatione, num.3. C.de iur. delib. Quia † eſt vna
perſona cum defuncto, auth.de iur.iurand.in fi.Prin-
cipij Baſylicon lib.41.nu.6. hoc autem, & ibi Scho-
liaſtes optima ratione, & aliis iuribus, & auctori-
bus, Velaſc.axiomat.19.litt.H, Carp.de execut.lib. 1.
17 cap.20.num.22. Et † ad omnia iura paſſiuè, & a-
ctiuè ſuccedit & aliis vulgatitatibus per Saluſt.Ti-
ber.in prax. A.C.lib. 1. cap.45. Paz.in prax. par. 4.
tom.1.cap.1. num.36. Parlad.d.lib.2.rer. quotid. cap.
fin.par.4.§. 1. à num.1. Aſin.vbi ſup. d.§.1.q.29.nu.10.
18 (vbi quod † ſi ſtatutum diſponit quem poſſe in car-
cerem detrudi, poſſe etiam hæredem detrudi) mul-
tis iuribus, & Doctoribus Carleual. de ind. lib. 1. tit.
19 3.diſp.9.numer.1. * Non enim ex perſona hæredum
conditio obligationis immutatur, ait Paulus in l.2.
§.ex his, 2.ff. de verb.obligat. Ciarlin.contr. lib. 1.cap.
34.num.51. Graſſ.de effect. Cler. effect.1.num.287. Rota
dec.28. numero 4.par.5.& dec.39.num. 1. & 8.par.6.
rec.& in Romana cambiorum 4. Decembris 1592. co-
ram Mellino, quæ eſt apud Marcheſ. de commiſſ.
par.2. fol. 251. numer. 6. quæ loquitur in puncto viæ
executiuæ, facit ſan.me.Greg. XV. dec. 139. nume. 23.
& doctè trad. in Bonon.fideicom. de Rubeis 11. Martij
coram R.P.D. meo Corrado, & in pacto executionis
cenſus multis citatis Cenc. de cenſ.q. 73. num.17. qu.
95.num.12.q 96.à num.2. vbi latius, Rota deciſ.39 nu.
1.& 8 & 9.par.6.rec.& dec.269.num.12.poſt Zacch, de
obligat.Camer.

Non obſtat, quod aiunt de inuentario: nam ple-
niſſime fuit reſponſum in ſupra allegatis Bituntí-
nis cenſus, & ex eiſdem rationibus ibi adductis re-
20 ſpondetur ad id, quod dicitur, quod † non fuerint
citati ad oſtendendum inuentarium, & bona inuen-
tariata exhibenda, & reddendam rationem ex
21 Saluſt. Tiber. d.cap. 45. numer.17 nam † hoc proce-
dit, quando dubitatur? An hæres ſit cum beneficio
legis, & inuentarij, non quando iam deciſum con-
22 trarium vt in præſenti, † citandus enim ille non eſt,
quem conſtat nullam habere defenſionem, Roman.
conſ.499.ibique Add. litt. G. Felin, in c.cum olim. n.
11.de re iudic. cum ſexcentis per Modern. Panorm. de
citat.q.18.n.41.

Nec refragatur, quod aliàs fuerit motum iudi-
cium ſuper aſſociatione, vt videtur ſentire Surd.alle-
gatus conſ.414 num.18. Quia ſi ipſe Surd. benè inſpi-
ciatur, concludit contrarium num.19. videlicet, quod,
23 † vbi non eſt creditor plenè ſatisfactus, poteſt etiam
poſt factam executionem in vna re ad alias tranſi-
re, &, quod in uia executiua poſſit variari hac i-
pſa die, Rota decreuit in Romana cenſus § Verum,
quod dicta ſententia, coram me, & tenent Carle-
ual. aliis antiquioribus adductis lib.1.de indic. tit. 2.
diſput. 2. numer.16. Galleſ. de oblig. Camer.q.11. num.
2. & ibi multi citati per Zacch. ante num. 1. Clarius
Gratian. diſcept.593. num.6. verſ.nec facit, cum ſeqq.
Cenc.de cenſ.d q 95. num.32.& 33. Marta de iuriſdict.
caſ.177.num.1.& ſeqq. rectè ad propoſitum explicat
Rota dec.163. num.3.& 161.à nu.4 & per tot.& 140.n.
10.& 273.num.11.poſt Zacch.de oblig.Camer. & deciſ.
161.num.23.par 6.rec.& in Romana dotis 4. Iunij 1635.
coram Pirouano, qui omnes benè explicant, quod, vſ-
que quo probetur plenè ſatisfactum creditorem,
etiam poſt executionem, ſeu immiſſionem, aut aſſe-
curationem ſuper vna re factam poſſe variari, & Iu-
dicem, & iudicium, & remedium, & capturam per-
ſonæ alios refert, & ſequitur Camer.lib.1. var. cap.
17.num.49.

Tandem non obſtat, quod ſint Clerici: nam li-
24 cet iam dubitari non poſſit, quod † Statuta con-
cedentia publicis inſtrumentis executionem nullo
modo compræhendant clericos, vt bene probant
multi laudati à Sperell.dec.10.numer.13. Marta de
iuriſd.p.4.centur.1. caſ.67. num.13. Reiecta opinio-
ne Couar.pract. q.18.num.5. ad med. verſ. nihilomi-
25 nus.(Qui tentauit, † hoc non procedere in Statutis
conditis à Principe habente iura Imperij: cum ſint
licita; & honeſta, ex cap.1.de non.oper. nunciat. (&
Aſin. multis relatis pro vtraque ſententia, de exeq.
ante §.1.cap. 3. à num.4. Paz. in prax. tom. 2.par.3.
cap. vnic. num.1. Parlad.d. cap.fin §. 12.num.28.Ve-
la alios referenti diſcept. Hiſpalen.23. in fin. Bart.
relati ab Abb. & penè recepti conſ. 33. lib.2. numer.3.
ex cap. conſtitutus, §. de in integr.reſtit. & cap.3 de
eo qui mittitur in poſſeſſ. & cap. cum cauſam 8. de re
26 iudic. † reiecta etiam conſuetudine Regni Neapo-
litani relata per Genuen. in prax. Epiſc. Curiæ Nea-
polit.q.15.num.2. Ricc. in deciſ. eiuſdem Curiæ par.1.
dec.155. à numer.4. cum ſeqq. Graſſ. vbi ſupr. effect.2.
27 numer.305. † & conſtitutione Synodali ipſiuſmet
Archiepiſcopalis Curiæ; quæ omnia reijcit opti-
28 mè Rot. d.dec.603 poſt Zacch.nu.12. Et † quacum-
que conſuetudine etiam mixta Clericorum, & ſæ-
cularium, quam non eſſe attendendam bene ait
Ciarlin.d. lib.1. c. 31. num.16. cui fauet d. deciſ. 163.
omnino videnda: quamuis contrarium aſſerat Re-
uerendiſſimus Ungentin.d.c.conſtitutus, n.5.

Attamen ad præſentem cauſam iſta neceſſaria
non ſunt, cum hic agatur de Clericis, qui ſucceſſe-
29 runt Laico executiuè obligato: † cuius obligatio
ex perſona hæredum immutari non potuit ex ſu-
pra allegatis, & Surd.cap. 222.num.10. Gomez. lib.2.

var.cap.11.num.11.& 14. *Marcheſ. vbi ſupr. nume.*5.
30 *&* 6. quia † adeundo ſe obligant, & quaſi contra-
hunt cum creditoribus, *l.*3.§. *fin. ff. ex quib. cauſ. in
poſſ. eat.§ hæres, inſtit. de obligat.* quæ ex quaſi con-
tractu, & latè ibi *Pichard. Donell. ad l. ſtipulatio-
nes non diuiduntur,*71.*num.*55.*ff. de verb.obligat.Saluſt.
Tiber.in prax.d.lib.*1. *cap.*45. *num.*13. *Duaren.ad tit.
ff de acq.hered.cap.*6.*fol.*455.*Sanch. in Decalog. lib.*6.
*c.*11. *numer.* 12. Mutatur quidem forus; nam iſte
31 † Clericus hæres conuenietur coram ſuo Iudice, *Ca-
rol.de Graſſ.de effect.Cleric.* multis relatis *effect.*1. *nu-
mer.* 281. vbi vtrumque probat, nempè conuenien.
executiuè, & coram ſuo Iudice, *Mart. de iuriſd.p.*4.
*cent.*1.*caſ.*33.*num.*7.

Et ita vtraq; &c.

R.P.D. VEROSPIO.

Anconitana Dotis.

Lunæ 30. Maij 1650.

SVMMARIA.

1 *Mandatum contra bona hæreditaria viri pro dotis reſtitutione exequi poteſt etiam contra bona fideicommiſſaria ſoceri, bonis viri non exiſtentibus, & n.* 13. *Ampl. vt n.*12.14.15.*&*.18.

2 *Executio cœpta per mandati relaxationem, ritè, ac rectè peracta, debet præuio vlteriori proceſſu terminari.*

3 *Litibus finis debitùs imponi debet.*

4 *Validitas mandati relaxati probatur ex actorum reuolutione, quæ requiſita omnia contineant.*

5 *Iuſtitia mandati probatur ex deciſionibus in cauſa emanatis.*

6 *Mariti confeſſio de recepta dote iunctis pluribus, & vrgentibus coniecturis, illius veram ſolutionem probat.*

7 *Mobilium reſtitutionis, obligatio ceſſat, illis ſubhaſtatis.*

8 *Compenſationi non eſt locus, ſed retentioni, dum non agitur de ſolutione integri debiti.*

9 *Subhaſtatio facta non obſtante oblatione, ac depoſito, nulla eſt, niſi ſumma aliqua deficiat, & n.*11.

10 *Nullitatis præſumptio tollitur ex contraria præſumptione validitatis, & iuſtitia.*

13 *Aſcendentium bona fideicommiſſo ſubiecta hypothecata redduntur pro reſtituenda dote deſcendentibus, quoties bona libera non ſuperſint. Ampl. vt numero* 12.*&* 14.

15 *Tertius poſſeſſor citatus in quolibet actu non impedit proceſſum executiuum.*

16 *Præſumendum eſt pro ſententia, & actus validitate.*

17 *Circuitus inutiles, & calumnioſi vt euitentur, deſumi debet interpretatio.*

DECISIO CCXXXVII.

MAndatum Rotale contra hæreditaria bona,
Hieronymi relaxatum pro dote Franciſcæ
vxori reſtituenda, ipſa prædefuncta, ſancitum fue-
rat in ſententia ad Dianæ hæredis inſtantiam, ac
Demetrij huius ceſſionarij in hoc Tribunali poſt-
1 modum edita, † exequendum eſſe contra bona per
fratres de Fanellis modo poſſeſſa, Auito licet q. Ga-
leatij fideicommiſſo ſubiecta, cum nulla Hierony-
mi debitoris bona ſuperſint; ſuper cuius vlteriori
executione ſententiæ, propoſito per me dubio, af-
2 firmatiuè hodie DD. reſponderunt; Quia iam * cœ-
pta per mandati relaxationem executio, ritè tamen,
ac rectè peracta, debet, præuio ad vlteriora proceſ-
3 ſu terminari, vt † debitus tandem litibus finis im-
ponatur, *l. quidam exiſtimauerunt. in fi. ff. de reb.cred.
l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ. l. properandum; C.
de iudic. Soccin. in l. ſingulis, num.*2.*ff. de except. rei iu-
dic. Alex. in l. qui bona, §. vlt. nu.*2.*ff. de damn. infect.
Surd. conſ.*271.*num.*15.*Rot. in Montis Faliſci Supple-
menti Legitimæ* 18.*Iunij* 1642.*in §. cuius ratio, coram
R.P.D. meo Bichio,* & in hac eadem cauſa 24. *Apri-
lis* 1643. *coram R.P.D. meo Cerro.* Mandati autem
4 * validitatem acta ipſa reuoluta demonſtrant, ex
quibus omnia à iure requiſita conuincitur contine-
ri, iuxta traditam praxim in *dec.Verall.*260.*par.*2. ſæ-
pius in hoc Tribunali receptam.

5 Iuſtitiam verò † deſignant deciſiones hactenus
editæ in hac cauſa coram *bo: mem: Buccabella ſub die*
16. *Martij &* 3. *Decembris* 1635. *coram* R.P.D. *meo
Cerro die* 24. *Aprilis* 1643.*&* 9. *Decemb.*1648. & a-
lias firmauit *Rot. in vna Rauennaten. ſeu Ferrarien.
Decimarum* 24. *Ianuarij* 1650. *coram me.*

Neque præfatam executionem retardare pote-
runt exceptiones à fratribus de Fanellis denuo re-
petitæ. Siquidem prima non iuſtificatæ dotis obie-
ctio, quippe quæ ex ſola Hieronymi viri confeſſio-
ne de recepto ab ipſa vxore, eiuſque hæredibus de-
ducitur, tollitur ex deciſionibus hactenus editis in
hac cauſa, quibus fulcita dignoſcitur adducta con-
6 feſſio pluribus, atque vrgentibus coniecturis, † le-
gitimam proinde veræ dotis probationem præſeſe-
rentibus, ſecundum *Salycet. in l. ſi mater. n.*1.*C. de con-
trah. empt. Bald. in l.*1.*num.*4.*C. de priuil. dot. Dec. conſ.*
96.*n.*3.*Natt. conſ.*548.*nu.*25.*Surd. conſ.*486.*nu.*7. *&* 8.
*cum ſeqq. Card. Mantic. de tacit. lib.*11.*tit.*20.*n.*19.*Rot.
coram Greg. dec.*62.*n.*2.

Altera verò obiectio exinde deducta, quod in ipſa
dotis conſignatione ex A. C. decreto debuerant ab
hæredibus Franciſcæ mobilia reſtitui in computum
dotis receptæ, vel ſaltem certus eorumdem valor
tunc temporis compenſari: Remouetur pariter ex
alio eiuſdem A.C. decreto, quo mediante à pluribus
annis legitima eorundem mobilium ſubhaſtatio præ-
7 ceſſit, † quæ proinde Franciſcæ ſucceſſores ab eo-
rum reſtitutione mobilium reddidit immunes, vt re-
ſpondit *Rot. coram* R.P.D. *meo Cerro ſub die* 9. *De-
cembris* 1648. *in §. aut verò prætenditur.*

Ad compenſationem verò valoris (dum in eodem
decreto reſtricta fuit ad caſum integræ dotis reſtitu-
8 tæ) adhuc arctati non fuerant, † dum dos integra ſo-
luta non extitit, ita vt ſe poſſint etiam retentionis
ope tueri, per *text. in l. ſi non ſortem. ff. de cond. indeb.*
vbi poſt *gloſ. in verb. retinebitur*, tradit *Bart. in fin.
Caſtr. & Alex. num.*6.*Iaſ. n.*10. *cæterique communiter*,
idem *Caſtr. in l. ſi quis aliam, n.* 4.*ff. de ſolut. & in l. pe-
tenti. in fin. ff. de pignorat. act. Neguſant. de pignor. in* 2.
*membr.*3.*par. n.*20.

9 Non obſtat, quod eadem † ſubhaſtatio nullitati
videatur obnoxia, poſtquam, non obſtantibus obla-
tionibus, atque depoſito per fratres de Fanellis obla-
to, ad eam Iudex procedi mandauit; Cum præfata
10 † nullitatis obiectio ex contraria præſumptione
tollatur pro ſubhaſtationis validitate, atque iuſtitia
vigente, ex traditis per *Bald. in l. ordo, nu.*5.*C. de reſ-
cind. vendit. gloſ. in l. à Dino Pio, §. ſi pignora. in verb.
quam, ff. de re iudic.* vbi etiam *Iaſ. n.*2.*&* 3.*Surd. conſ.*
256.*num.*8.*Rot. in Narnien. Dotis* 4. *Februarij* 1628.
coram

Digitized by Google

coram Vbaldo, poſt Modern. Peruſin. de ſubhaſt. dec. 75. num. 9. Dum maximè damnum ex diſtractione mobilium Fanellis illatum, ac læſio exinde contin-
11 gens adhuc probata non fuit. † nec oblationes integræ factæ fuerunt ab ipſiſmet Fanellis; vt allegant illius informantes.

Tertia denique exceptio ex iure fideicommiſſi petita per q. Galeatium de Fanellis eorundem Auum præordinati (ſuper quo propterea negant, mandatum contra bona hæreditaria Hieronymi relaxatum exequi poſſe) ob nondum iuſtificatam bonorum identitatem, nec conſumptionem detractionum ipſi Hieronymo fideicommittentis deſcendenti competentium illiquida redditur, atque
12 incerta, † adeoque mandati executionem retardare non valeat, *iuxt. text. in l. vlt. C. de compenſat. Afflict. dec.* 381 *ſub numero* 15. *Rot. coram Seraph. deciſ.* 1455. *numero* 3. *& coram Gregor.* 220. *num.* 5. & in aliis recenſitis in *Romana Succeſſionis* 24. *Ianuarij præteriti coram R.P.D. meo* Corrado *in vlt. §. Remouetur præterea, ex auth. res, quæ, C. comm. de legat.* deſumpta ex *Authent. de reſtit.* & ea, quæ pariter in
13 *§. quamobrem,* † cuius virtute diſpoſitionis Aſcendentium bona, licet fideicommiſſo ſuppoſita, hypothecata redduntur pro reſtituenda dote deſcendentibus, quoties bona libera, prout in propoſito caſu, non ſuperſint, vt pluries firmauit Rota, videlicet coram *Seraph. deciſ.* 278. *num.* 5. *in Romana Dotis* 30. *Martij* 1618 *coram bo: me: Card. Veroſpio,* & in alia *Romana Dotis* 23 *Maij* 1645. *coram R.P.D. meo Otthobono,* & in hac eadem cauſa 9. *Decembris* 1648. *in*
14 *§. omiſſis enim, coram R.P.D. meo Cerro;* * ſiue ab ipſa muliere, ſiue ab eius hæredibus dotis reſtitutio petatur, vt notat *Caſtr. in d. authen. res, quæ, n.* 10. *Menoch. conſ.* 34. *num.* 41. *Rot. coram Seraph. dec.* 688. *nu.* 11. vbi prætereà conſiderat, quod actio, (prout in caſu propoſito) ipſa viuente orta iam fuerat, & in *Romana Dotis* 14. *Februarij* 1642. *in §. cuius auth. diſpoſitio, coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in hac eadem cauſa* 24. *Aprilis* 1643. *in vlt. §. coram R.P.D. meo Cerro.*

15 Neque idem fratres de Fanellis † vti tertij bonorum poſſeſſores proceſſum executiuum poterunt impedire, vel quia in quolibet actu contra ipſos fuit repetita citatio, iuxta theoricam *Caſtr. in l. cum filiusfamilias, nume.* 3. *ff. de verb. ſignif.* quam probarunt *Dec. conſil.* 187. *num.* 2. *Ruin. conſ.* 34. *in fin. vol.* 5. *Aym. conſ.* 12. *num.* 8 *Surd conſ.* 334. *numer.* 12. & plures alii relati per *Mareſcott. var. lib.* 1. *cap.* 86. *nu.* 51. *& lib.* 2. *cap.* 121. *num.* 7. *Scacc. de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 6. *membr.* 4. *num.* 52. *Rot. in hac eadem cauſa ſub die* 24. *Aprilis* 1643. *coram R.P.D meo Cerro, & in Ciuitatis Caſtelli Spolij* 7. *Maij* 1638. *coram Reuerendiſſimo Terracinen.* Et licet citatio contra ipſos, vti hæredes Hieronymi ſupponatur executa, non autem vti fideicommiſſarios Galeatij; Dum tamen de
16 vtroque titulo in actis conſtabat; † citationes ex vtroque iure cenſentur executæ ad ſubſtinendam
17 actus, atque ſententiæ validitatem, † pro qua, vt inutiles, & calumnioſi, circuitus euitentur, omnis debet interpretatio deſumi. *l. quotiès, & l. merito, ff. pro ſoc. l. cum in teſtamento, § hac verba. ff. de hæred. inſtit. Alciat. reg.* 3. *præſumpt.* 42. *Rot. coram Greg. dec.* 282. *n.* 7. *ibique Add. n.* 12.

Vel quia; vt ſuperius ponderatum fuit, & coram R.P.D. meo Cerro ſub die 24. Aprilis 1643. exceptio
18 fideicommiſſi turbida redditur, atque illiquida, † cuius proinde reſpectu mandata executiua contra hæ-

reditaria Hieronymi bona relaxata exequi poterant contra bona, quæ vti fideicommiſſo ſuppoſita exaduerſo allegantur poſſideri, dum ipſius ſubſiſtentia, atque efficacia apta ad impediendum executionem incontinenti iuſtificata non fuit, prout omnium Tribunalium praxis obſeruare ſolet, de qua teſtatur *Rot. in Senogallien Prædij* 10. *Iunij* 1619 *coram bo: mem: Pirouano,* & in aliis recenſitis in *d. dec. R.P.D. mei Cerri in §. contraria vero, in fin.*

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. VEROSPIO.

Anconitana Dotis.

Veneris 21. Aprilis 1651.

SVMMARIA.

1 *Executori, & Balgliuio creditur referenti, executum fuiſſe in bonis hæreditariis de contrario non conſtito.*
2 *Poſſeſſio infert etiam ad dominium, cuius quæſtio incidens eſt, vt ad ſubſtinendam executionem. Ampl. vt num.* 3.
4 *Bona quod præſumatur aſcendentium, & ſub eorum fideicommiſſo ex ſituatione, & præſumptio admodum generalis, & æquiuoca, quæ eliditur ex poſſibili acquiſitione mediantibus titulis longæuo temporis curſu ſuperuenientibus.*
5 *Probatio debet neceſſario concludere ad executionem infringendam.*
6 *Confinia generalia, & æquiuoca fluminum, viarum, & ſimilium, quæ plura alia bona contingunt, & aliis æque conueniunt, non probant identitatem.*
7 *Prælegata, alio non conſtito, in fideicommiſſo non includuntur.*
8 *Identitas ex quibus non probetur.*
9 *Creditoribus anterioribus non præiudicant poſteriores conuentiones, & aſſertiones debitorum*
10 *Tertij exceptio aliqualiter iuſtificata operatur ſuperſeſſoriam in vlteriori executione.*

DECISIO CCXXXVIII.

VIgore mandati Rotalis in Territorio, & Caſtro Montis Securi capta fuerant pignora tanquam hæreditaria Hieronymi ſubhaſtanda pro credito dotali Franciſcæ vxoris in ſcutis 947. ac obolis 56. ſuper illius bonis contracto, ac Demetrio Pieritio poſtmodum ceſſo per hæredes Franciſcæ: Cum vero Fanelli debitores hæc bona Galeatij, & Franciſci reſpectiuè de Fideicommiſſo ſubiecta contenderent, & executionem proindè reuocandam tanquam exceſſiuam, ad eorum inſtantiam ſuper hoc dubium propoſui, negatiuè reſolutum, exceptis tribus tantum corporibus deſcriptis in folio ſub num. 1. 5. 7. quorum reſpectu in vlteriori executione DD. mandarunt ſuperſedeti.

Siquidem in cæteris corporibus hæreditariis Hieronymi executio legitimè facta probatur, non ſolum ex relatione Executoris, ac atteſtatione Bagliuii Montis Securi, quod capta pignora fo-
1 rent hæreditaria Hieronymi, † veritatis interim præſumptione fulcita, donec contrarium exaduerſo probetur, *iuxta gloſ. in l.* 1. *C. de priuil. fiſc. in verb. reſtituantur, DD. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudicat.* ibique *Alex. num.* 19. *Imol. nume.* 22. *Tiraquell. de retract. conſanguin. § 8. gloſ.* 9. *nume.* 12. *Rot. coram Greg. deciſ.* 402. *num.* 2. *& coram Buratt.*

Digitized by Google

dec. 191. *num.* 4. ibique *Add. num.* 18. & 665. *num.* 3. Sed etiam ex antecedente aſſignatione facta Hieronymo in diuiſione inter fratres de Fanellis habita anno 1631. nullo expreſſo ibidem onere fideicommiſſi, & ex ſucceſſiua eorundem poſſeſſione vſque ad obitum continuata (vt publica documenta teſtantur relata in *Summar. poſit. Pieritij coram R.P.D. meo Cerro, die* 24. *Aprilis* 1643. *numer.* 5. 6 &
2 9.) † quæ dominium quoque in eiſdem bonis ſolet innuere, dum ipſius quæſtio incidens eſt, prout in caſu propoſito, ad ſubſtinendam videlicet executionem, vt notat *in l. ſi ſicuti, § ſed ſi quæratur. ff. ſi ſeruit. vendic. in verb. poſſeſſio. Bart. in l. quidem, in ſuo, numero* 4. *ff. de condit. inſtitut. Luc. de Penn. in l.* 3. *numer.* 15. *C. de apoc. public. lib.* 10. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 116. *numer.* 37. & *lib.* 6. *præſumpt.* 63.
3 *numero* 11. † idque fortius corroboratur ex geminata confeſſione hæredum pluries repetita in iudicio immiſſionis, altero manutentionis ſucceſſiuè intentato, quod Hieronymus bona libera, ac fideicommiſſaria in ſuo hæreditate reliquerat in Territorio Montis Securi conſtituta. Hinc enim duriori probationis onere, ac concludenti grauantur hæredes ad retardandam executionem, validitatis præſumptionem ex ſupra deductis obtinentem, vt in his terminis reſolutum fuit in *deciſ.* 614. *n.* 5. *par.* 3. *recent.* & *in Peruſina Pecuniaria* 4. *Iulij* 1625. *coram bo: me: Coccino, poſt Modern. Peruſin. de ſubhaſt. deciſ.* 66. & in hac eadem cauſa *coram R.P.D. meo Cerro* 24. *Aprilis* 1643. *in § ceſſat enim, & in § contraria verò.*

Nec ex ſituatione loci compræhenſiua bonorum, de quibus agitur, ac pariter eorum, quæ aſſeruntur Aſcendentium fideicommiſſo ſuppoſita argui valet
4 exceſſus, cum † præſumptio admodum generalis, atque æquiuoca inde reſultans elidatur ex eorumdem acquiſitione poſſibili diuerſis mediantibus titulis longæuo temporis curſu ſuperuenientibus, vt notat *Fulgoſ. conſ.* 145. *num.* 2. *Surd. deciſ.* 339. *nu.* 9. *cum ſeqq.* & *conſ.* 505. *num.* 10. *Rot. deciſ.* 706. *nume.* 2. *par.* 2. *recent.* & *in Vrbeuetana Fideicommiſſi* 7. *Februarij*
5 1620. *coram bon. mem. Coccino*; & ita excluditur* neceſſitas probationis ad hoc effectum requiſita, ad *text. in l. non hoc, C. vnd. legit. & in c. in præſentia, de probat. Rot. coram Seraph. dec.* 1372. *n.* 2. & *dec.* 248. *nu.* 11. *par.* 5. *recent.*
6 Neque † deſumi ex generica pariter, atque æquiuoca allegatione confinium, fluminum ſcilicet, viarum. atque ſimilium, quæ plura alia bona contingunt, ac aliis æque conueniunt, vt ponderauit *Rot. coram Seraph. dec.* 1137. *num.* 2. *coram Gregor. dec.* 455. *numero* 10. & *deciſ.* 295. *numer.* 8. *cum ſeqq.* & *deciſ.* 248. *num.* 12. *par.* 1. & *deciſ.* 175. *num.* 1. & 4. *par.* 6. *recent.*

Quinimmo admodum turbida viſa fuit inſtitutio fideicommiſſi exadverſo prætenſa in bonis relictis à Galeatio in Caſtro, & Territorio Montis Seueri. Dum is prædicta bona Iacobo Antonio alteri ex filiis, ac hæredibus prælegauerat, fideicommiſſum autem cum prohibitione alienationis iniunxerat hæ-
7 redibus in aliis bonis uniuerſaliter inſtitutis, † illa vni ex hæredibus prælegata ſub fideicommiſſo ſucceſſiuè inſtituto (alio non conſtito) non cenſetur incluſa, vt notat *Peregr. de fideicomm. art.* 7. *num.* 44. *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 2. *nu.* 13. *Rot. in Romana Hereditatis locorum Montium* 3. *Decembris* 1607. *coram Corduba, & in Viterbien. Caſtrorum* 9. *Decembris* 1620 *coram Sacrato.*
8 Non † etiam vis fieri poteſt pro iuſtificanda bonorum identitate in libro æſtimi, ac manutentione reportata anno 1602. in Summar. Fanelli exhibita; Dum deſcripta ibidem corpora nullatenus conueniunt iis, quæ in executione fuerant appræhenſa. Multoque minus in ſententia fauore Ioannis Baptiſtæ de Fanellis ſucceſſiuè prolata de anno 1615. ſuper immiſſione bonorum Galeatii, atque Franciſci fideicommittentium, quia non conſtat, in quibus bonis illa fuerit executioni demandata, pernecceſſe iuſtificandis, vt valeat inde dignoſci, an bona modo controuerſa in iis includantur.

Denique ad eliciendam bonorum identitatem ſuffragari non poterit inſtrumentum tranſactionis per fratres de Fanellis, ac filios Ioannis Baptiſtæ cum ſororibus initæ de anno 1630. quo, exceptis aliquibus bonis liberis, ſororibus, ac filiabus reſpectiuè donatis à Patre, cætera omnia in ipſius hæreditate relicta Aſcendentium fideicommiſſis declarantur obnoxia.

Etenim, prætterquam non omnia bona libera Ioannis Baptiſtæ compræhenſa fuerant in inſtrumento tranſactionis, nec omnia ſororibus ceſſa, ſed ea ſolummodo, quæ in inuentario ibidem inſerto deſcripta fuerant, vt conſtat ex capitulo relato in Summ. Pieritij n. 1. Aſſertio illa generica, atque confuſa non concludit capta in executione pignora tanquam hæreditaria Hieronymi ipſius Ioannis Baptiſtæ filij poſteà defuncti, eadem fuiſſe in Patris antea hæreditate remanſa, ac fideicommiſſo ſubiecta præſertim in præiudicium Franciſcæ vxoris præcedentis creditricis Hieronymi iuri ex publico habitæ dotis inſtrumento ſub expreſſa bonorum omnium hy-
9 potheca de anno 1628. antecedenter ſtipulato † cui, ac Pieritio ab eadem cauſam habenti conuentiones poſteriores, ac aſſertiones ibidem emiſſe aliquod non poterunt præiudicium inferre, ex diſpoſitione *text. in l.* 1. *C. de tranſact. & in l. Imperatores, ff. eod. tit. in l.* 1. *ac tot. tit. C. res int. alios act. Rot. coram Greg. dec.* 418. *n.* 10.

Verumtamen quia identitatis exceptio à Fanellis
10 propoſita viſa fuit Dominis † aliqualiter iuſtificari quoad Domum in Caſtro Montis Securi conſiſtentem, & Vineam in Contrata Sancti Pancratij ſitam in Territorio eiuſdem Caſtri, ac Hortulum, & Domunculam ibidem conſtitutam deſcriptas in folio per Pieritium in hodierna propoſitione exhibito, ideò quoad hæc in vlteriori executione mandarunt ſuperſederi. iuxta DD. ſententiam in *l. à Diuo Pio, § ſuper rebus, ff. de re indic. Rot. coram Seraph. dec.* 425. *num.* 3.

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. BICHIO.

Romana Saluiani.

Lunæ 30. Ianuarij 1645.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutio in integrum denegatur, non conſtito de nullitate, vel iniuſtitia, ſine quarum altera ceſſat leſio.*
2 *Profeſſio probatur ex interuentu inter Capitulares profeſſas ad conſtituendum procuratorem.*
3 *Fructibus cenſus decurſis petitis, poſſunt in ſententia comprehendi etiam decurrendi.*
4 *Cenſus an, & quomodo imponi poſſit ſuper bonis emphyteuticis, & n.* 6. & 8.
5 *Dominium an acquirat emptor non ſoluto pretio, & n.* 11.
6 *Hypo-*

Digitized by Google

6 *Hypotheca in re aliena non cadit. Lim. vt n. 13.*

7 *Ceſſionem habens ab anterioribus creditoribus in eorum locum dicitur eſſe, etiam reſpectu anterioritatis, & potioritatis Decl. vt n. 14.*

9 *Hypothecata res manet in bonis hypothecantis.*

10 *Cenſus impoſitione conſtituitur ius quoddam diſtinctum ab ipſa re.*

11 *Accollatio vim habet ſolutionis.*

15 *Sententia graduatoria ſi mandet, pecuniam inueſtiri, & quod ipſa, & inueſtimentum ſtare debeat loco cautionis de reſtituendo prioribus, & potioribus, non dicitur antiqua hypotheca extincta, & maximè dotis fauore. Ampl. vt n. 16.*

17 *Euictio à tertio poſſeſſore à ſe ipſo quando fiat.*

18 *Sortis cenſus loco ſuccedunt fructus ad effectum ſuper illi exercendi priorum hypothecam.*

19 *Mutuans ad emendum quando in re empta præferatur,*

20 *Hypotheca in ipſo momento emptionis acquiritur ad creditorum fauorem, nec illis deinde præiudicare poſſunt ſubſequentes conuentiones.*

21 *Credito, cui fuit pro rata aſſignata exactio aliqua, & mandatum ad exigendum acceptauit, præſumitur exegiſſe, iuncta petitione, quæ ſucceſſiuis temporibus fecit de crediti reſiduo.*

DECISIO CCXXXIX.

RVpta ratione Bancharia Tiberij Ceuli, & lata ſententia graduatoria inter illius Creditores, hi, ſeu eorum deputati vendiderunt de anno 1609. Palatium ad Tyberim ſpectans bo: mem. Cardinali Aquauiuæ pro pretio ſcut. 40. mill. quæ emptor vna cum aliis ſcutis 1317. & b. 45. debitis ex cauſa penſionum decurſatũ ſoluere promiſit certis creditoribus in inſtrumento nominatis, & ſignanter ſcuta 17500. Iuliæ Mattheiæ vxori Tiberii pro ſuis dotibus, & iuribus dotalibus, cum pacto tamen, quod eadem Iulia teneretur dicta ſcuta 17500. erogare in emptionem vnius annui cenſus per d. D. Cardinalem imponen, ſuper ipſo palatio vendito.

In continenti exequendo huiuſmodi conuentionem impoſuit Cardinalis ſuper Palatio cenſum annuum ſcut. 1357. & b. 50. & precio ſcut. 17500. vendidit Iuliæ adiecta duplici conditione, altera quod cenſus ſtare debeat loco cautionis de reſtituendo ſummam in eo collocatam prioribus, & potioribus creditoribus DD. de Ceulis, altera, quod iura dotalia Iuliæ ſemper illæſa remanere debeant, quoad poſteriores creditores, nec per præſens inſtrumentum ſit in aliquo dictis iuribus præiudicatum, quia intentio ſua eſt cum reſeruatione dd. iurium in ſui fauorem contrahendi, & alias non contraxiſſet.

Pro rata fructuum d. cenſus decurſorum, & decurrendorum nuper ad domum poſſeſſam ab Antonio de Amatis hærede Matthæi de Amatis, cui eadem domus hæreditaria Cardinalis Aquauiuæ vti illius, necnon D. Ducis Atriæ creditori adiudicata fuerat, obtinuerunt ſententiam immiſſionis in iudicio vtilis Saluiani interdicti Moniales, & Monaſterium Sancti Ægidii de Vrbe tanquam legatariæ ſupradictæ Iuliæ in eodem Monaſterio profeſſæ, aduerſus quam ſententiam iniudicatum lapſam commiſſa mihi cauſa reſtitutionis in integrum ad inſtantiam Antonii rei conuenti, dubitaui hodie, an conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, & negatiuè fuit reſponſum, quia non conſtat de nulli-
1 tate, aut iniuſtitia ſententiæ, * ſine quarum altera,
quia ceſſat læſio denegatur reſtitutio etiam minori,
l. nam poſtea, §. ſi minor. ff. iur. iur. gloſ. ibid. in verb. docuit, & in l. pen. verb. notarium, C. ſi aduerſus rem iudicatam. Oſaſch. deciſ. 158. numero 8. & per tot. Veſtr. in prax. lib. 8. cap. 3. numero 6. Gratian. diſcept. 761. numero 18 & ſeqq. Rot. diuerſ. dec. 134. num. 2. par. 2. Buratt. deciſ. 323. nume. 2. & fuit dictum in Sarſinaten. feudi 3. Iuny 1641. coram bo: me: Pirouano.

Neque enim nullitas deduci poteſt ex eo, quod
Moniales non probauerint mortem, hoc eſt profeſſionem Iuliæ, aut quia in Monaſterio petiti fuerint fructus decurſi, ſententia vero concedat im-
2 miſſionem etiam pro decurrendis, nam † profeſſionem Iuliæ nunc Sororis Mariæ Cæciliæ nuncupatæ,
ſatis probat mandatum procuræ ad hanc litem capitulariter factum à Monialibus profeſſis, inter quas
etiam Soror Maria Cæcilia vti profeſſa præſtitit
conſenſum, cum alioquin ad hunc actum non fuiſſet admiſſa, vt in ſpecie aduertit *Rot. deciſ. 448. ſub num. 9. coram Reuerendiſſimo Vrgellen.* & licet in mo-
3 nitorio agatur de fructibus decurſis, tamen † propter
clauſulam ius, & iuſtitiam &c. & alias ibidem appoſitas potuit Iudex in ſententia compræhendere etiam
cenſus decurren. eiuſdem obligationis vigore promiſſos, *Alex. conſ. 61. ſub n. 10. verſ. attento. lib. 1. Cephal. conſ. 400. num. 1. Bellon. iun. conſ. 23 ſub n. 4. plenè Barboſ. clauſ. 76. per tot.*

Prout nec ſubſiſtunt capita iniuſtitiæ exaduerſo
deducta, quorum primum ad effectum hypothecæ,
tum ob qualitatem Palatij, & domus controuerſæ,
4 quæ † cum ſint emphyteutica Baſilicæ Sancti Petri non potuerunt cenſui, vel hypothecæ ſubiugari,
quidquid dicen. eſſet, ſi cenſus non fuiſſet impoſitus ſuper ipſo Palatio, & domo, ſed ſuper illorum
fructibus, vt benè diſtinguit *Foller. in ſua prac. cenſ. verb. cenſus enim, num. 21. Rot. dec. 480. num. 1. par. 1. diuerſ.*

Tum ex quo Cardinalis impoſitor cenſus, quamuis dicta bona emiſſet, non tamen ſoluerat pretium
5 † ante cuius ſolutionem Cardinalis, ſicuti dominium bonorum ſibi venditorum, ac traditorum non
acquiſiuit, etiam ceſſante ſpeciali illius reſeruatione ad fauorem venditoris, *l. quod vendidi, 19. de contrah. empt. §. vendiderunt, Inſtit. de rer. diuiſ. Bart. in l. fiſtulas, 78. §. qui fundum, ff. de contr. empt. Abb. conſ. 69. n. 1. in fin. lib. 1. Alex. conſ. 121. n. 1. lib. 4. Surd. conſ. 107. n. 12. & deciſ. 120. n. 11. & 12. Rot. in Romana Saluiani 8. Aprilis 1639. coram Reuerendiſſimo D. meo Dunozetto Decano*, ita non potuit eadem bona ſub-
6 iugare, aut hypothecare, quia † hypotheca in re
aliena non cadit, *l. 1. ff. de pign. l. rem alien. ff. de pign. act. gloſ. fin. in l. Caius, 36. ff. eod. Neguſ. de pign. 3. memb. 2. p. num. 52.*

Secundum ex anterioribus hypothecis competentibus reo conuento, ſiquidem Matthæus illius
auctor credidit ex cauſa ſocietatis officij D. Duci
Atriæ tanquam hæredi Aquauiuæ ſcut. 1000. cum
pacto, quod ſoluerentur creditoribus Tiberij Ceuli
in partem pretij bonorum, vt ſupra Cardinali venditorum, & ab eiſdem creditoribus ſibi iura cederen-
7 tur, prout certa fuerunt, & † proinde in anterioribus hypothecis eorundem creditorum ſucceſſit, *l. ſi donata, §. 1. ff. don. inter vir. & vxor. l. 1. C. iis, qui in prior. credit. loc. l. emptor. C. de hæred. vel act. vend. vbi Bald. in 1. notab. Surd. deciſ. 308. num. 1. Gregor. XV. dec. 121. num. 2.* cumque tradiderit pecunias ad bona
emen. cum pacto acquiren. deſuper hypothecam,

videtur exinde nedum prior, ſed & potior in hypo-
theca, iuxta *text. in l.quod quis, ff. priuileg. credit. l.
Ariſto.ff.quæ res pig. obli. non poſſ.l.licet, C.qui pot. in
pig.hab.l.interd.ff.eod.*

Nam reſpondendo ad effectum hypothecæ ani-
maduerterunt Domini, non probari, quod in inue-
ſtitura aſſertæ emphyteuſis adſit expreſſa aliena-
8 tionis prohibitio, * qua ceſſante poteſt emphyteu-
ta ratione vtilis dominij, quod habet cenſum impo-
nere ſuper re ipſa emphyteutica ſine conſenſu Do-
mini directi,reſoluend. tamen in caſu deuolutionis
rei ad Dominum directum, licet ſecus ſit, quando
adeſt expreſſa prohibitio alienationis,in quibus ter-
minis loquuntur allegati in obiecto,vt bene diſtin-
guit *Cenc. de cenſ.par.1. cap. 2.quæſt.2. art.2. num.6.
& ſeqq.poſt Roderic. de ann.redd.lib.q.3. num.7.verſ.
ſimiliter. Redoan.in terminis emphyteuſis Eccleſ.de reb.
Eccleſ.non alienan.rub.16.de conſt ann.cenſ.reb.Eccleſ.
num.34. int.tract. diuerſ.tom.15.fol.419. Boer.dec.*181.
*num.*2. Eandemque diſtinctionem amplexa eſt *Rota
in dec.67. nume.3.& numer.6. impreſſ. apud Pacif. de
Saluiano deciſ.75.num.1.& 2.& ſeqq.apud Cenc. de
cenſib.dec.86.num.30.& ſeqq.par.5.recent.* quia nimi-
rum ſola prohibitio legalis ex *l.fin. C.iur. emph.* lo-
quitur de venditione,& iuris emphyteoticarij trans-
latione, per hypothecam autem non fit huiuſmodi
9 translatio quia † res hypothecata manet in bonis
hypothecantis, *gloſ.in d.l.fin.verb. aliis, Iaſ. ibidem
numer.*18. *& 29. Ruyn. conſ.* 150. *num.*14. *lib.*3. *Clar.
in § emphyteoſis,q.*18 *&* 21. Pariterque manent bona
10 centualia, cum * per impoſitionem cenſus conſti-
tuatur ius quoddam diſtinctum, & ſeparatum ab ipſa
re, *Seraph dec.795. numero 7.Couarr. var.reſol.lib.3.
cap. 7. numer.6.Rot. d.dec.67.num.1. apud Pacif.de
Saluiano.*

Neque iuſtificatur in facto,quod Cardinalis tem-
pore impoſitionis cenſus pretium Palatij empti non
ſoluerit, imò conſtat, Palatium fuiſſe emptum pre-
tio ſcut. 40.mill. & ſcut. 22500. ſtatim fuiſſe ſoluta
11 mediantibus diuerſis accollationibus,* quæ habent
vim ſolutionis, *Grat. diſcept.* 326. *num.*14. *Maſtrill.
dec.* 37.*num.*7. alia ſcuta 17500. habuiſſe Iuliam, ex
quibus emit cenſum, de quo agitur, reſiduum vero
ſcut. 1317.& b.45.non debebatur tanquam pars pre-
tij, ſed ratione penſionum decurſarum, præter quod
12 † ſufficit,habitam fuiſſe fidem de pretio, vt etiam
ante illius ſolutionem rei venditæ,ac traditæ domi-
nium acquiratur emptori, niſi fuerit nominatim re-
ſeruatum venditori,& ſi ſecus ſit, quando non fuit
habita fides de pretio, vt habetur in exaduerſo al-
legata *l.quod vendidi*, ibi, vel etiam fidem babue-
rimus emptori, *ff. de contrah. empt. & in §. vendi-
ta,verſ.ſed ſi is,Inſt.rer.diuiſ.* & tradit *Barboſ. in l.ſi
cum dotem, §.fin.num.*35.& 36. *ff.ſolut. matrim. Ant.
Fab.in C.lib.4.tit.33.defin.6. num.6.*aliique relati per
Antonium de Amatis reſol.3.numer. 43. Cumque in
ipſo inſtrumento venditionis fuerit ſpecialiter con-
uentum cum venditoribus, quod hic cenſus ſuper
Palatio vendito imponeretur ab emptore, hoc ſo-
lum validam redderet illius impoſitionem, eſto
quod emptor nondum rei ſubiugatæ dominium ac-
13 quiſiuiſſet, quia,* conſentiente Domino,tenet im-
poſitio cenſus ſuper re aliena, *Nauarr. de vſur.nu-
mero* 131.*verſ. quintum, Boccacc. de cenſibus, par.* 2.
*num.*69. *Molin. de iuſt. & iure diſput.* 394.*num.*6. *A-
zor inſtitut.moral.par.3. lib.* 10. *cap.* 7. *quæſt.*7. *Cenc.
de cenſ. par.* 1. *cap.* 1. *quæſt. prima artic.* 1. *nu-
mero* 8.

Alterum obiectum ſucceſſionis Matthæi in hypo-
thecis anterioribus creditorum Tiberij Ceuli,à qui-
bus ceſſionem reportauit, tollitur ex facto,quia non
probatur, dictos creditores eſſe anteriores Iulia au-
14 ctrice Monialium, † vt exaduerſo proban. eſſet, *l.ſi
nomen, ff.hered. vel act. vend. l.ſi plus, §.vlt. ff. euict.
Rot. deciſ.* 44. *num.*4. *par.* 4. *diverſ.& coram San.
mem.Greg. XV.dec.*579.*num.*1.

Et ad hunc effectum anterioritas dd. creditorum
deſumenda eſſet ante annum 1593. quoad fauorem
Iuliæ contracta fuit hypotheca dotalis, ſiquidem il-
la non fuerit extincta per ſolutionem, ſeu dationem
in ſolutum cenſus, de quo agitur,facta eidem Iuliæ
15 de anno 1609. tum quia, * cum in ſententia gradua-
toria ſupramemorata, ac in inſtrumento venditio-
nis Palatij, necnon impoſitionis cenſus diſpoſitum
fuerit, quod idem cenſus ſtare debeat loco cautio-
nis de reſtituen. prioribus, ac potioribus credirori-
bus DD,Ceulis, illius acquiſitio facta à muliere re-
uocabiliter, & ſub forma, qua poterat auocari non
extinxit antiquam hypothecam mulieris, *l.ſi rem
meam, l.ſi creditor, in fin.ff.ſol.l.reſcriptum, §.ſi alie-
na,verſ quod ſi non ita, ff. de diſtract pign. Dec.in l.ne-
que pignus,num.1.& 2.ff de reg.iur. Ang.conſ.*208. *in fin.
verſ. contrarium credo, Theſ. latè, q.*88.*numer.*11. *&
ſeqq. lib.*2.*Gratian. diſcept.*706. *numer.*60. *Vinc.de
Franch. dec.*200.*num.*7.quod fortius procedit fauo-
re dotis, *l ſi quis res,98.ff ſolut. Aloyſ.de Leo in d.l.1.n.
6.verſ. idem eſt,C ſi aduerſus tranſact. Surd. conſ.*145.
*ſub nu.*34.*Fab.de Anna conſ.*90.*nu.*11.*lib.*1, *Theſ. sunt
d.q.*88.*n.*13.*Grat. diſcept.* 706. *num.*61. *Caſtill. deciſ.*
5.*n* 7.*& ſeqq.*

Tum quia in ipſo inſtrumento d. venditionis Pa-
latij, & impoſitionis cenſus Iulia non in caſum e-
uictionis, vt exaduerſo ſupponitur, ſed ſimpliciter,
& indefinitè reſeruauit ſibi, & ſemper illæſa rema-
16 nere voluit antiqua iura doralia, † quæ propterea
per ſolutionem, & traditionem cenſus contextua-
liter factam, non fuerunt extincta,vt notat.*gloſ.in l.
eleganter.verb finita, in fin.ff. pign.act.* quam ſequitur
ibi *Bart.num.*4. *Fulgoſ.ſub numero* 6. ſcilicet, *in l.li-
bera, numero* 1. *C.ſent. & iudic. inter loc.* vbi etiam
*Alberic.ſub numer.*7.*Aloyſ.de Leo in d.l.1.num.6.verſ.
idem eſt, C.ſi aduerſus tranſact.Grat.conſ.*126.*num.*8.
*lib.*1.*Fab. de Anna dict.conſ.*90. *num.*8. *lib.*1. & exer-
ceri poſſunt pro fructibus cenſus contra poſterio-
res creditores bonis communis debitoris poſſiden-
tes, non ſecus, ac pro ipſa ſorte ſi eſſet euicta, quia
17 † euinci quodammodo videntur à tertio poſſeſſo-
re, qui illorum exactioni ſe opponit, vt per *Ancha-
ran.in cap.querelam, ſub num.6. verſ.quandoque de-
negat, de election.Hoſt. ibid. numero* 14. *Ferrett.conſi.*
18 204.*num.*3. &, cum * ſors, obſtante Bulla Piana,re-
peti non poſſit, eius loco ſuccedunt fructus, vt latè
probat *Milanen. dec.* 13. *numer.* 23. *& ſeqq. lib.*1.
quem ſequitur *Caſtill. dec.* 17. *numero* 35. *& ſeqq.* qui
ſignanter *num.*44.ponderat, quod ſtante reſiſtentia
iuris quoad repetibilitatem ſortis,anterioritas hy-
pothecæ reſeruatæ reſeruiret de vento, niſi com-
peteret pro fructibus, *lib.*1. *Maſtrill. dec.*119. *nu.*18.
& 19. &regulare eſt,quod anterior in ſorte talis iu-
dicatur in fructibus, *l.Lucius, ff. qui pot. in pignor.
hab, Neguſant. de pign.par.5. membr.* 1.*ſub num.* 14.*à
Ponte conſ.*76.*num.*12.*lib.*1.*Maſtrill.d.deciſ.*19. *nu.*11.
*Capyc.deciſ.*16. *nume.*1. Gratis autem dicitur, hy-
potheca Matthæi potior ſuper Palatio, quia Mat-
thæus ad illud emen. mutuauerit, & ſibi de hypo-
19 theca proſpexerit, quia * hæc non præceſſerunt,
aut

Digitized by Google

aut geſta fuerunt contemporaneè cum ipſa vendi-
tione, vti debuit, cum per ſubſequentes conuentio-
20 nes non potuerit præiudicari † hypothecæ ab ipſo
momento emptionis ſuper bonis emptis acquiſitæ
vxori, & aliis creditoribus emptoris. *Velaſc. conſ. 56.
numero 45. & ſeqq. ex text. in l. vlt. C. de pignor. ſ:
bis conſequens, Auth. de æqualit. doc. & aliis per eum
allegat.*

Tum tertiò, quia Matthæus de credito ſcutor.
1000. necnon aliorum ſcut. 300. pro fructibus, quæ
ſolum in debitum Cardinalis referenda ſunt, fuit ſa-
tisfactus, nam in eam cauſam aſſignata illi fuit exa-
ctio penſionum domuncularum aſcendentium an-
21 nuatim ad ſcut. 200. † quæ exegiſſe præſumitur, cum
acceptauerit mandatum ad illa exigen. iuncta peti-
tione, quam ſucceſſiuis temporibus fecit de ſcutis
mille pro reſiduo ſcut. 2500. Verba enim pro reſi-
duo demonſtrant, quod Matthæus alia ſcuta 1300.
receperat, *Iaſ. in l. ſi quidem. num. 4. C. tranſact. He-
ring. de fideiuſſor. cap. 20. §. 21. num. 33. Gratian. di-
ſcept. 3. num. 3. Bellon. deciſ. Ianuen. 60. nume. 6. Rot.
dec. 76. n. 4. par. 5. recent.*

Et ita deciſum vtraque parte informante cauſa per quinque vices propoſita.

R. P. D. BICHIO.

Romana Hæreditatis de Gratianis.

Lunæ 28. Iunij 1649.

SVMMARIA.

1 *Litigioſum non dicitur rei dominium ex pendentia litis in remedio, quorum bonorum, ſed benè poſſeſſio, quæ ideò in alium transferri non poteſt, & circa quam etiam conſideratur dominium.*

2 *Litigioſa dicitur res etiam in actione perſonali, in qua de ipſa re contendatur.*

3 *Proceſſus executiuus completus contra principalem in actione perſonali quando poſſit conſumari contra tertium, qui acquiſiuit lite pendente, & num. 17. 18. & 20.*

4 *Executiuè procedi non poteſt contra tertium, in quem, lite pendente facta eſt alienatio ex cauſa dotis, ſiue litem ſciuerit, ſiue non. Lim. vt n. 13.*

5 *Alienatio ex cauſa dotis dicitur neceſſaria. Declar. vt num. 7.*

6 *Dotis cauſam eſſe priuilegiatam publicè intereſt, & quare. Decl. vt n. 7.*

8 *Fideicommiſſi bona alienari non poſſunt pro conſtituendo, vel reſtituendo dotis argumento.*

9 *Spuriæ dotem legandi facultas data patri ceſſat, ſi cum alia dote iam nupta ſit.*

10 *Priuilegij ratio vbi non applicatur, nec ipſum priuilegium ſuffragatur.*

11 *Aſſertio coniugum, conſtante matrimonio, non probat in præiudicium tertij.*

12 *Dotis priuilegia non militant, probatione deſumpta ex ſola aſſertione coniugum, conſtante matrimonio.*

14 *Contractus ſimulatus eſt nullius momenti, & ipſo iure nullus.*

15 *Fraus, & colluſio probatur coniecturis.*

16 *Actus iudiciales inter coniuges ſuper æſtimatione rei dotalis quando reddantur ſuſpecti de colluſione, non noceant non citato.*

19 *Tertius litem ſciens, & acquirens, ea pendente, dicitur fraudis particeps.*

21 *Pretium conſequi poſſe contra alienantem, lite pendente, non eſt æque vtile, ac conſequi rem ipſam.*

DECISIO CCXL.

NE ſuper domo hæreditaria Octauij Gratiani, pendente lite inter Franciſcum, & Lælium, à Lælio in Attauantem tranſlata titulo dotis, fieret executio vigore mandati de immittendo in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum d. Octauij obtento à Franciſco, idem Attauantes obiecit, ſe tanquam tertium poſſeſſorem non poſſe executiuè conueniri. Quo tamen non obſtante, fuit contra ipſum relaxata executio à R. P. D. meo Royas, & ſucceſſiuè coram R. P. D. meo Meltio, cui ad inſtantiam Attauantis per Signaturam commiſſa fuerat cauſa appellationis cum clauſula, Alteri, qui procedat ad legitimam executionem, Rota decreuit, eſſe ad exequutionem procedendum. A quo pariter decreto interpoſita per Attauantem appellatione, eiuſque cauſa mihi commiſſa, cum clauſula Alteri, qui ad vlteriorem. Dubitaui hodie, an ſit procedendum ad vlteriorem executionem, fuitq; affirmatiuè reſponſum, tàm ex capite litigioſi, quàm fraudis.

Ex primò, quia etſi lis penderet in iudicio poſ-
1 ſeſſorio vigore interdicti, quorum bonorum, † ideo-
que litigioſum non eſſet illorum dominium, iuxta
theor. gloſ. communiter receptam in *cap. primo, verbo
litigioſè, de confirm. vtil. vel inutil.* reddita tamen fuit
litigioſa ipſa poſſeſſio, quæ propterea non potuit
in alium lite pendente transferri, vt præter allega-
tos in deciſionibus coram RR. PP. DD. Royas, &
Meltio notant in d. *cap. primo, Anton. de Butr. ſub
num. 4. verſ. ſed hoc puto*: & clarius *Abbas, ſub num.*
5. vbi ait; ita intelligendam eſſe dictam gloſſam, &
reddit rationem, quia, licet non agatur de Domi-
nio rei, agitur tamen de Dominio poſſeſſionis, quam
ideò non licet in alium transferre lite pendente,
cumque ſequitur *Decius ibid. num. 36. Rota in Tole-
tana Beneficij coram Iuſto. impreſſ. apud Marcheſ. de
commiſſ. par. 1. fol. 385. ſub n. 9. verſ. & ideò poſſeſſio, poſt
Bart. in l. 1. §. 1. ff. de litig. qui ſub num. 2. verſ. ſi vero
2 contenditur*, ait, quod † etiam in actione perſonali,
ſi contenditur de ipſa re, afficitur litigioſa res, &
3 actio. Vnde, quod † etiam ſi iudicium penderet in
actione perſonali, ſi actum fuit ratione certæ rei,
poſſit proceſſus exequutiuus completus contra prin-
cipalem conſumari aduerſus tertium poſſeſſorem,
qui lite pendente acquiſiuit, voluit *Anton. Fabr. in
Cod. tit. de exequut. rei iudicatæ, definit. 7. in fin.* vbi
dicit rationem, ne alioquin eueniat, vt Victoris
durior conditio fiat per factam re in ſua alienatio-
nem; cumque ſequitur *Cancer. var. reſol. tom. 3. cap.
17. ſub numer. 467. verſ. his adde, Giurb. deciſ. 62. ſub
num. 11. verſ. ſecus, Parlad. rer. quotid. lib. 2. c. fi. par. 4.
§. 5. num. 9.*

Neque intrat excuſatio, vel propter ignorantiam
litis pendentis tempore alienationis, vel ob priuile-
gium doti conceſſum ab Imperatore Iuſtiniano in
l. fin. C. de litigioſ. vbi habetur, quod, non obſtante vi-
tio litigioſi, poteſt dotis nomine fieri alienatio,
4 ideoque † non poſſe executiuè procedi contra ter-
tium poſſeſſorem, ad quem ex cauſa dotis bona liti-
gioſa tranſierunt, tradunt allegati per *Fontanell. de
pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 1. par. 3. nu. 49. Anton. de Amat.
reſol. 45. nu. 17.* Ignorantia enim tollitur ex facto, &
reijcitur in ipſa *l. fin.* ad effectum, vt nihilominus
ſit nulla alienatio, ibi, ſiue ſcientem, ſiue ignoran-
tem,

Digitized by Google

tem, vt in punct. poſt Bartol. Couarruu. & alios ad-
uertit Rot. coram Reuerendiſſimo Vrgellen. deciſ. 88. n.
5 & 6. à qua in hac parte non fuit receſſum in de-
ciſ. 281. quam gratis impugnat Modern. Forolinien.
contr. iur. tom. 4. lib. 24. cap. 3. nu. 16. & ſeqq. & fuit
dictum in Romana Domus 27. Nouembris 1643 §. nam
vitium, verſ. ſiue tertius. coram me.

Priuilegium verò dotis, ſiue innitatur rationi ne-
5 neceſſitatis, quia nempè * alienatio ex cauſa dotis
ſit neceſſaria, vt voluit Anton. de Amat. d. reſol. 45.
6 num 18. † ſiue publicæ vtilitatis, vt, aliis allegatis, no-
tat Cancer. var. reſol. tom. 2. cap. 12. num. 51. Rota coram
Reuerendiſſimo Vrgellen. d. dec. 281. num. 3. Intereſt
ſiquidem Reipublicæ dotibus fauere, quia propter
dotes facilius nuptiæ contrahuntur, & iuſti liberi
procreantur, l. 1. ff. de iur. dot. Arias de Meſa var.
reſol. lib. 3. cap. 32. ſub num. 12. Capic. Latr. deciſ. 109.
num. 11. Ceſſat in caſu noſtro, quo tempore aliena-
tionis huius domus mulier iam fuerat nupta, &
dos promiſſa ſcut. 2000. ſoluta in alia domo ſita
7 ad viam Babuini, & ſic † neque militat ratio ne-
ceſſitatis, neque publicæ vtilitatis, cum iam mulier
eſſet nupta, & dotata ſicuti in ſimili diximus, quod
8 † priuilegium dotis, vt pro ea conſtituenda, vel re-
ſtituenda alienari poſſint bona fideicommiſſi, non
habet locum ſi poſt nuptias ſecutas, ac dotem ſolu-
tam aliquid amplius nomine dotis detur, vt in Au-
then. res quæ, C. comm. de leg notat Curt. iun. nume.
45. Marzar. conſ. 1. num. 41. & ſeqq. Gratian. diſcept.
498. ſub num. 58. & ſeq. Cæſar. Manen. deciſ. 35. num.
9 18. Buratt. deciſ. 568. num. 15. Sic etiam * facultas con-
ceſſa Patri legandi filiæ ſpuriæ dotem ceſſat, ſi ſpu-
ria cum alia dote iam nupſit, Cæſar. Manent. deciſ.
10 43. nu. 18. vbi allegat concordantes; * vbi enim priui-
legium ſuffragatur, l. pen. ff. de mil. teſt. l. fin. C. qui ob
long. temp. præſer. Capic. Latr, deciſ. 102. num. 8. Fon-
tanell. dec. 586. ſub n 6.

Nec obſtat, quod in inſtrumento aſſignationis
domus, de qua agitur, celebrato, conſtante matri-
monio, contrahentes aſſeruerint, ſe deuenire ad
hanc aſſignationem; eo quod tractu temporis com-
pertum fuit, domum ad viam Babuini, prius datam
in ſolutum pro ſcutis bis mille, non eſſe valoris
ſcut. 1500, Quia, cum hoc aliunde iuſtificatum non
11 fuerit, † partium aſſertio emiſſa, conſtante matri-
monio, non probat in præiudicium tertij, l. duobus,
§. 1. ff. de iur. iuran. Natt. conſ. 438. numer. 9. Surd. dec.
325. num. 3. Buratt. dec. 873. num. 9. & magis in termi-
12 nis, quod † priuilegia dotis non militent, quando
probatio deſumitur ex ſola aſſertione emiſſa, con-
ſtante matrimonio, gloſſ. in l. aſſiduis, verb. datæ, C.
qui pot. in pign. habeant. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 7. n.
4. Ludouic. à Peguer. deciſ. 147. in fin. Cæſar. Manent.
dec 40. n. 17. & ſeq.

Eo minus, quia eadem aſſertio non caret vehe-
13 menti fraudis ſuſpicione, † qua ſuſpicione concur-
rente, non eſſe ſatis titulum dotis ad euitandam e-
xequutionem contra tertium poſſeſſorem, lite pen-
dente poſſeſſionem nactum, comprobatur ex ad-
duct. à Modern. Forolinien. contr. iur. tom. 4. lib. 24.
cap. 3. num. 20. in fin. Capic. dec. 128. ſub num. 10. verſ.
& quamuis, poſt Bald. in l. 2. num. 8. C. ne vxor. pro ma-
rit. Parlad. rer. quotid. lib. 2. c. fin. par. 4. §. 5. numer. 10.
14 vbi dicit rationem, quia † contractus ſimulatus eſt
nullius momenti, & ipſo iure nullus, cum aliis alle-
gatis in deciſ. coram R. P. D. Meltio §. Vlterius.

Simulatio autem, ſeu fraus, vt ſcilicet imminen-
tem exequutionem Lælius reus conuentus in iudi-
cio tunc pendente eluderet alienando hanc domum
in Attauantem, qui imminentiæ exequutionis con-
ſcius erat, apparet ex pluribus coniecturis in de-
ciſ. bis editis in hac cauſa coram R. P. D. meo Royas
29. Martij 1643. §. & nihil, & coram Reu. P. D. meo
Meltio 11. Decembris 1648. §. præſumptiones, & §.
15 ſeq. adductis, * quibus fraudem, & colluſionem pro-
bari vltra ibi allegatos dixit Rot. penes Buratt. dec.
16 724. num. 3. dec. 928. num. 2. Aduertendo, quod * eoſ-
dem coniecturæ ſuſpectos reddunt, etiam actus iudi-
ciales, qui poſt litem à Franciſco motam facti aſſe-
runtur coram A. C. ſuper æſtimatione domus ad Ba-
buinum inter eoſdem Lælium, & Attauantem, vt
per Mant. de tacit. lib. 8. tit. 25. ſub nu. 37. verſ. Quam-
obrem. Rot. in Romana domus ad Transtiberim 18.
Iunij 1638. § fin. coram Eminentiſſimo D. Card. Pan-
zirolo. & in Roſſanen. decimarum 28. Iunij 1641. §. pro-
bata, in fin. coram me, & nocere non valent Franciſ-
co ibi non citato, l. ſi ſeruus plurium, §. 1. ff. leg. 1. Me-
noch. conſ. 311. nume. 25. cum aliis alleg. in Romana fi-
deicommiſſi de Spiritibus 12. Ianu. 1643. §. pen. in fin.
coram me.

Adeò, quod tam ratione vitij litigioſi, quam frau-
17 dis, vt initio dicebam, † quæ ſola ſufficeret, com-
petit via executiua contra Attauantem, licet ter-
tium poſſeſſorem ex prætenſo titulo oneroſo ex al-
legatis à Papponio conſ. 63. num. 18. & ſeq. vbi ſignan-
18 ter nu. 19. ait quod, * ſi acquirens ſciuit litem pen-
dere, dicitur particeps fraudis, Giurb. deciſ. 62. num.
12. & 13. & num. 15. & ſeq. Coler. de proceſſu exequutiuo
par. 2. cap. 3. num. 418. Rota coram Reuerendiſſimo Vr-
19 gellen. dec. 364. num. 58. & num. 65. & ſeq. vbi, † etſi vl-
terius ad hunc effectum requiratur euentus fraudis
videlicet, quod alia bona debitoris non adſint, quan-
do alienatio fuit facta titulo oneroſo, quod neceſſa-
rium eſſe dixit etiam Couarru. & alij relati ab Add.
ad Buratt. deciſ. 917. num. 10. vtique, & hoc requiſi-
tum adeſt in caſu noſtro, in quo non facit actum pro
quantitate, quæ ex aliis bonis debitoris poſſit recu-
perari, ſed pro hac ipſa domo conſequenda tanquam
20 hæreditaria Octauij. † quæ niſi è manibus tertij poſ-
ſeſſionis recuperari poſſet executiuè, euentus frau-
dis, ac damnum actoris euidens eſſet, quia Franciſcus
actor breuiorem rei ad ſe pleno iure ſpectantis ca-
21 ptum amitteret, * neque illi æque vtile eſt ipſius
rei pretium conſequi actione, quæ competeret con-
tra alienantem, ex qua deſierit dolo poſſidere,
iuxta tradita per Monoch. de adipiſc. remed. 1. num. 65.
Peregr. deciſ. Patauin. 120. nume. 2. & 4. alioſque plu-
res, quos ſecuta eſt Rota in Ciuitatis Caſtelli ſupple-
menti Legitimæ 23. Martij 1640. coram bo: me: Merlino.

Et ita informante ſolum Franciſco, præuiis tamen
octo citationibus aduerſario præſentatis &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Saluiani.

Veneris 18. Martij 1650.

SVMMARIA.

1 *Eccleſiæ bona emere, & pecunias ad ſe ſpectantes in eam cauſam ſoluere abſque Beneplacito Apoſtolico non eſt prohibitum.*

2 *Eccleſiæ tantum vtilitas attenditur in licentiis illius bona alienandi.*

3 Nullitas

3 *Nullitas, quamuis excluſiua iuris agentis, à tertio poſſeſſore allegari non poteſt, vbi ea nunquam fuit à principali declarata.*

4 *Hypotheca generalis in obligatione ineſt Camerali.*

5 *Poſſeſſio Rei conuenti probatur ex obtenta deliberatione.*

6 *Immiſſio in vim ſaluiani quibus extremis probatis ſit concedenda.*

7 *Donatio facta filiis abſentibus ſtipulante Notario, reſeruata facultate illam alterandi, & deinde reuocata, & quam filij potuerunt non acceptare, vel acceptata renunciare, eiuſque exceptio, vti altioris indaginis non impedit ſaluianum. & n 9.*

8 *Deliberatarius non poteſt impugnare, quod bona non eſſent ſub domino debitoris, & hypothecis illius creditorum.*

10 *Compenſatio ipſo iure inducitur ad euitandum vſurarum curſum. Decl. vt n. 11. & 12.*

DECISIO CCXLI.

ORiginalis creditor cenſus ſcut. 1200. in ſorte principali de anno 1597. impoſiti à Lelio Petronio cum fideiuſſione Io: Franciſci Salamonij fuit Petrus Paulus Amadeus, qui vna cum Angela Arditia eius vxore in eodem cenſu pro ſuis dotibus aſſecurata, illum de anno 1624. tradidit in fundum dotalem Magdalenæ communis filiæ, & tam ipſa Magdalena, quam Victoria, & Cæcilia d. Angelæ hæredes tranſigendo de anno 1639. cum Abbate, & Monacis S. Crucis ad Hyeruſalem illis hunc ipſum Cenſum translatiuè ceſſerunt, recepto pretio; quod Monaci ſoluerunt de pecuniis retractis à venditione duorum aliorum Cenſuum, quos cum licentia Sacræ Congregationis Concilij Interpretatum impoſuerant.

Adeo quod hodie Monaci ſunt legitimi creditores, ac Domini cenſus olim ſpectantis ad Petrum Paulum mediante huiuſmodi ceſſione, quam tertij poſſeſſores rei conuenti in hoc iudicio vtilis Saluiani interdicti impugnare non poſſunt ſub prætextu, quod licentia præfata Sacræ Congregationis præbeat Monacis facultatem imponendi alios cenſus ad effectum hunc cenſum extinguendi, tum quia id reſpicit validitatem aliorum cenſuum, quos Monaci in vim d. licentiæ impoſuerunt non autem huius cenſus translatiuam acquiſitionem, ad quam illa o-
1 pus non erat, cum * non ſit prohibitum Eccleſiæ bona emere, & pecunias ad ſe ſpectantes in eam cauſam ſoluere abſque aliquo beneplacito, ſeu licentia Superioris, vt aduertit *Nauarr. in Comment. alienat. rer. Eccleſ. in princ. num. 1. Butr. in cap. nulli, nu. 11. de reb. Eccleſ. non alien. Rebuff. in compend. alienat. rer. Eccleſ. n. 8. Rot. in Amerina bonorum 19. Aprilis 1641. §. neque poterat, coram Eminentiſſimo Don. Cardinali Hieronymo Veroſpio, & in eadem 18. Maij 1643. §. nec repugnat, & §. nihil obſtat, coram R.P.D. meo Royas.*

Tum quia vtilius fuit Monacis cenſum acquirere translatiuè, quam extinguere, quia ſic ex fructibus ſoluere poſſunt fructus cenſuum, quos impo-
2 ſuerunt; & † in huiuſmodi licentiis attenditur dumtaxat euidens Eccleſiæ vtilitas, *Ruyn. conſ. 157. nume. 25. in fin. lib. 1. Seraph. dec. 443. num. 2. & dec. 1174 n. 7. Mant. deciſ. 31. num. 5. Rot. deciſ. 730. nu. 3. par. 2. recent.*
3 Tum tertio quia in omnem euentum † hæc nullitas vti reſpiciens fauorem Monacorum, licet excluſiua eſſet iuris agentis, opponi non poteſt à tertiis poſſeſſoribus, dum nuſquam ab eiſdem Monacis declarata fuit, *Soccin. conſ. 78. n 8. lib. 4. Surd. conſ. 1. num. 84. Rimin. ſen. conſ. 99 num 8.* & in puncto fuit deciſum in *Romana Saluiani 4. Martij 1644. §. etenim, in fi. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

Hinc inſtantibus Monacis pro fructibus huius cenſus, & reuocatione fideiuſſionis ibidem premiſſa, ſe immitti ex vtili Saluiano interdicto in poſſeſſionem bonorum olim à Salamonio, qui vt ſupra in inſtrumento cenſus fideiuſſor acceſſit, nunc vero à reis conuentis poſſeſſorum, & probantibus eadem bona cadere ſub hypotheca generali, quæ verbis explicitis conſtituta fuit in obligatione Salamoni, &
4 † ineſt etiam obligationi Camerali, *Zacch. de oblig. Camer. q. 31. num. 8. Barz. deciſ. 108 nu. 19. Buratt. deciſ. 905. num. 2.* necnon tempore hypothecæ, vel poſtea fuiſſe poſſeſſa ab eodem Salamonio; & nunc poſſide-
5 ri à reis conuentis, quia † tamquam hæreditaria Salamonii ea ſibi deliberari fecerunt, vt in Summario Monacorum num. 2. cenſuerunt Domini immiſſio-
6 nem petitam eſſe concedendam, † vt debet dictis extremis probatis, *Menoch. de adipiſc. remed 3. n. 161. & ſeqq. Rot. dec. 491. num. 6 coram ſan: me: Gregor XV. dec. 407. nu. 1. par. 5. recent.* & in his terminis fuit dictum in *Romana Cenſus, ſeu Saluiani 26. Iun. 1647. coram me.*

Non obſtat defectus hypothecæ eo, quod de tempore fideiuſſionis præſtitæ à Salamonio hæc bona non eſſent in eius dominio, ſtante præcedenti donatione, quam fecerat ad fauorem Andreæ
7 filii, & aliorum naſciturorum, nam * eadem donatio reuocata fuit de anno 1602. & viſa fuit requirere altiorem indaginem, cum ſtipulata fuerit pro filiis abſentibus, ac reſeruata facultate illam alterandi, nec hodie de ea excipiant donatarii, qui potuerunt eam non acceptare, & acceptatæ renunciare, vt in terminis ſtipulationis Notarii pro abſentibus, *Ruin. conſ. 119 ſub num 8. verſ antequam ergo, & conſ. 172. num. 16. verſ. quod ſi ille, lib. 1. Rota in Romana Cenſus 25. Iunij 1640. §. tertio quod coram me.* Sed
8 tertii poſſeſſores, † qui, cum hæc bona ſibi deliberari fecerint tanquam creditores Salamonii, & ad illius hæreditatem ſpectantia, negare interim non poſſunt, quod fuerint in eiuſdem Salamonij dominio, & ſub hypothecis eius creditorum ceciderint, vt in puncto hypothecæ reſpondit *Rot. deciſ. 68. numer. 11. dec. 108. num. 33. inter impreſſ. apud Modern. Peruſ. de ſubhaſt. & in Romana Saluiani de Caſalibus 17. Nouembris 1637. § & demum, coram bo: me: Buccabella, & 25 Maij 1642 §. creditum, coram bo: mem.*
9 *Merlino.* † Nec per conſequens, donec plenius de viribus donationis, & reuocationis cognoſcatur retardare valent immiſſionem in hoc iudicio, quod non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem, *Rot. dec. 559. n. 3. par. 1. recent. deciſ. 94. nume. 10. poſt Gilian. ad ſtatut. Peruſ. & in Maceratèn. Cenſuum 22. Iun. 1646. coram bo: me: Arguelles, vbi alleg. concord.*

Minus obſtat, quod Salamonius tractatu temporis euenerit creditor Petri Pauli creditoris cenſus in ſcutis 636. & proinde cenſus extinctus fuerit per compenſationem, quæ ipſo iure inducitur ad
10 euitandum curſum vſurarum. Quia, & ſi † cenſus poſſit compenſatione extingui, *Nauar. de vſur ſub numer. 124. verſ. trigeſima nona quæſtio. Rot. dec. 354. num. 1. & ſeqq. par 6.* deeſt in caſu noſtro iudicialis, vel ſaltem extraiudicialis debitoris congrua op-
11 poſitio, ſeu declaratio, * quæ ad hunc effectum requiritur,

quiritur, quia potuit debitor nolle cenſum extinguere, ſed pecunias ſibi debitas in alios vſus erogare, *Pereg. conſ. 107. num. 3. lib. Roder. de annu. redd. lib. 2. quaeſt. 18. num. 9. & ſeqq. Molin. de contract. diſput. 560. ſub num. 3.* vbi rationibus id comprobat, *Cenc. de cenſ. q. 88. ſub num. 6. verſ. contrarium, & q. 108. nu. 4. Rot. in Romana Cenſus 13. Maij 1650. coram bo: me: Merlino, & in alia Romana cenſus 10. Iunij 1641. §. minus, coram R.P.D. meo Cerro.*

Præſertim quia Salamonius non eſt debitor principalis cenſus, ſed fideiuſſor, & in inſtrumento cenſus fuit è contrahentibus deſignata certa forma ſeruanda illius redemptione, nempe quod pretium deponi deberet in ſacro Monte Pietatis ad effectum illud denuo inueſtiendi pro euictione domus, ex cuius pretio cenſus emptus fuerat, ad contentamentum, & cum præſentia, & conſenſu Abbatis Sanctæ
22 Crucis, † quæ forma, ſeu conuentio cum non potuerit impleri, ac ſeruári per aſſertam tacitam compenſationem; nec aliquo modo ſeruata fuerit, gratis allegatur compenſatio, *Surd. conſ. 246. numer. 21.* & quod cenſus fuerit per compenſationem extinctus, *Roder. de ann. reddit. lib. 2. q. 15. num. 89. Gratian. diſcept. 45. num. 2. 16. & 19. Amat. dec. Marchiæ 50. n. 13. Giurb. dec. 79. num. 45. & 46. Rota in Romana fructuum cenſus 22. Jun. 1646. §. per obitum coram* R.P.D. *meo Cerro.*

Et ita deciſum informantibus ſolum Reu. Abbate, & Monacis Sanctæ Crucis poſt quatuordecim citationes contra aduerſarios executas, &c.

R.P.D. BICHIO.

Romana Subbaſtationis.

Mercurij 7. Iunij 1651.

SVMMARIA.

1 *Fructus, excepto ſpolio violento, vel attentato, in huiuſmodi iudicio debentur, niſi à die motæ litis.*

2 *Acta vnius cauſæ non ſunt in altera diuerſa transportanda, quamuis ad illam multum conferant.*

3 *Actorum integra tranſportatio ad firmandam iuriſdictionem neceſſaria eſt in Eccleſiaſticis, non in profanis.*

4 *Acta irreleuantia tranſportare non eſt opus.*

5 *Traſportatio præſumitur integra, facta præſertim in vim præcepti.*

6 *Sententia ferri poteſt prout in prima abſque alterius contrariæ reuocatione in vim clauſulæ Quam, & quas, & quando non fuit exaduerſo in actis oppoſitum. & nu. 7.*

8 *Dubium particulare ſuper fructibus, damnis, & intereſſe diſputare non eſt neceſſe, quia ineſt diſputationi negocij principalis, à quo dependent. Decl. vt num. 10.*

9 *Dubia ſuperflua diſputare Conſtitutiones Rotales non arctant.*

11 *Fructuum perceptorum condemnatio intelligatur à die motæ litis, prout eſt de iure.*

12 *Iudicium contra minores, & abſentes per edictum citatos, non deputato curatore ad lites, & illo citato, redditur nullum. Ampl. vt n. 14. 15. & 16.*

13 *Mandatum executiuum dicitur iniuſtum, non liquidato credito, & ſit ſit inſolidum contra alterum ex pluribus hæredibus.*

17 *Creditum ſoluendum, ſatisfacto ſocio, in diuiſione vtilium, non dicitur liquidum, niſi ſocij ſatisfactione iuſtificata, factaque liquidatione, & diuiſione vtilium, & num. 29.*

18 *Satisfactio alterius eſt ab allegante concludenter probanda.*

19 *Hæres vnus ex pluribus conueniri poteſt inſolidum ad factum promiſſum de ſui natura indiuiduum, vel vbi petitur res ab eo tantum poſſeſſa, & nu. 20. Decl. vt n. 22. & ſeqq.*

21 *Exhibitionis ad effectum deueniri poteſt etiam ad capturam pignorum.*

22 *Intereſſe, multum intereſt, an petitum ſit per viam executionis, & acceſſoriæ, & conſecutiuæ ad factum promiſſum, & an æque principaliter, & de differentia.*

23 *Petitiones plures æque principales deductæ cenſentur per viam actionis, nec inuicem confunduntur, ſed vnaquaque retinet ſuam naturam.*

24 *Intereſſe in quantitate eſt ſui natura diuiduum, prout ipſa quantitas.*

25 *Alternatiua, Vel vtrumque alternatum æque principaliter determinat tamquam diuerſa, & in petitione præbet Reo conuento electionem eorum alterum præſtandi, prout competit, quando vtrumq; eſt principaliter in actione, & obligatione, & n. 26.*

27 *Exhibitionem librorum qui petit ab vno ex hæredibus, probare debet. eoſdem ad eum deueniſſe. Decl. vt num. 28.*

29 *Retentionis ad effectum debet creditum eſſe liquidum.*

30 *Retentio nec pro vero credito competit aduerſus ſpolium iudiciale, deficiente contumacia, vel culpa.*

DECISIO CCXLII.

DEuoluta ad Rotam coram R.P.D. meo Veroſpio appellatione à ſententia A. C. abſolutoria Ludouici Braccij à reintegratione petita per Eleonoram de Pirentibus, & litis conſortes in loca treſdecim Montium, ſiue eorum pretium, quæ idem Braccius ſubhaſtari deliberari fecerat de anno 1645. emanauit, præuia diſputatione dubii ſuper d. ſubhaſtationis validitate, & iuſtitia, ſententia *Rotalis*, qua mandatum *executiuum, cuius vigore facta* fuit ſubhaſtatio, eademque *ſubhaſtatio nulla* declaratur cum omnibus inde ſecutis, & condemnatur Braccius ad reſtituendum actricibus d. loca Montium, ſeu illorum iuſtum pretium, vnà cum fructibus ab eo perceptis, & damnis, & intereſſe per actrices paſſis.

Hæc ſententia Rotalis confirmanda necnè ſit, fuit hodie dubitatum coram me, cui per appellationem à Braccio interpoſitam cauſa fuerat commiſſa, & pro confirmatione reſponſum, non obſtantibus multis exaduerſo obiectis, quorum aliqua in ipſam ſententiam præciſè à præcedenti lata ab A.C. diriguntur, alia circa ſententiæ A.C. iuſtitiam verſantur, vt exinde contrariæ Rotalis iniuſtitia detegatur. Primi generis eſt obiectum non integræ tranſportationis, actorum non reuocationis primæ ſententiæ abſolutoriæ ab A.C. latæ, non diſputationis particularis dubii ſuper fructibus, damnis. & intereſſe, ad quæ Braccius condemnatur, ac tandem condemnationis *ad fructus*
1 à die ſpolii perceptos, † qui tamen *citra* ſpolium violentum, vel attentatum non debentur, niſi à die motæ litis iuxta ſententiam, quam perpetuo amplexa eſt Rota in pluribus deciſionibus relatis in Romana domorum 25. Iunij 1646. coram me, & in Ro-

in Romana domorum in Burgo 12. Nouembris 1649 coram R:P:D: meo Otthobono.

2 Acta * enim primæ inſtantiæ, quæ exaduerſo non tranſportata dicuntur, quia emanarunt non in hacmet cauſa, ſed in alia diuerſa, terminata vſque de anno 1618. tranſportari non debuerunt, quamuis ad hanc cauſam multum conferrent, *Grat: diſcept: 122. num. 16. & 17. cum alijs alleg: in deciſ. 55. num. 1. coram ſa: mem: Greg. XV. & in Iuuenacen. & Melphiten: bonorum 8. Iunij 1646. coram* R:P:D: *meo Corrado.* Eoque minus eorum defectus vrget, tum ex eo quod non releuant, cum ſatis non ſint ad euitandam ſententiæ A:C: nullitatem, & iniuſtitiam, quibus innititur contraria Rotalis;

3 * In cauſis namque profanis qualis eſt iſta, in quibus iuriſdictio vt firmetur, integra tranſportatione actorum opus non eſt, licet ſecus ſit in Eccleſiaſticis, de quibus loquitur Conc. Trident. ſufficit tranſportaſſe dumtaxat, quæ releuant, *Gratian; diſcept: 968. num. 10. & ſeqq: Rot: deciſ: 561. num. 12. par. 1. recent: deciſ: 564. ſub nu. 5. verſ. quod & videtur,* vbi dicitur ratio; quia

4 * non præſumitur quod lex expoſcens actorum tranſportationem, intellexerit de ſuperfluis, & irreleuantibus, *par. 2. in Leodien; dominij de Steuordia 3. Iulij 1623. §. his poſitis & ſeqq. coram Clar: mem: Coccino impreſſ. poſt Modern: Berſigellien: ad Stat: Vrb: deciſ: 165. in Verulana fideicommiſſi 27 Aprilis 1635. §. fin: coram Eminentiſſimo D. Cardinali Panzirolo, in Ariminen fideicomm. 28. Iunij 1641. coram* R:P:D: *meo Cerro; in Aſſiſien: bonorum 9. Nouembris 1644 coram R:P:D; meo Peutingero.* Tum etiam quia acta deficientia fuiſſe amiſſa conſtat ex fide Extractiſtæ, iuncto ipſo extractu,

5 * qui integer præſumitur, cum emanauerit vigore præcepti de extrahendo omnia acta, vt reſpondit *Rot: dec: 604. ſub nu. 2. par. 2. recen. & in Ferrarien: bonorum 10. Decembris 1603. coram Cardinali Lancellotto ſen:*

6 Primam * ſententiam reuocare neceſſe non fuit, vel quia vigore clauſulæ, quam, & quas in Commiſſione poſitæ Rota pronunciauit, vt in prima *Gabr. conſ. 54 nu. 8. lib. 1. Rot: deciſ: 161. nu. 2. in fin. par. 1. recent:* cum alijs allegatis *in Nazarena, ſeu Montis Viridis Beneficij 19. Iunij 1647 coram,* R:P:D: *meo Melzio,* vel quia

7 * non fuit de hoc ante ſententiam oppoſitum, vt requiri voluit, *Gabr. d. conſ. 54. num. 8. Oſaſc. dec. 1. n. 49 Rot. d. dec. 161. n. 2. dec. 31. nu. 2. coram Cardinali Cauaterio, & in Marſicen: iuriſdictionis 18. Februarij 1647 §. 1. coram me:*

8 Particularis * dubij ſuper fructibus, damnis, & intereſſe diſputatio neceſſaria non fuit, quia ineſſe videntur ipſi diſputationi negocij principalis, à quo dependent, *Chriſtoph: de Paz. ad leg: Regias, l. 1. nu. 84 & ſeqq: Rota in Bonon: dotis, ſeu pecuniaria 26. Martij 1645 coram Reuerendiſſimo Dom: meo Decano,* nec

9 * Conſtitutiones Apoſtolicæ arctant ad diſputandum dubia ſuperflua, *Rot: deciſ. 170. numer. 10. par. 6. re-*

10 *cent:* ſed * ſatis eſt, quod in relationibus cauſarum fuerit demandata expeditio ſententiæ etiam ſuper damnis, & fructibus, vt in fortioribus terminis fuit deciſum in *Romana fideicomm: de Marianis 14. Decembris 1648 §. nec refert, coram R:P:D: meo Royas:*

Condemnatio tandem ad fructus à die ſpolij perceptos in ſententia non legitur, ſed ſimpliciter ad fructus perceptos, ibi, vna cum fructibus exaduer-

11 ſo perceptis, * quod intelligendum eſt de perceptis à die motæ litis iuxta iuris diſpoſitionem, vt in terminis condemnationis ad fructus, *Vinc: de Franch: deciſ: 527. ſub numer. 12. verſic. nam dicebam, Capic. Latr. deciſ. 25. ſub numer. 38. verſic. nam verba ſenten-*

tiæ, Rot: deciſ. 66. num. 3. par. 2. recent. & in Bonon: dotis 19. Decembris 1640. §. penult. coram me, in Romana fideicommiſſi de Campagnolis 8. Februarij 1649 §. non obſtat, quod ſententia, coram R:P: D. meo Peutingero.

Secundi verò generis obiecta euacuantur ex optimè deductis in deciſione prioris inſtantiæ edita 10. Iunij 1650. coram *R:P:D: Veroſpio,* in qua oſtenditur mandatum executiuum pro exhibitione librorum contra has mulieres ad inſtantiam Braccij relaxatum, cuius vigore ſubhaſtatio ſecuta eſt, fuiſſe

12 nullum, ex quo non fuit mulieribus tunc minoribus, & abſentibus à loco iudicij, & per edictum citatis deputatus Curator ad lites, & citato Curatore proceſſum, vt requiri in terminis minoris abſentis, præter allegatos in d. *deciſ.* tradit *Guttier: de tutel. par. 2. cap. 4. ſub nu. 3. verſ. in abſentibus autem ex tex. litterali in l. 1. §. ſufficit, verſ. in abſentibus autem ff. de adminiſtr. tutor.* & iniuſtum, tum * quia non fuit li-

13 quidatum creditum Braccij in ſumma contenta in

14 mandato, tum quia * prọ prætenſo credito agi non poterat inſolidum contra alterum ex pluribus, *l. 2.* vbi notant omnes, *C. hæredit. action.*

Non vrget contra primum diſtinctio inter pupillum, & adultum, nam præter quod inter has mulie-

15 res altera erat pupilla, & * nullitas quoad ipſam reddit proceſſum nullum, quoad litis conſortes habentes eandem cauſam defenſionis ex allegatis in *deciſ.* 319. *num* 1. ibique *Add num. 7. coram San: mem: Greg: XV. & in Romana, ſeu Veliterna reſtitutionis in integrum 25. Iunij 1646. coram me.* Contraria opinio verior eſt, & recepta à Rota, quando vt in caſu noſtro adultus, qui conuenitur abeſt à loco iudicij, & eſt penitus ignarus iudicij contra ſe per edictum intentati, tunc enim ei imputari non poteſt, quod Procuratorem non conſtiterit, & cum legitimo Curatore non comparuerit, vt pluribus comprobat deciſio huius cauſę *§. hæc tantum, coram* R: P: D: *meo Veroſpio.* Maximè

16 * quia apparet, mulieribus plures competijſſe defenſiones, quas tamen ſufficit potuiſſe competere, vt iudicium ſine Curatore proſequutum ſit nullum, *Caputaq. dec. 114. n. 2. par. 1. Gratian. diſcept. 502. n 33.* alijſque relati à *Moder. Peruſ. de manuten. obſeru. 79 nu. 14.*

Circa iuſtitiam, non viget reſpectu liquidationis, quod creditum Braccij in ſcutis mille iuſtificetur ex inſtrumento tranſactionis, cuius vigore fuit actum quia cum in eodem Inſtrumento conuentum fuerit, quod pro his ſcutis mille reſidualibus ſui capitalis in ſocietate prius contracta, ac finita poſiti, diuidantur vtilia ſocialia remanentia, ſatisfacto prius Io: Paulo Piſente conſocio, non ſolum ſcutis 4000. ad computum ſui capitalis ſcut. 5000. ſed etiam de alijs ſcut.

17 1136. Summar. Mulierum n. 1. * petere Braccius non poterat d. ſcuta 1000. niſi prius iuſtificato, Io: Paulum integrè fuiſſe ſatisfactum, & facta liquidatione, ac diuiſione dd. vtilium, vt per *Buratt. dec. 151. nu. 1. & 2. Rot. dec. 4. nu. 12. verſ. ne dicatur,* inter impreſſ. apud *Moder. Auenion. de preuent. tom. 2.* Et gratis alle-

18 gatur d. ſatisfactione Io: Pauli, * quæ eſſet exaduerſo concludenter probanda, *Surd: dec. 105. nu. 9.* vbi alleg. concord:

Reſpectu pariter ſolidalis actionis licet non ne-

19 getur, quod * agi poſſit inſolidum contra vnum ex pluribus hæredibus promiſſoris, quando vel agitur ad factum promiſſum de ſui natura indiuiduum, vt notant *Doct. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. latè Surd. d. conſ. 156. num. 15. in fin. Gomeſ. var. reſ. tom. 2. cap. 10. ſub num. 24. & per tot.* quale eſt exhibitio librorum

20 librorum à Braccio petita, * vel res, quæ petitur ab
hærede conuento tantum poſſidetur, *l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur. ff. eden. l. 3. §. hæredes, ff. commod: l. actiones, 66 §. ſi communis, ff. pro ſoc, Zaſius in d. §. Cato, n. 47. verſ. credo tamen, Card. Mant. de tac. lib.* 10
tit. 8. n. 4. qui eſt caſus noſter, cum libri extiterint penes Antonium, alterúm ex hæredibus Io: Pauli.

Neutra tamen ex dd. limitationibus applicatur
caſui noſtro: non prima, quia non fuit ſimpliciter
21 actum ad factum exhibitionis librorum. * vt poterat
deueniendo etiam ad capturam pignorum, donec debitor tedio affectus factum promiſſum præſtaret, *Fontanell. dec. 252. num 4. & 5. Rot. deciſ. 262. n. 9. & 10 apud Zacch. de oblig. Cam. ſecundum vlt. impreſſ.* alijſque allegatis à *Modern Hiſpan. de iudic. tom. 2. lib. 1.*
tit. 3. nu. 27. & ſeqq. ſed ſimul actum fuit ad intereſſe,
22 hoc eſt ad ſcuta mille, * quo caſu multum intereſt,
an intereſſe fuerit petitum per viam executionis, ac acceſſoriè, & conſecutiuè ad ipſum factum, an verò æquè principaliter, quia primo caſu actio ſolidalis directa ad factum indiuiduum eadem eſt etiam in executione contra vnum ex hæredibus facienda, ſecus ſecundo caſu, vt benè diſtinguit *Bart. in l. 2. §. ex his, nu, 9 & 10. ibique Caſtr. nu. 3. Imol. nu. 11. ff. verb, oblig. Gomeſ, var. reſol. tom. 2. cap. 10. n. 16. verſ. ex quo infert, Grat: diſcept: 323. nu. 7. & 8. vbi alleg. concord.* Et
23 ratio diuerſitatis eſt, quia * plures petitiones æque
principales deductæ cenſentur per viam actionis, nec inuicem confunduntur, ſed vnaquæque retinet naturam ſuam. *Laderch. conſ. 93. ſub num. 5 verſ. cauſa tamen, Roman: conſ. 240. nu. 1. col. 1. verſ, tertio quia, Paz. ad leg. Regias, l. 158. ſub num. 3.* & * intereſſe in
24 quantitate eſt ſui natura diuiduum, prout ipſa quan-
titas *l. 4. §. Cato, l. ſtipulationes non diuiduntur, in princ. ff. verb: obligat: Rip. in d. §. Cato, num. 12. 36 & 42. Rota in Anconitana Legati 30 Maij 1642 coram me.*

Hic verò fuiſſe æque principaliter petitam ſummam ſcut. 1000. apparet ex verbis monitorij, ibi, ad exhibendum libros rationis, &c. vel præſtandum inſtanti damna, & intereſſe, &c. ponderando alter-
25 natiuam, vel, * quæ vtrumque alternatum æque
principaliter determinat, tamquam diuerſa, *l. ſi ſtychum, aut Panſilum, in princ. ff. verb. obligat. l. ſtychum, aut Panſilum ff. ſolut. Scacc. de iudic. lib. 1. cap: 45. ſub num. 2. Mantic. de tacit: lib. 22. tit. 8. ſub nu.*
26 *9. verſ. ſed aduerte, Buratt. deciſ. 334. num. 16.* & * præ-
bet reo conuento electionem præſtandi alterum ex alternatis, ſolitam competere, quando vtrumque principaliter eſt in actione, & obligatione, *l. plerumque, §. fin. ff. iur. dot. Surd. conſ. 225. ſub num. 6. Dec. conſ. 42. nu. 1. Natt. conſ. 650. nu. 4 Fontanell: de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ: 8. par. 13. n. 69. & ſeqq: Monter. Aragon. 48. n. 1 & ſeqq:* & in puncto alternatiuæ poſitæ in monitorio, ac libello, *Grammat dec. 68 ſub n. 1.*

Non ſecunda limitatio, quia nullibi probatur, libros, quorum exhibitio petita fuit, extitiſſe penes Antonium vnum ex hæredibus Io: Pauli, imò Braccius in proteſtatione emiſſa in iudicio anni 1618 faſſus fuit libros adeſſe penes Reuerendiſſimum Commiſſarium Cameræ Apoſtolicæ, ſeque paratum obtulit ad eos recuperandos, & in omnem euentum ſufficit reſpondere, quod ſubhaſtatio facta fuit contra Eleo-
27 norem, & Honeſtam, * apud quas probandum erat
eoſdem libros deueniſſe, *l. 1. alio iure, C. in lit: iuram.*
28 *Buratt: dec: 278: ſub nu. 9. & 10* & * alioquin, cum
adeſſent etiam alij cohæredes ab Antonio relicti, non poterant inſolidum condemnari, quamuis Antonius inſolidum obligatus fuiſſet, vt præter alleg. in prima deciſione fuit in terminis redditionis rationis deciſum in *Tudertina redditionis rationis* 28. *Iun.* 1645. *coram R: P: D: meo Otthobono.*

29 Poſtremum * retentionis refugium ceſſat, quia
nec hodie creditum Braccij eſt liquidum, cum nuſquam conſtet de præcedenti ſatisfactione Io: Pauli ex effectibus ſocialibus, & reſidualium vtilium diuiſione, ac liquidatione, necnon, quia, ſtante nullitate citationis contra Mulieres Minores abſentes, nullo eis dato Curatore per edictum executæ, aliqua illis imputari non poteſt contumacia, aut culpa, * ſine qua aduerſus ſpolium iudiciale, retentio etiam pro vero credito non competit, vt declarando *dec. Surd. 46. ex aduerſo alleg. tradit Grat. diſcept. 754. nu. 47. & 48 & dixit Rot. dec. 539. n. 10 coram Card. Caualer. deciſ. 117. n 8 & ſeq. par 4: tom 2. recent. dec. 54. ſub n. 5. & 6. apud Moder. Peruſ. de ſubhaſt.*

Et ita deciſum vtraque parte informante &c.

Eminent. D. Card.

OTTHOBONO.

Romana, ſeu Spoletana Redditionis Rationis.

.... 31. Ianuarij 1650.

SVMMARIA.

1 *Periti relatione corruente corruit & mandatum in vim illius relaxatum.*

2 *Periti relatio eſt iniuſta, quæ eſt fundata in libro ſubſcripto, & recognito per debitorem iniuſte carceratum.*

3 *Carcerati iniuſte ſubſcriptio, recognitio, obligatio, & geſta quæcunque ſunt nulla. Ampl. vt n. 7.*

4 *Adminiſtrator debitor dici non poteſt ante diſcuſſas rationes.*

5 *Mandati ſuſpicionis fugæ ad effectum creditum debet eſſe liquidum, tam de iure communi, quam ex reformatione Tribunalium Vrbis Pauli V.*

6 *Mandatum ſuſpicionis fugæ non competit contra fideiuſſorem habentem.*

8 *Peritus calculare, & referre debet circa partitas adminiſtrationis, non alias addere, vel minuere.*

9 *Iudicare ſpectat ad Iudicem, non ad peritum.*

10 *Exactionem quem diſtuliſſe per longum temporis ſpacium, quando non ſit veriſimile, & faciat præſumere, creditum non eſſe verum, & n. 11.*

12 *Mandatum ſi ſit iniuſtum, & executum, in nulla ſui parte ſuſtineri poteſt.*

DECISIO CCXLIII.

RElaxato per A. C. mandato contra Pantaleonem Lucalbertum tamquam Benedicti Debitorem ratione adminiſtrationis per eum geſtæ in ſcutis 3072. 22. & confirmato per R. P. D. meum Pentingerum, præuijs duabus deciſionibus emanatis 5. Martij, & 30. Maij 1646. eoque executo pro ſcutis 2. mill. ſine præiudicio reſidui, dum Benedictus inſtabat pro ſubhaſtatione pignorum, Signatura mihi reſcripſit, vt procederem ad vlteriorem legitimam executionem. Itaque ad formam Commiſſionis dato dubio, DD. hodie vtraque parte informante reſponderunt, non eſſe procedendum ad vlteriorem exequutionem.

Viſum enim fuit, conſtare de iniuſtitia mandati A. C. vtpote fundati ſuper relatione tertij Periti, vt
1 in extractu fol. 579. * qua quidem ruente, corruit
etiam ipſum mandatum, *Butr. in c. cum cauſa, n. 6. de ſent. & re iudic. Felin. in cap. inter cæteras, num. 2. eod. tit. Afflict. deciſ. 47. num. 3. cum alijs per Vant. de nullit.*

Digitized by Google

nullit.ex defect.proceſſ.num.129.Rot.coram Cardin.Seraph.deciſ.251.n.1.coram Penia dec.549.n 1. & in Meleuit, Domus 15. Ianuary anni præteriti in §.Iniuſtitia, coram me.

2 Periti autem * relatio iniuſta euidenter probatur,
quia innititur libro computorum per Panthaleonem
ſubſcripto eo tempore, quo ad huc reperiebatur in
poſſe Curiæ carceratus ad inſtantiam Benedicti,
3 * vnde ſubſcriptio,recognitio, & obligatio quæcunque per eum facta pro dicto Benedicto nullius erant
roboris, vel momenti, *l. qui in carcerem, 22.ff. de eo
quod met.cauſ.Roland.conſ.2.num.51. & ſeq.lib.1. Rot.
dec.295.num.2.poſt 2.vol.conſ.Farinacc.in recent. deci.
490.nu. 1. & 2.p.1.in Neapolitana Domorum 13. Maij
1641. in princip. coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Veroſpio, in Baren. ſeu Nullius Pecuniaria 1. Iulij
1644. & 26. Maij 1645. coram R.P.D. meo Cerro,&
in Romana Saluiani 12.Ianuarij 1646.coram R. P. D.
meo Arguelles Præſide Granatenſi.*

4 Quæ * Pantaleonis carceratio tamquam de fuga
ſuſpecti nulla, & iniuſta fuit, tum quia incertum
adhuc erat, an ipſe remaneret debitor occaſione administrationis per eum geſtę ante diſpunctas rationes
*Alex.conſ.192. num.2.& 3.lib.7.Cephal.conſ.768.num.
14.Facchin.contrǒu.Iur.lib.8.cap 58. verſ. ſed hoc fundamentum,Fontanell.deciſ.234.num.10.Rot.coram Bu-
5 ratt.deciſ. 880. num. 4.* & tamen * liquidum omnino
creditum eſſe debuiſſet ad hunc effectum, tam de iure communi, *Bald. in l. apertiſſimi, 14. nu. 11. C.de
Indic. & in l. conſentaneum,5.num,25.C. quomodo, &
quando Index, Ioſeph.Ludou.deciſ.Peruſ.41.nu.3.Fontanell:d.deciſ.234.num.12. Theſaur. deciſ.220.num.2.
Rot. coram Buratt. deciſ.531. num. 1.& deciſ.595. num.
3. & deciſ.653. num.5.* quam etiam ex diſpoſitione Reformationis *ſanct. mem. Pauli V. ſub rubr. de Iudic.
in cauſ. ciuil. in §. mandata ſuſpicionis fugæ.* Tum quia
6 * aderat fidoiuſſor,adeo vt Benedicto prætenſo Creditori eſſet cautum ſufficienter abſque Pantaleonis
carceratione, *Roman: conſ.310.num.2. Carthar. deciſ.
117.num.1.in fin.Rot. in recent. deciſ.654.num.5. & 6. &
deciſ. 727.num. 4.p.2. & coram Buratt.deciſ.908 ſub
num.* 8.

Neque obſtat, quod Pantaleo tempore ſubſcriptionis non reperiretur intra ſepta carcerum, ſed
ductus fuiſſet ad domum Hieronymi Florauantis
7 Patricij Benedicti,quia * etiam tunc reperiebatur in
manibus Birruariorum, ideò perinde eſt, ac ſi in
ipſis Carceribus ſubſcripſiſſet,cum ad hunc effectum
non ſit curandum de loco, ſed videndum, an ibi
obligans ſe haberet plenam libertatatem diſcedendi
ad libitum, *Natt. conſ. 451. num.16. Burſatt.conſ.72.
numer.34. Rot. deciſ.26.numer.41.par.6.recent.*& fuit
deciſum in dicta *Baren.ſeu Nullius Pecuniaria 1. Iulij
1644.§.fin. coram R. P. D. meo Cerro,* & in *d.Romana Saluiani 26. Februarij anni præteriti coram* R.P.D.
meo Arguelles.

Inſuper Peritus declarauit, Pantaleonem debitorem notabilis ſummæ ex cauſa augumenti grani ob
differentiam menſurarum in eo colligendo, & vendendo adhibitarum, & ex alijs cauſis, vt ipſe Peritus
8 aſſerit, ideò in hac parte * exceſſit fines officij ſui,
quod verſabatur circa diſpangendas, & calculandas
partitas adminiſtrationis, nec poterat alias addere,
aut minuere,*iux. notat. in c. cum dilecta, de reſcript.
Alex. conſ.21. num.4.lib.7.Gabr.conſ. 43. num. 18. &
ſeqq.lib.1.Rot.in rec.dec.759.nu.2.par.3.* quæ eſt penes
Buratt.dec.165.nu.5.

Nec minus obſtat, quod partitæ à Perito calcu-
latæ videantur iuſtificati ex teſtibus examinatis pro
parte Benedicti, quia, cum pro parte Pantaleonis
controuertantur, ex depoſitione aliorum teſtium ad
eius fauorem examinatorum,neceſſaria omnino erat
9 Iudicis cognitio, ac declaratio, * ad quem ſpectat
iudicare, & cuius partes non potuit Peritus aſſumere, *Cephal.conſ.104.num.26.Rimin.iun.conſ.8.0.nu.31
Rota coram bo:me: Coccino dec.422.nu.7.& in recent.
dec.526.nu.2.par.4.& in Meleuitana Redditionis Rationis 14. May præteriti in fin.coram Reuerendiſſ. D.
meo Decano.*

Corroborantur prædicta ex eo, quia omninò inuerisimile eſt, Pantaleonem modicæ adminiſtrationi
præfectum remanſiſſe Debitorem ingentis ſummæ
ſcutorum 3072.32. prout retulit Peritus, præſertim
ſpatio decennij ab anno videlicet 1631. vſque ad annum 1640. & abſque vlla vnquam ſolutionis, vel
rationum inſtantia fuiſſe tolleratum à Benedicto
quem conſtat eodem tempore exiguis etiam pecuniarum ſummis indiguiſſe, ac de illis ſollicitum vehementer fuiſſe, ipſumque Pantaleonem pluries enixè rogaſſe, vt illas ab alijs quoquo modo inueniret,
10 & conſequenter * non eſt credendum, tamdiu ſui
crediti exactionem diſtuliſſe, *Alex.conſ.183.nu.17. poſt
med.verſ.& hanc partem,lib.6.Menoch.conſ. 417. nu.
1.6.& 12. de præſumpt.præſ.135.num.19. lib.3. Pedroch.
conſil.3 num.71.Simon.de Prat.conſ.68.nu.1.Surd. deciſ.
105.num.3. Rot. in Romana Pecuniaria 10. Iunij 1624.
coram bo:me: Merlino,impreſſ.poſt Fenzon. ad Statut.
Vrb.dec.152.§.in propoſito vero.*

11 Et * ex hac quidem inuerisimilitudine tam magna
& euidenti reſultat præſumptio contra veritatem
prætenſi crediti, iux. trad. per *Bald. in l.1. num. 16.
Cod.de ſeru. fugit. Ciriac.contr.318.num.10,Surd. deci.
23.num.15,Rot.dec.140.numer.14.par.4.tom.2. recent.*
&, hanc plurimum operari ad mouendum animum
Iudicis, dixit *Rot.penes rec b me: Coccinum deciſ. 423.
num.* 2.

12 Stante * itaque mandati iniuſtitia, & executione
eiuſdem facta, in nulla ſui parte mandatum poteſt
ſuſtineri, *Bart.in l.ſi non ſortem, 26. §. ſi cenſum, in
princ. & num.6.ff.de cond.indeb.Pariſ.conſil.81.num.36
lib. .Rot.coram Sanct:mem:Greg.deci.198.nu.1.& dec.
485.num.4.coram Buratt.dec.91.num.2. coram Caual.
deciſ.84.num.1.& 2. & in Bononien. Legati 29. Maij
1648.coram R.P.D meo Royas.*

Et ita fuit reſolutum, non eſſe procedendum ad
vlteriorem, vtraque parte ter acerrimè informante, &c.

R.P.D. PEVTINGERO.

Ancoiitana Cenſus

Veneris 19. Iunij 1648.

SVMMARIA.

1 *Accollatio, ſeu aſſumptio cenſus in ſe inducit illius ratificationem, prout & fructuum ſolutio.*

2 *Ratificationis contractus cenſus nulli ad effectum requiritur actus poſitiuus, puta ſolutionis fructuum, ſeu accollationis, & ſcientia explicita nullitatis tam facti, quam iuris, & quare, & num.3.*

4 *Productio inſtrumenti cum proteſtatione, ſine præiudicio nullitatis, præſeruat ius de nullitate dicendi.*

5 *Oblatio cum conditione, conditione non ſecuta, euaneſcit.*

6 *Cenſus creditor, vti tertius, & actor non poteſt dare de iure illius, qui eum in ſe accollauit.*

7 *Pecunia interueniens eſt in actu ſubhaſtationis pignorum neceſſarius.*

DECISIO CCXLIV.

INformationes hodie datas pro Ceſarano contra deciſionem in hac cauſa ſub die 27. Martij anni præteriti editam Domini cenſuerunt non obſtare reſolutioni captæ ad fauorem Ven. Societatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Ciuitate Anconæ, ideoque in deciſis permanſerunt. Quia vnica reſponſione tollitur tota vis contra deciſionem, quæ conſiſtit in triplici ratificatione cenſus nulliter, à Turrice impoſiti. Primò, quod fructus eiuſdem cenſus ſoluti fuerunt ab Aloyſio Ferretro debitore, vt probatur ex quietantia de anno 1612. Summar. Cæſarani num. 1. Secundò, quod Procurator eiuſdem Aloyſij inſtrumentum cenſus, & alia iura produxit. Summar. eodem num. 2. & 3. Tertiò, quod idem Aloyſius eundem cenſum in diuiſione facta cum Hieronymo ſuo
1 fratre in ſe aſſumpſit, * ex qua aſſumptione, vulgò accollatione ratificationem deduci non ſecus, ac ex fructuum cenſus ſolutione dixit *Rota dec.19 n. 3. apud Cenc. de cenſib.*

Optimè enim aduertit deciſio, quæ reuidetur,
2 quod * ad ratificationem contractus nulli non ſolum requiritur actus poſitiuus, ex quo talis nullitas reſultet, ſed neceſſaria eſt etiam in agente ſcientia explicita nullitatis tam facti, quam iuris, vt præter allegatos in deciſ. dixit *Rot.dec.535.n.12.par.1.recent.* Adeò quod ſine huiuſmodi ſcientia neque fructuum ſolutio, *Rot.dec.260.n.11.& 12.par.1.recent.* nec accollatio ratificationem inducat, quia ſcilicet.* ſi de-
3 bitor nullitates cenſus ſciuiſſet, fortè fructus non ſoluiſſet, neque cenſum in ſe aſſumpſiſſet, & ratificatio intelligi poteſt cum ſuppoſito, quod contractus validus eſſet, *Valenz.conſ.177.num.53.*

Et ſcientia nullitatis ex productione inſtrumenti cenſus à Procuratore facta, & ex vnico teſte exami-
4 nato deducta retorquetur, quia * productio facta fuit cum expreſſa proteſtatione nullitatis, ibi, ſine præiudicio nullitatis, & nullitatum inſtrumenti, quæ cautela, quatenus contractus ſit nullus, omninò præſeruat ius dicendi de nullitate, *Cancer.var.reſol.lib.1.cap 8.num 139.& ſeq.Rota deciſ.419.n. 3. par. 2.recent.deciſ.805.num.6.coram Buratto*; Teſtis verò vltra, quod eſt vnicus deponit de anno 1625. & ſic longè poſt accollationem, & prætenſam fructuum ab Aloyſio factam ſolutionem, ex eiuſque dicto dignoſcitur, Aloyſium conditione, ſi ſequeretur concordia, obtuliſſe fructus non obſtan. nullitatibus
5 cenſus ſoluere. Attamen, * cum concordia ſecuta non fuerit, eius oblatio euanuit, vt in ſimillimis terminis dictum fuit in Volaterana Prioratus 16. Martij. *1646. §. alterum pariter*, coram R. P. D. *meo Bichio.*

Immò neque creditor cenſus allegare poteſt, quod ſic Aloyſius accollator pinguiorem portionem in diuiſione conſecutus fuerit, quam Hieronymus frater
6 quia iſta hodie non agit, * nec creditor cenſus tamquam tertius, & actor poteſt dare de iure Hieronymi, *Pacian, de probat.lib.1. cap. 7. numer.70. & ſeqq. Surd.conſ.1.num.84.Rot.deciſ.415.coram Greg.XV. vbi Adden.nu.6.& deciſ. 22.n 8.par.1.diuerſ.verſ.ideò dec. 277.num.7. par.1.recent.*
7 Ex quibus motiuis Domini, * non receden. etiam à fundamento defectus numerationis pecuniæ in actu ſubhaſtationis ſteterunt in deciſis. Vtraque parte informante, &c.

Eminentiſſimo D.

CARD. OTTHOBONO.

Romana Domorum in Burgo.

Veneris 12. Nouembris. 1649.

SVMMARIA.

1 *Fructus in omni iudicio liquidari ſolent à die motæ litis.*
2 *Lis quoad reum mota intelligitur à die executionis, & reproductionis monitorij.*
3 *Fructus etiam in ſpolio veniunt à die tantum motæ litis, excepto attentato, vel violento.*
4 *Spolium iudiciale non dicitur attentatum, vel violentum, niſi fuerit commiſſum cum vi expulſiua.*
5 *Fructus in ſpolio non attentato, nec violento debentur, qui fuerunt percepti à die motæ litis, non qui potuerunt percepi.*
6 *Fructus domorum à qua die, & quomodo liquidentur, & an habeatur ratio ſolius habitationis, & num.7.*
8 *Teſtis dictum regulatur à ſcientia cauſa.*
9 *Liquidationis in iudicio an probet vnicus teſtis.*
10 *Teſtes duo plene probant.*
11 *Locationis vltima ſumma infert ad præcedentes, & ſubſequentes annos.*
12 *Canones à ſpoliatore ſoluti reſici debent à ſpoliato.*

DECISIO CCXLV.

OBtenta per Franciſcum de Alexandris ſententia reintegratoria ad poſſeſſionem quarundam Domorum in Burgo, præuia deciſione coram me emanata die 18. Maij 1646. executa ſententia, ſubinde cœpit prætendere fructus perceptos à Mauritio, & alijs de Fabijs ſpoliatoribus. Propoſito itaque per me dubio, ad quam ſummam eſſent liquidandi fructus DD. dixerunt, eſſe liquidandos in ſumma ſcutorum 1433. & 25. exceptis canonibus, & reaptationibus Domorum, quatenus à Mauritio iuſtificentur; quod adhuc factum non fuit.
1 In * liquidandis enim fructibus initium ſumi debet à die motæ litis, prout in omni iudicio liquidari ſolent, *l. certum, 22. C. de rei vendic. l. 2. Cod. de fruct. & lit. expenſ. l.ſed & ſi lege, 28.§. ſi ante, vbi gl. & Bart. ff. de petit.hæredit. Caputaq.deciſ.27. num.1. & ſeq. par. 2.ſa: me: Greg. deciſ. 74. num.1.in recent. deciſ. 740.num.3 par.4. tom. 3. & in Camerinen. ſpolij 4. Iulij 1646. in princ. coram me*, * lis vero quoad
2 reum mota intelligitur à die qua fuit executum, ac reproductum monitorium, vt dixit *Rot. coram Buratt. dec. 652. num. 2. & in Romana fideicommiſſi de Maximis 20. Nouembris 1647. in §. vt vero, coram me.*

Neque obſtat, quod verſemur in ſpolio, quia
3 * etiam in tali iudicio veniunt fructus à die motæ litis, quando ſpolium non eſt attentatum, vel violentum, *Rot. coram Caual. dec. 586. num. 4. coram recol. me: Coccino dec. 439. num. 1. in recen. dec. 740. n.3.par.4.to.3.& dec.187.n.17.par.7.& in Romana Domorum 25.Iunij 1646.coram R.P.D. meo Bichio, vbi in*
4 *§.nos autem*, ſubditur, * ſpolium iudiciale non dici attentatum, aut violentum, niſi fuerit commiſſum cum vi expulſiua.

Inſuper, ex quo verſamur * in ſpolio non violen-
5 to, nec attentato, non debentur à die motæ litis fructus, qui percipi potuerunt, ſed dumtaxat illi qui fuerunt à Reo conuento percepti, *Bellamer. in c grauis, num. 40. verſ. & ex iſto iuſtificatur, de reſtitut. ſpoliat. & ibid. gloſſ. in verb. fructus*, vbi etiam *Abb. num. 7. Biſignett. eod. titul. deciſ. 11.* vbi licet aliqui

qui ex DD. contrarium ſenſerint, tamen maior pars in hac ſententia reſedit quam deinde fuiſſe perpetuò ſeruatam fuit dictum in *Romana fructuum, ſeu ſpolij Domus, & hypotheca coram Litta impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 2. fol. 204. nu. 1. vbi alleg. concord. & in deciſ. 100. nu. 20. apud Moder. Peruſ. de ſubhaſt.*

6 Tempus * etiam à quo fructus reſtituendi ſunt liquidandi, non eſt ſimpliciter deſumendum ab actu litis conteſtatæ, vel poſſeſſionis domorum per Fabium ſpoliatorem appræhenſæ, quia cum agatur de fructibus ciuilibus, quales ſunt fructus Domorum non intrat præſumptio perceptionis ex poſſeſſione ſubſecuta, de qua in *l. Iulianus, 14. §. ex vendito, ff. de act. empt. Natt. conſ.* 384. *num.* 2. Sed requiritur aliquod extrinſecum, nempe locatiò, vel ſimile, ad hoc vt Domus ſint fructiferæ. *Rot deciſ. 259. num. 32 deciſ. 304. num. 15 par. 5. recent. in Romana Laudi, ſeu Domus 1. Iulij 1643. §. quia hoc, coram Reu: P: Dom: meo Bichio, & in Romana legitima del Nero 22. Iunij 1644. ſub §. fructus autem Domus, & 29. Maij 1645. ſub §. ex nouiter, coram me.*

Elicit igitur Franciſcus ſpoliatus perceptionem fructuum Domus magnæ, ex quo ſpoliator ipſam inhabitauit, perceptio enim reſultat ex habitatione 7 non ſecus, ac inciperet à locatione, cum * ad hunc effectum paria ſint, quod quis inhabitauerit, vel quod locauerit, *Bald. in l. ſumma, 65. §. in frumento, ff. de cond. indeb. Surd. de alim. tit. 6. q. 8 num. 22. Rot. in Auximana fideicommiſſi 26. Maij 1642. §. quoad tertiam partem, coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in Romana de Archileis 27. Nouembris 1643 coram Reuerendiſſimo Salamantino.*

Ad probandam vero habitationem Io: Lucæ ſpoliatoris dantur duo teſtes, quorum alter deponit Io: Lucam cœpiſſe domum inhabitare poſt menſem circiter à die captæ poſſeſſionis, ſecundus vero dicit cœpiſſe Io: Lucam cognoſcere ab anno 1620. quo ipſe teſtis domum vicinam inhabitat, vt in Summ. Actoris vltimæ poſitionis num. 6. & ſic ſecundus teſtis concludit de habitatione ſpoliatoris ab anno 1620. cum de tempore anteriori nihil deponat, & 8 * teſtis dictum à cauſa ſcientiæ reguletur, *Rot. deciſ. 7. n. 3. dec. 167. n. 8. & deciſ. 324. n. 1. p. 3. rec.*

Quapropter neceſſe eſt exordiri liquidationem fructuum Domus magnæ ab anno 1620. quia circa 9 tempus anterius vnicus adeſt teſtis, † qui nec in iudicio liquidationis probat, quando probatio non verſatur ſimpliciter circa quantitatem fructuum, ſed circa perceptionem, vt declarando doctr. *Bald. in l. 1. num. 21. C. de fruct. & lit. expenſ.* diſtinguit in puncto liquidationis fructuum ratione ſpolij, *Rot. deciſ. 439. num. 2. coram recol. mem. Coccino, & in d. Romana laudi; ſeu Domus 1. Iulij 1643. §. quia hoc, & §. fin. coram R. P. D. meo Bichio, & facit Acchill. dec. 22. num. 3. de reſtit. ſpoliat.*

Quod vero Io: Lucas, cum Helena ſorore vſque ad eorum mortem habitauerint domum magnam, concludunt duo teſtes dati in penult. Summ. Franciſci num. 3. & in vult. Summ. eiuſdem num. 6. & 7. &, quod, ſtatim, defuncti Io: & Luca, & Helena, domum conduxerit Eques Compagnonus, deponit primus teſtis iuxta 5. cuius dictum corroboratur ex ſecundo teſte, qui iuxta 3. deponit, non vidiſſe poſt mortem Io: Lucæ, & Helenæ habitari ab alio, quam ab Equite Compagnono, quem habitaſſe vſque ad annum 1646. deponunt ambo teſtes ſuper primo, & coadiuuatur ex relatione executoris mandati de reintegrando à me relaxati, qui in fine teſtatur; reperiſſe in domo Equitem Compagnonum Inquilinum, ab eoque fuiſſe Franciſcum in Dominum recognitum, vt in penult. Summ. Franciſci num. 4.

10 Itaque * prædicti actus remanent plene probati ex depoſitione duorum teſtium, *vulg. l. vbi numerus, 12 ff. de teſtib.*

Ex quibus probatum remanet, quod ex domo magna fuerunt percepti fructus à ſpoliatore ab anno 1620. vſque ad diem 20. Auguſti 1646. Quantitatem vero fructuum perceptorum ex domo magna ſtatuerunt DD. in ſcutis 54. annuis, concurrentibus in id, tum atteſtatione ipſius Equitis Compagnoni, tum partitis extractis ex Monte Pietatis ſolutionum ab Equite factarum de anno 1646. vt in vlt. Summ. Franciſci num. 5. tum etiam vltima locatione facta Eminentiſſimo Cardinali Capponio pro penſione 11 ſcut. 75. annuatim, * ex qua ſi infertur ad præcedentes, & ſubſequentes annos vt totidem fuerint penſiones perceptæ, & exactæ, *Rota coram Reuerendiſſimo Vrgellen. dec. 307. num.* 5. multo magis inferri poteſt ad minorem ſummam ſcut. 54. prout prætendit ſpoliatus, eandemque quantitatem ſtatuerunt DD. pro tempore, quo ſpoliatores habitarunt ex ſupradictis motiuis.

Quoad domunculam ex partitis datis in moderno Summ. Franciſci num. 9. conſtat ab Inquilinis fuiſſe ſoluta ſcut. 95. 25. quibus addendo ſcut. 1338. pro domo magna ad rationem ſcut. 54. annuorum pro annis 25: & menſibus 8. vt viſum eſt, conflatur ſumma ſcutorum 1433. 25. ad quam ſummam liquidandos eſſe fructus, hodie fuit reſolutum.

Quoad canones per ſpoliatores ſolutos cum nulla adſit iuſtificatio, nec minus quoad reaptationes Domus DD. non potuerunt figere pedem, cum alioquin 12 * canones ſoluti à ſpoliatore debeant refici per ſpoliatum, iux. deducta in d. Romana de Archileis 27. Nouembris 1643. coram Reuerendiſſimo Salamantino. Quo vero ad diſcuſſionem partitarum, quarum compenſationem ſpoliator prætendit, nihil fuit firmatum, cum hoc ſit alterius inſpectionis.

Et ita fuit reſolutum vtraque parte informante, &c.

Eminentiſſimo D.

CARD. CORRADO.

Romana Saluiani.

Veneris 18. Febr. 1650.

SVMMARIA.

1 *Ægidianæ non eſt locus, iniuſta exiſtente ſententia.*

2 *Sententia in Saluiano, hypotheca deficiente, dicitur iniuſta.*

3 *Saluiani remedium quamuis interdictum adipiſcendæ, eſt tamen de pignoribus, hoc eſt de poſſeſſione rerum obligatarum.*

4 *Adiudicatione pignoris acquiritur illius dominium, & extinguitur omnis antecedens hypotheca. Ampl. vt num. 5. 7. 14. 16. 18. Lim. vt numer. 6. Declar. vt num. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15.*

17 *Retrouenditione rei adiudicatæ cum ſolutione pretij, iurium ceſſione, hypotheca, ſi quæ adhuc competeret adiudicatario, dicitur extincta, & tranſlata in emptorem, & ceſſionarium.*

18 *Cedens non poteſt hypotheca vti ſuper re ceſſa in præiudicium ceſſionarij, & habentium ab eo cauſam. Ampl. vt num. 10.*

19 *Venditio à creditore ſit vel iure communi, vel iure creditoris.*
20 *Clauſula in ceſſione, Ita quod non retorqueatur, &c. & ſimiles quando non operentur.*

DECISIO CCXLVI.

PRæuia ſententia Rotali bo. mem. Pirouano, obtinuerunt DD. de Taurinis, & Montagutis mandata contra bona hæreditaria quon. Franciſci Zeccadori pro ſumma ſcutorum 3076. & baioc. 80. pręter damna, & intereſſe vſque ad integram ſatisfactionem in eadem ſententia compræhenſa. Quæ fuerunt ſucceſſiuè executa ſuper domo nunc controuerſa, illis demum adiudicata pro pretio ſcut. 2300. Reſeruato iure Michaeli Angelo fratri, ac hæredi d. Franciſci cum beneficio legis, ac inuentarij eam recuperandi infra terminum ſex menſium, prout ab illo recuperata fuit, ſoluto dicto pretio præfatis DD. de Taurinis, & ſubinde dotis titulo tranſlata in D. Catherinam eius filiam, ac eius virum. Contra quos inſtituto nuper coram A. C. iudicio pro eiſdem DD. de Taurinis prolata fuit ſententia immiſſionis in poſſeſſionem eiuſdem domus ex remedio vtilis ſaluiani interdicti pro ſatisfactione reſidui prædicti coram crediti. Verum commiſſa mihi cauſa appellationis pro parte dd. Coniugum interpoſitæ cum clauſula, Conſtito quod ſit locus Aegidianæ, &c. Hodie propoſui dubium iuxta formam reſcripti. Cui Domini negatiuè reſponderunt, ſtante
1 iniuſtitia ſententiæ, * quæ impedit illius Conſtitutionis effectum, ac in ea ſpecialiter excepta legitur *lib. 6. cap. 2. iuxta gloſ. communiter receptam in cap. ex conqueſtione, in verb. poſt appellationem &c. de reſtitut. ſpoliat. Gabr. conſ. 36. n. 1. lib. 2. Rot. penes Card. Seraph. deciſ. 603. in princip. Card. Mantic. deciſio 33. ſub numer. 2. verſ. neque ad rem pertinet, &c. & num. 11. verſ. quod autem, &c. ſanct. mem. Greg. deciſ. 491. num. 5. verſ. quoniam autem, &c. Buratt. deciſ. 152. num. 10. verſ. ex quibus, &c. & in recent. deciſ. 88. num. 2. verſ. ad effectum autem, &c. par. 6.* ac in alijs relatis in *Bonon. fideicom. de Rubeis 23.* Maij 1644 *coram me, in §. hincque pariter euitatur &c.*
2 Iniuſtitia * verò Domini viſa fuit manifeſta ob defectum hypothecæ dd. DD. de Taurinis, qua ceſſante, certum eſt propoſitum ſaluiani remedium
3 eis non competere, * quod licet ſit interductum adipiſcendæ poſſeſſionis, eſt tamen de pignoribus, id eſt de poſſeſſione rerum obligatarum, *l. 2. §. ſaluianum,* vbi hoc explicat *gloſ. in verb. pignoribus, ff. de interd.* & probatur ex *l. 1. ac 2. ff. de ſalu. interd.* & plenè *Rot. deciſ. 34. ſub num. 26. verſ. quo circa, ſtante remiſſione pignoris, &c. cum ſeq. par. 2. diuerſ. & penes Buratt. deciſ. 257. num. 14. verſ. & conſequenter, &c. & deciſ. 774. num. 7. verſ. verum dixerunt, &c. Coccin. dec. 50 n. 2. verſ. nihilominus, &c. ac in rec. deciſ. 385. n. 3. verſ. data autem nullitate cenſus, &c. par. 1.* ac ſæpe in alijs.

Cum enim Domus hæc fuerit illis in cauſam eorum crediti adiudicata die 16. Martij 1635. vt appa-
4 ret ex publico Inſtrumento, * certum eſt, quod ex ea die, qua illius dominium in ipſos tranſlatum fuit extincta remanſit quæ hypotheca eis prius acquiſita *l. ſi quis ædes, ff. de ſeruat. vrb. præd. l. eleganter, in princ. ff. de pign. act. l. Titius, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. neque pignus, ff de reg. iur. l. ſi prædium, C. de euict. Surd. deciſ. 51. num. 3. verſ. hinc eſt, cum ſeq. & deciſ. 266. ſub num. 3. verſ. credidit tamen Senatus, & ſeqq. per tot. Rot. penes Card. Seraph. deciſ. 1333. num. 2. verſ. vnde cum Caſale &c. ac ſeq. & in recent. dec. 347 nu. 6. verſ. in re propria, &c. par. 5.* cum alijs relatis per *Staiil. de ſalu. interd. inſpect. 3. cap. 2. ſub num. 368. verſ. & ſic non poteſt dici, &c. cum ſeq.*

Non obſtat, quod tranſlatio dominij non fuerit ex eo contractu irreuocabiliter facta in creditores ob facultatem redimendi d. Michaeli Angelo conceſſam, & re ipſa completam.
5 Quia, * cum dominij reuocatio in propoſito caſu fieri deberet, prout facta fuit iuxta formam etiam præſcriptam à *Statut. Vrbis lib. 1. cap. 194 verſ. poſſit tamen illa bona, &c.* mediante retrouenditione ac ſolutione pretij ab eiſdem DD. de Taurinis recepti, vt apparet ex publicis Inſtrumentis ſub die 8. Iulij 1636. & ſub die 15. Martij 1638. Ex hoc ſane non ſolum inualeſcere, ac reintegrari non potuit hypotheca dd. Dominorum, ſed efficacius extinctæ fuerunt omnes eius reliquiæ, *l. ſi debitor, §. ſi in venditione, vbi Fulgoſ. ſub num. 2. verſ. nota creditorem, &c. l. item liberatur, in princ. l. ſi conſenſit, in princ. l. ſicut §. ſi voluntate, & l. pen ff. quid. mod. pign. vel hypot. ſolu. l. 2. l. cum te à debitore, C. de remiſſ. pign. Crau. conſ. 198 ſub num. 10. verſ. ratio igitur, &c. Gabr. conſ. 155. ſub num. 11. verſ. ſecundo quia, &c. lib. 1. Rot. penes Duran. deciſ. 445. num. 57. verſ. tamen quia creditor, &c. & dec. 449. num. 3. verſ. imò Sforzia eo ipſo, &c. cum ſeq.*
6 Minus obſtat, quod, * reſoluta per huiuſmodi retrouenditionem vigore reſeruationis in ipſo Inſtrumento factæ adiudicatione domus, in priſtinam cauſam ad hęredem Franciſci redierit, ac proinde eiſdem hypothecis præcedentibus obnoxia, vt reſpondit I. C. in *l. voluntate creditoris, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. gloſſ. in l. fin. in verb. indignum eſſe, verſ. vel refert an ex eadem, vel ſimili cauſa, &c. C. de remiſſ. pign. & iuxta theor. Bart. in l. in diem, ſub. num. 2. verſ. tota die contingit, &c. ff. de aqua pluu. arcend.*

Quoniam eſto (illæſa veritate) quod domus per Michaëlem Angelum hęredem Franciſci d. facultatis vigore recuperata penes eum ſubinde fuerit eodem hæreditario titulo, quo ad ipſum anteà perue-
7 nerat, * non tamen in eamdem hypothecam Dominis de Taurinis prius competentem reincidiſſe cenſeri poteſt, quæ in ipſo recuperationis actu, mediante illorum conſenſu retrouenditioni præſtito, & facto receptionis pretij remanſit prorſus extincta (prout dictum eſt) ita vt amplius rediuiſcere non potuerit, licet futura quoque bona compræhenderet, iuxt. tex. in *d. l. fin.* vbi DD. omnes, *C. de remiſ. pignor. Neguſan. de pignor. in 3. membr. 6. par ſub numer. 21. verſic. non amplia, &c. Didac. reſol. 12. ſub numer. 1. verſ. nam res ipſa, &c. lib. 3. Aſin. de execut. §. 6 cap. 102. ſub numer. 2. verſ. nec minus prædicta procedunt, &c. Surd. deciſ. 163. ſub numer. 1. verſ. extat enim textus, &c. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 31. ſub nu. 60. verſ. ſed hoc loco aduertendum eſt, &c & deciſ. 146. ſub nu. 8. verſ. neque etiam obligatio, &c.*

Neque repugnant leges pro limitatione adductæ, cum *gloſ. in d. l. fin.* quam DD. communiter ſequuntur.
8 Siue, quia * procedunt in caſu, quo contractus cum creditore, vel alio, ipſo conſentiente ſuper bonis hypothecatis celebratus, aut non fuit re ipſa completus aut ita facto partium, ſeu Iudicis reſolutus, vt nullum habuerit effectum. Tunc enim iuſtum, & æquum eſt quod, ſicut debitori, ita & creditori ius priſtinum reſtituatur, vt reſpondit I. C. in *d. l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu.* & comprobatur in præcedenti *l. ſicut, §. ſi voluntate, cum §. ſeq. ff. eod. tit.* in quibus terminis loquitur *gloſ. in d. l. fin* ac ibid. *Placentin.*

Iacob.

Digitized by Google

Iacob. de Aren. Cyn. Bart. Bald. Angel. & poſt alios
explicat. Hug. Donel. ſub nu 7. verſ. remiſſionis pigno-
ris hæc vis eſt, &c. Franc. Conan. in Commentar. iur.
lib. 4. cap. 19 ſub num. 3. verſ. quid autem ſi de volunta-
9 te creditoris venditum eſt pignus, &c. cum ſeq. * Non
autem quando verè, & bona fide initus, atque per-
fectus fuit, licet deinde debitor bona ipſa, ſoluto
pretio, ex eodem, vel alia cauſa redemerit, vt ex
generalibus verbis, ac ratione text. in d. l. fin. C. de re-
miſſ. pign. ſentiunt ibidem poſt Franc Accurſ. Albe-
ric. ſub num. 1. verſ. & licet gloſſ &c. Hug. Donel. in fi.
verſ. ſic autem rem carere ſuſpicione, &c. Franc. Con.
d. cap 19. ſub num. 4. verſ. Aliud eſt dicendum, &c. &
ſequitur Aſin. de execut. §. 6. cap. 102. ſub num. verſ. id
autem intellexit, &c.
10 Siue quia certè * intelligi debent prout loquantur
quando res per debitorum creditoris conſenſu in
tertium alienata ab eodem ex pacto à principio con-
uento recuperatur. Sicque priſtinam cauſam redit, à
qua temporaliter non perpetuo fuerat extracta &
11 ſeparata; * Non autem quando ab ipſomet credito-
re, ſoluto illi pretio, redimitur, quia non poteſt
idem actus contrarios producere effectus extinctio-
nis nempe, ac præſeruationis, & reintegrationis hy-
pothecæ, contr. l. qui hominem. §. fin. vbi gloſ. in verb.
liberatur, adducit concord. ff de ſolut. Alex. conſ. 66.
in cauſa & lite, ſub num. 17. verſ. quinimò, &c lib. 3.
Nec creditor iure conqueri valet, qui recepto pre-
12 tio, eiuſdem rei commodum ſubſtantialiter conſe-
quutus eſt perinde, ac ſi illam penes ſe haberet, ita
quod finalem adiudicationis effectum realiter obti-
nuit, ad tex. in l. labeo, § item ſi Dominus, ff. de verb.
ſignificat. vbi gloſ. in verb pretium abeſt. & DD. Surd.
dec. 306. num. 12. verſ ſecundo reſpondeo, &c. Caualer.
dec. 579. num. 4. verſ. vtique tale pretium, &c. Pen dec.
603. num. 14 verſ. ſecundo reſpondebatur, &c. Ideoque
13 merito * non poteſt hoc caſu reuiuiſcere hypotheca
per ſolutionem extincta, vt dictum eſt. & probatur
ex text. in d. l. eleganter, in princ. ff. de pign. act & in l.
ſi prædium, C. de euiction. gloſſ in l. libera, in verb. non
prohiberis in fin. C. de ſent. & interloc. omn. Iud. & bene
explicat Mantic. de tacit. lib: 11. tit. 31. ſub nu. 48. verſ.
14 & quidem, &c. cum ſeq. dicens, quod * tunc demum
reſoluto contractu, reintegratur hypotheca, quando
eadem ratio, ob quam contractus reſoluitur, æquè
viget pro conſeruatione, ac reintegratione hypothe-
cæ; ſecus autem ſi non vigeat. Vnde fortius ſi ratio
reſolutionis contractus præ ſe ferat extinctionem hy-
pothecæ, vt in hoc caſu.
Poſtremo non obſtat, quod ſaltem compræhenſa
fuerit ſub hypotheca futurorum bonorum dicti Mi-
chaelis Angeli ad fauorē dd. DD. de Taurinis, vel D.
Ioannis alterius ex eis pro ſatisfactione eiuſdem de-
biti contracta in Inſtrumento ſub die 29. Martij 1630
celebrato.
15 Quia * per adiudicationem, retrouenditionem,
ac ſolutionem pretij (vt dictum eſt) ſubſecutas ex-
tincta fuit quæcumque præcedens hypothecas ſuper
d. domo ex quauis cauſa competens DD. de Tauri-
nis, ita vt Michael Angelus & cauſam habentes ab
illo non poſſint amplius ex huiuſmodi cauſis mole-
ſtari, ad l. & ſi is ff. de diſtr. pign. & ſpecialiter deci-
ditur in d. l. fin. C de remiſſ. pign. vbi Cyn. in fin. verſ. po-
ſtremo, &c. & Bald ſub num 1. verſ. nota quod obligatio
habens duo capita &c. Salyc. ſub nu. 4. verſ. quæro, cur.
in caſu noſtra legis, &c. Alberic. ſub num 1 verſ alia ra-
tio eſt, &c. Neguſ. de pignor. in 1 memb. 6. par ſub num.
16 41. verſ. aduerte tamen, &c. * Niſi expreſſo partium
conſenſu fuerit renouata (in quibus terminis DD. in
contrarium adducti loquuntur, & intelligi debent)
iuxt. tex. in d. l. cum te à debitore, C. de remiſſ. pign. &
probatur ex text. in d. l. ſi quis ædes, verſ. etſi rurſus, ff.
de ſeru. vrb præd. ac explicant in d. l. fin. Iac. Cuiac. in
fin. ver. ſemel remiſſa hypotheca. &c. & Hug Donell.
ſub d. num. 7. verſ. remiſſionis pignoris hæc vis eſt, &c.
Præterea Domini conſiderarunt, Domum hanc
retrouenditam fuiſſe Michaeli Angelo hæredi bene-
ficiato Franciſci, ſoluto per ipſum DD. de Taurinis
integro pretio, quo fuerat illis adiudicata cum ceſ-
ſione iurium, vt legitur in prædictis Inſtrumentis
17 * cuius vigore, ſi quæ adhuc ſuper d. Domo iura cre-
ditoribus competebant non extincta, transierunt
integrè in d emptorem, ac ceſſionarium, iuxt. text. in
l. ſoluitur. §. ſi conuenerit, verſic. aliud eſt, &c. ibique
gloſ. in verb. integrè ff. quib. mod. pignor. vel hypot. Dec.
conſ. 104. & diligenter ſub num. 2. verſ ſed prædictis non
obſtantibus, &c. cum ſeqq Rot. penes Duran. dec. 310. ſub
num. 2. verſ cum in eum vigore d. ceſſionis, & dec 401 nu.
4. verſ. quia ceſſionario, &c. ac in recent. dec. 208 ſub n.
3. verſ. cum enim, &c. & dec. 248. nu. 1. verſ quia fuit re-
18 ſponſum, &c. par. 4 Ac * proinde non poſſunt modo
cedentes eis vti ſuper eadem re in præiudicium illius
& cauſam habentium ab eo, l. quæritur. § ſi venditor.
ff de ædilit. edict. Surd. conſ 513 ſub num. 5. verſ. ſecundo
repellenda videtur, &c & ſeqq Rot dec. 36 ſub num. 1.
verſ. non poteſt denuò redire &c. ac deciſ. 282. ſub nu. 1.
verſic. quantum attinet &c. par. 1. & dec 373. ſub n. 22.
verſ atque hoc præſertim. &c. par. 4. recent. & in ſpe-
cie bene probat Cranett. in d. conſ. 58 num. 10 verſic.
19 ratio igitur, &c. cum ſeqq. dicens, quod * vel hypothe-
ca per adiudicationem, ac venditionem ſucceſſiuè
factam communi iure venditoris ſoluta, & extincta
fuit, vel, ſi ſuperſit eo, quia res vendita fuerit iure
creditoris, tranſit in emptorem, ita quod nullo caſu
poteſt amplius creditor ad eandem rem experiri.
Nec eiuſdem ceſſionis efficaciam ad hunc effectum
offendunt clauſulæ, ita quod non retorqueatur, &c.
& aliæ ſimiles.
20 Quia non compræhendunt caſum, quæ ab ipſo ce-
dente inferuntur moleſtiæ ſuper eadem re, cuius pre-
tium illi ſolutum fuit. Hoc enim ab omni iuſtitiæ, ac
æquitatis ratione prorſus abhæret. l. bona fides ff. de
reg. iur. cap. bona fides, eod. tit. in 6. Dec. d. conſ. 104. ſub
num. verſ. tertio hoc probatur, &c. & ſeq. & reſpondit
Rota in Romana Officij Notariatus 26. Iunij 1641. co-
ram bon: mem: Merlino, in §. neque obſtat quod Pa-
radiſus, cum ſeq. & rurſus in eadem coram R. P. D.
meo Peutingero 20. Nouembris 1645. in §. nec refert,
quod hæc ceſſio, &c. confirmata 27. Iunij 1646. & 20.
Februarij 1647 coram eodem.
Atque ita fuit concluſum vtraque parte infor-
mante, &c.

ARGVELLES.

Ariminen. Pecuniaria.

Veneris 22. Iunij 1646.

SVMMARIA.

1 *Hæredes perſonam defuncti repræſentant.*
2 *Et tenentur ſtare illius contractui, non ſecus ac ipſe.*
3 *Decl. pro hæreditarijs tamen portionibus, & vt quili-bet, & quoad portiones aliorum reputetur extra-neus. & num. 31 & 84.*
4 *Hæredi vni ex pluribus ſoli ſtipulari non poteſt in ſtipu-lationibus dandi.*

5 *Stipulari nemo poteſt extraneo.*

6 *Hæredes vltra portiones hæreditarias conueniri non poſſunt, & n.13. Lim. vt n.14. Sublim vt n.15.*

7 *Hæredes plures an poſſint à teſtatore in ſolidum obligari, & n. 8. & ſeqq. & nu. 22. & 31.*

9 *Teſtator non poteſt facere, vt hæredes teneantur vltra portiones hæreditarias, & nu. 32 & 33.*

10 *Extraneum obligare quis non poteſt. Ampl. vt num. 83.*

11 *Leges ne locum habeant in ſuo teſtamento nemo facere poteſt.*

12 *Creditor creditum petere poteſt ab vno ex pluribus hæredibus.*

16 *Hæredes tenentur inſolidum in obligationibus indiuiduis, & n.19. Decl. vt n.20. & 21. & 30.*

17 *Venditoris hæredes tenentur inſolidum ad defenſionem, & euictionem vti indiuiduam. Decl. vt nu. 41. & 37. & 39.*

18 *Hæredum ex perſona obligationis conditio non immutatur, & nu. 26. & 92.*

19 *Diuidi quæ non poſſunt, ſolida à ſingulis debentur hæredibus.*

20 *Obligationes aliæ ſunt indiuiduæ petitione, & ſolutione, aliæ indiuiduæ petitione, & diuiduæ ſolutione.*

23 *Hæredes tenentur inſolidum in actione hypothecaria, & n.25. Decl. vt n.27. 30. 32. 35. 42.*

24 *Ampl. etiam in mandato executiuo ab A. C. contra vnum relaxato, & n.25. Decl. vt n.27. & 30.*

28 *Executionem petens pro debito exercere videtur actionem perſonalem.*

29 *Actione agens perſonali contra aliquem ex hæredibus agere debet pro hæreditaria tantum portione.*

34 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

36 *Hypothecaria contra hæredes diuiditur pro hæreditarijs portionibus, ſicut perſonalis.*

37 *Hypotheca eſt acceſſoria ad contractum, & ſecundum ipſum regulatur.*

38 *Hæres vnus ex pluribus ità demum tenetur inſolidum ſi rem poſſideat in ſolidum.*

40 *Pars quotitatiua, & quantitatiua quæ ſit.*

41 *Hæres, qui non confecit inuentarium, tenetur vltra quantitatem contentam in ſua quota, & n.51.*

43 *Hæres adeundo confirmat omnia à defuncto geſta, & obligatur.*

44 *Adita niſi ſit hæreditas, nec dicitur quis hæres, nec ad eum, nec contra eum vlla iura tranſeunt, nec teſtamentum valet. Decl. vt n.47.*

45 *Succeſſorium edictum quare introductum.*

46 *Ordo ſeruandus in bonorum poſſeßione vnde oriatur.*

48 *Hæredes ſui ipſo iure exiſtunt, ſeu apparent abſque aditione, ſed, vt conueniri poſſint, neceſſaria eſt immixtio. Decl. vt nu. 49.*

50 *Hæredes abſque inuentario, vel cum deſcriptione nulla adhibita ſolemnitate tenentur inſolidum, & nu. 89. Decl. vt n.41. 51. & 53.*

52 *Portio quota, & portio virilis quæ ſit.*

54 *Hæredes vnius ex correis tenentur ſicut ipſe correus ſed non inſolidum.*

55 *Manumiſſionem à defuncto nulliter factam an teneatur ratificare hæres.*

56 *Pater an poßit obligare filium, & illius bona alienare, & nu. 57. 58. & 60.*

59 *Obligari nemo poteſt ex alterius contractu.*

61 *Hæredes conſtituendo procuratorem non intelliguntur ſe inſolidum obligari, ſed pro portionibus tantum hæreditarijs.*

62 *Ratificatio tacita non extenditur vltra id, quod ex ea colligi poteſt.*

63 *Ratificatio etiam expreſſa intelligitur pro parte ad ſe pertinente.*

64 *Obligatus plus, quam quis ſit, non præſumitur velle facere, & num. 83.*

65 *Actum id ſemper intelligitur, quod actus naturæ conuenit.*

66 *Reſtringitur renunciatio, quietatio, & diſpoſitio ad cauſam, propter quam facta eſt.*

67 *Hæredes facere non poſſunt, vt æs alienum teſtatoris inter eos diuidatur pro portionibus hæreditarijs.*

68 *Hæreditatis emptor à creditoribus cogi non poteſt, etiam ſi obligetur. Contrarium n.99.*

69 *Diuiſa quæ ſunt ipſo iure, ſemper diuiſa remanent.*

70 *Ratificatio quando non inducatur ex receptione pretij.*

71 *Ratificatio quando inducatur ex actu ſubſecuto.*

72 *Ratificatio æquipollet contractui*

73 *Ratificatio inducitur expreſſè, & tacitè.*

74 *Ratificatio æquiparatur mandato, etiam ſi requiratur ſpeciale.*

75 *Producens inſtrumentum cenſetur omnes eius qualitates approbare, & n.90.*

76 *Ratificare videtur, qui agit ex contractu ſuo nomine geſto.*

77 *Iuramento vbi quis factum promiſit cogitur præciſe obſeruare. Contrarium num. 78. Decl. vt num. 79. 80. & 85.*

81 *Euictionis ſtipulatio quid importet.*

82 *Iuramentum obligationem non extendit, ſed aſſumit naturam actus, & qualitates, & conditiones, quæ in principali promißione inſunt.*

86 *Defenſio ſuſcepta, ſententia in iudicatum tranſacta, nihil prodeſt.*

87 *Vendentis ſucceſſores tenentur de euictione, & ad damna, & intereſſe.*

88 *Inuentarium ſine ſolemnitatibus requiſitis non ſuffragatur.*

91 *Cumulari poſſunt actiones ad idem tendentes.*

92 *Mutatione perſonæ non mutatur obligatio.*

93 *Creditoris conditio deterior fieri non debet per mortem debitoris, ſine culpa ſua.*

94 *Creditor habens vnum obligatum inſolidum non eſt cogendum agere contra plures, & n.96. & 98.*

95 *Defenſio per plures ſciſſa incommodo, actorem afficit.*

97 *Succeſſores an efficere poſſint, vt vnus inſolidum teneatur ſtricto iure.*

DECISIO CCXLVII.

CVm Cæſar Cupiolus nomine ſuo, & vxoris domum emiſſet à Pandulpho, eamque vxore mortua Octauio, Horatio, & Catherinæ ex eo matrimonio filijs pro medietate acquiſitam vendidiſſet Gambuccio tam proprio, quam adminiſtratorio nomine, & pro euictione ſe, ſuoſque filios, & hæredes eorumque bona inſolidum obligaſſet, &, Cæſare è medio ſublato, Gambuccius, domus controuerſiam pateretur, denunciauit dd. filijs & hæredibus, qui ſimiliter denunciarunt cuidam Lunardello Pandulphi venditoris hæredi, ab eoque partem pretij à Cæſare ſoluti receperunt. Et tandem, euicta domo, Gambuccius egit contra dd. filios, & hæredes obtinuitque mandatum executiuum contra Octauium inſolidum. Vnde, controuerſia ad Rotam delata, & mihi commiſſa, dedi dubium. An mandatum A.C. ſit exequendum.

Et quidem negatiuè reſponden. videbatur, Nam, aut Octauius conuenitur tamquam hæres Cæſaris pro contractu, & obligatione Camerali ab eo facta,

qua

qua ſe, ſuoſque hæredes, & eorum bona inſolidum obligauit, aut conuenitur tamquam filius ex contractu à patre adminiſtratorio nomine geſto & neutro eorum inſolidum poteſt conueniri.

Non tanquam hæres, quia, licet certiſſimum ſit
1 iuris elementum, * hæredes perſonam defuncti repræſentare, *l. cum à matre, 14. C. de rei vend. l. prima, & ſecunda, C. de hered. action. l. quedam, 9. §. 1. ff. de eden. l. hæredem 60. l. qui in ius, 138. ff. de reg. iur. l. 2. in fin. C. de fruct. & lit. expenſ. auth. de iur. iur. an à moriente praſtito, §. 1. col. 4. & ſimilibus, Surd. conſ. 15. num. 2. & conſ. 165. num. 1. & 221. num. 24. & 222. num. 12.* & alibi paſſim poſt antiquiores in dictis iuribus, *Duran. dec. 64. n. 10. Pichard. ſup. inſt. l. de hered. inſt. §. hereditas, 8. num. 20. & in rub. num. 21. & de vulg. in rub. num. 67. Amaya l. 1. & 2. C. de annon. & tribut. num. 92.*
2 & ex ea ratione * teneatur ſtare contractui à teſtatore celebrato eo modo; ac ipſe teſtator, *l. hereditas 63. ff. de reg. iur. & l. rem alienam, 41. ff. de pign. act. l. Seia, 73. ff. de euict. l. ſi ab eo. 7. C. deliber. cauſ. l. filium 31. ff. eod. l. ſiue certu, 27. ff. de duobus reis. § hæres, Inſt. de oblig. ex quaſi contractu, d. l. cum à matre,* quæ loquitur in puncto euictionis, *l. ſi ob cauſam. 13.* ibi. vel qui in eius locum ſucceſſit, *l. ſi controuerſia, 9. Cod. de euict. Alex. conſ. 67. num. 2. lib. 2. Coccinus dec. 17. num. 1.* cum alijs ibi citatis, & facit *text. in l. ſi Titium 22. ff. de pign.*

3 Certiſſimum eſt etiam, * hæredes ſolum pro hæreditarijs portionibus hanc repræſentationem ſuſtinere, & pro ea parte tantum, pro qua vnuſquiſque eſt hæres, *l. ſi teſtamento, 49. §. 1. l. debitori, 50. ff. de fideiuſſ. l. licet. 14. C. ad l. falcid. gloſſ. & Bart. in l. 2. in fin. ff. de Præt. ſtipul. Tiraqu. de retract. conſang. §. 32. gl. 1. num. 50. Menoch. conſ. 1204 n. 14. Gomez variar. lib. 2. cap. 10. num. 16. verſ. non obſtat, fol. mihi 58. col. 2. in fi. Fuſar. de ſubſtitut. q. 557. nu. 21. Suarez in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. ampl. 6. nu. 16. Pinell. in l. 1. C. de bonis mater, par. 3. nu. 79. Donell. ex Duarenus in l. eum, qui, 56. §. te, & Titium. ff. de verb. obligat. ille num. 2. iſte fol. mihi 748. & in l. continuus, 137. §. fin. fol. 788. col. 2. ff. eod. & ex tex. in d. l. cum à matre, & in l ſi adulta, 6. C. de heredit. action.* & quoad alias partes extraneus eſt, vt per allegata iura, & dd. & inde eſt quod
4 in ſtipulationibus, dandi, non poteſt vni ex pluribus hæredibus ſoli ſtipulari, *l. continuus, 137. §. fin. ff. de*
5 *verb. oblig.* quia * extraneo ſtipulari nemo poteſt, & hæc fuit ratio decidendi add. *§. fin. Duaren. vbi ſupr. & in dict. §. fin.*

6 Ex quo naſcitur etiam, quod * hæredes vltra portiones hæreditarias conueniri non poſſunt, *l. pro hereditarijs, 2. d. l. ſi adulta, C. de hered. action. l. 1. C. ſi certum petatur, l. fin. C. ſi vnus ex pluribus, d. l. cum à matre;* & in terminis etiam euictionis. *l. 2. C. de euict. l. ea quæ, C. fam. hercif. l. ſi filia, 20. §. ſi pater, 3. & §. Papinianus alias, l. ſi vni, l. heredes, 25. §. 1. & §. idem iuris ff. fam. hercif. l. ſi vxor, 7 C. de bonis auth. iud. poſſid. l. licet, 14. C. ad l. falcid. l. ſi tibi homo, 86. §. ſi fundus, l. qui fundum, 87. §. ſi tu ex parte, 3. ff ad l. falcid. l. in executione, 105 §. prima ſpecies, de verb. oblig. l. ex facto, 35. §. 1. ff. de hered. inſtit. l. ſi ab eo, 7. C. de negot. geſt. l. prima, §. ſi pecuniam in ſacculo 36. ff. depoſ. l. 2. C. de annon. & tribut. lib. 10. tit. 16. l. tale pactum 40. §. poſt diuiſionem, ff. de pact. l. legatarius, 38. in princ.* (ſi bene expendatur) *ff. de leg. 1. d. l. eum, qui, 56. §. te, & Titium. ff. de verb. obligat. l. fin. C. depoſ. l. 3. §. hæres, 1 ff. de poſſ.* quod initium habuit à *l. 12 tab d. l. prima, & ſi cert. pet.* ibi ſecundum formam veteris iuris, vbi *Gottofr. littera, L, d. l. 2. C. de hered. act. l. ſi te, 10. C. de iur. delib.* ibi iure ciuili, *Gottofr. littera K, l. prima, C. de except.* ibi antiqua lege, iuncto *Gottofr. littera, V, l. prima, C. ſi vnus ex pluribus, d. §. idem iuris, 13. ff. famil. herciſc. l. pacto ſucceſſorum, 26. C. de pact. d. l. ea, quæ, 6. C. famil. hercif. Pinell. vbi ſupra, d. num. 79. verſ. eadem* multis citatis poſt Ordinarios dictis iuribus *Grat. diſcept. for. cap. 36. num. 41. & cap. 150, num. 12. Gomez var. tom. 2. num. 3 poſt princ. multis citatis, Donell. lib. 7. comm. cap. 11. Schiſordeg. ad Fabr. lib. 3. tract. 2. q. 14. Amaya cum multis in d. l. 1. & 2. Cod. de annon. & tribut. num. 91. & 92. Mangill. de euict. quæſt. 32. num. 34. & quæſt. 112. num. 28.*

7 Nec dicatur, hoc intelligendum, * quando teſtator non obligauit in ſolidum ſuos hæredes. Quia, cum poſſet rem hæredis immò, & alienam obligare, ita vt hæres cogatur eam redimere, & præſtare, vel ſi eam non poterit redimere, eius æſtimationem, dare, vt totidem, *Iuſtinianus in §. non ſolum, Inſt. de legat. l. qui quatuor, 50. §. fin. ff. de leg. 3. l. cum ſeruus, 39. alias l. apud Iulianum, 40. l. ab omnibus, 104. §. in teſtamento verſ. etiam alias, & §. etiam ſecundo, ff de leg. 1. l. ſi pecunia, 12. l. vnum ex familia, §. ſi rem eo, ff. de leg. 2. l. legatum 33. §. 1 ff. de leg. 2.* (quam ſolam allegat *Surd. deciſ. 90. num. 9.*) *l. cum alienam, C. de leg.* cum alijs *Mantic. de coniect. lib. 9. tit 9. per tot. Pichard. alijs citatis d. §. non ſolum.* poſt Ordinarios dictis iuribus, & bona hæredis obligare, *Surd. deciſ. 115. num. 9.* cum alijs per eum, quo argumento in *d. n. 9.* malè exiſtimauit probari poſſe defunctum vnumquemq; hæredem inſolidum obligare.

Quoniam optime reſpondit *Bart. in d. l. continuus*
8 *37, num. 10.* * poſſe quidem in obligatione contrahenda, & in vltima voluntate, legando videlicet, vel fideicommittendo, non vero in obligatione iam contracta; vt eſt æris alieni obligatio, & eſt tex. rotundus, licet difficilis, in *d. l. eum qui, 56. §. te, & Titium ff. de verb. obligat.* cui non obſtant alijs gloſſ. adducti verbo inutile, quibus ipſa reſpondit, & eius ſolutionem ſequuntur *Bart. Bald. Alex. & Iaſon Duaren. in d. l continuus, 37. §. fin. eod. tit.* ſed clarius, & fortè meliùs *Donell. in d. §. te, & Titium, num. 3.* vbi dilucide, & adducto exemplo rem ponit ob oculos, & prius dixit *Duaren. ibid. fol. mihi 748. qui in l. Iulianus, 131. ff. eod.* quam putat contrariam, ponit rationem differentiæ, ſed ſi bene inſpiciatur magis congruit, quam opponitur, vt rectè ibi *Donell.* Quia
9 * teſtator non poteſt facere, vt hæredes teneantur vltra portiones hæreditarias, *l. ſeruo legato, 69 §. ſi teſtator, 2. d. l. filia, 20. §. Papinianus, vbi Faber. non ſolum, 7. §. ſi & duobus, ff. de liberat. legata, Surd:* poſt Ordinarios iuribus, & auctoribus citatis, *d. dec. 90. n. 21. Parlad. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. par. 4 §. 1. num. 12. & ſeq. late Ceuall. comm. contra comm. quæſt. 76. n. 13 Gratian. dec. March. 146. num. 2. & Gomez. vbi ſup* cum multis alijs ibi numer. 3. *Barboſa cum citatis in d. l. pacto ſucceſſorum, C. de pact. etiam congruit d. l. 137.*
10 *§. fin.* * nec non quis contrahens extraneum obligare poteſt, *l. cum te poſſeſſiones, 3. C. ne vxor pro marito* cum alijs ibi per *gloſſ. & Barboſam.* Quæ fulciun-
11 tur ex vulgari regula, quod * nemo poteſt in ſuo teſtamento, ne leges in teſtamento locum habeant, vt iſtis numeris verbis tex. notiſſimus in *l. nemo poteſt 57. ff. de leg. 1.* cum vulgatis etiam, vt ſupra diximus *l. 12. tab.* ſtatutum erat, vt obligationes ipſo iure pro portionibus hæreditarijs diuiderentur, vt ſatis ſupra.

Non etiam labefactatur iſta concluſio ex *l. cum*
12 *ab vno, 53. in princ. ff. de leg. 2.* vbi * creditor poteſt ab vno

Digitized by Google

ab vno ex hæredibus petere ; in cuius tex. explica-
tione validè inſudarunt Interpretes, vt ex *Surd. dec.*
90.*numer*. 1. *&* 10. *Facchin. lib.* 12. *controuer. cap.* 51.
Caſtr. d. l 53. *num.*2.*& ibi Cuiac.Canalin.Pichard.in*
*append.ad tit.Inſtit.de offic.iudic cap.*7. *nu.* 70. *Schri-*
*fordegner. lib.*3.*ad Fabr. tract.* 2. *queſt.* 15. Sed text.
13 ille potius facit pro Octauio, dum affirmat, * hæ-
redem non teneri inſolidum, ſed tantum pro quan-
titate legati ab eo relicti pro ſolutione debiti, in re-
liquo pro hæreditarijs portionibus cohæredes tene-
ri, quod ſufficit quantum ad præſentem diſputatio-
14 nem, & * id fauore dotis eſſe conſtitutum, & in eo
caſu, in quo maritus ab vno ex hæredibus legatum
reliquerat pro dotis ſolutione mulieri, vt ibi *gloſſ.&*
Bart. & alij citati à *Surd.* vbi proximè *num.*1. quos
ibi ſecutus fuit Senatus. *Intrigl.*alijs citatis *ſingul.*90.
num. 147. *lib.* 3. Quæ ſolutio receptiſſima eſt apud
Salmantinos anteceſſores, quibus eruditus D. Ioan-
nes Ramos *de el Macano*, primarius nuper in ea Vni-
uerſitate Præſes nunc Senatus Mediolane. ingenioſè
15 addidit dict. *leg.* 3. * agi de dote debita actione rei
vxoriæ, &, quòd aliàs non procederet I: C: Teren-
tij Clementis in eo tex. reſolutio ita *in tract. de di-*
*uid. indiuid. manu. ſcript. cap,*3. *verſ. conſtat itaque.*
Et *Surdus* cum dixiſſet, niteretur probare vbi pro-
ximè *num.* 8. poſſe defunctum obligare hæredes in-
ſolidum, ſtatim ſcribit *nu.*10.*&* 11.id dictum diſputa-
tionis gratia, & quod in iudican. non eſt à communi
receden.Et tandem non applicatur,quia in præſenti
agitur de teſtatore, qui in contractu obligauit ſuos
hæredes, in d. verò *l.* 53. agitur de teſtatore, qui in
teſtamento legauit ab vno ex hæredibus, quæ di-
uerſa ſunt, licet non magis in teſtamento, quam in
contractu poſſit obligare defunctus, niſi pro quota,
vt ſupra fuit dictum.
16 Non infringuntur prædicta, ſi dicatur, * intelli-
gen: eſſe de obligationibus diuiduis, non verò de
indiuiduis, in quibus omnes hæredes tenentur inſo-
lidum, *l.*2.*§ ex his*, *ff. de verb. oblig.* Defenſionem
autem, ad quam hæredes venditoris tenentur, eſſe
indiuiduam, & non poſſe pro parte impleri, docet
*Bart.in l.*4. *§. ſi is, qui, de verb. obligat. num.*22.com-
muniter ſequutus *Iaſon num*: 43. *Ruin* 78 *Surd. cum*
*alijs conſ:*150 *num.*2.& probatur in d: *l. quarta in fin.*:
ibi, pro parte neque reſtitutio, neque defenſio con-
tingere poteſt, *l. in executione*, 105. *§.inſolidum*, 5. *l.*
17 *cum ex cauſa*,139.*ff.de verb. obligat.* vbi, quod * hæ-
18 redes venditoris inſolidum ſubſiſtere tenentur: * Non
enim ex perſona hæredum conditio obligationis im-
mutatur, quæ ſunt verba *text. in d: l.*2. *§. ex his.* Ea
19 enim, * quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à
ſingulis hæredibus debentur, *l. ea, quæ*, 191. *ff. de reg:*
iur: facit tex,in l.fin.ff.de ſeruit. leg. tex. expreſſus in l.
ſi rem, 62 *§.* 1. *ff. de euict. Gomez. var. d. lib.* 2. *cap.*
10, *num.* 16. *verſ. ex quo infert Paulus*, cum alijs ibi
citatis.

Nam his facile reſpondetur, aduerten: differen-
tiam eſſe conſtituen: inter obligationes indiuiduas:
20 * Aliæ enim ſunt indiuiduæ petitione, & ſolutio-
ne, de quibus loquitur *tex:in d.§,ex his*, *& in d.l.fin.*:
de ſeruit. lex. in d. l,in executione, *§. ſecunda ad*
opus, *in quam l. ponetur hac diſtinctio.* Aliæ vero
ſunt indiuiduæ, petione, ſolutione vero diuiduæ,
& in his non tenentur hæredes ad ſolutionem in-
ſolidum, licet ad factum (ex quo reſultat ſolutio)
inſolidum teneantur: Et hic eſt præſens caſus, in
quo nil opus eſt auctoribus, & argumentis, cum
21 ex ipſis I: C: deciſionibus rotundè, & clariſſimè * in
puncto euictionis doceamur, hæredes venditoris
ſolum pro portionibus hæreditarijs teneri, I: C:
Paulus in d. l. in executione,85.*§. inſolidum*, 5. *Venu-*
leius in l. cum ex cauſa, 139. *ff. de verb. obligat.* facit
idem *Paulus in l.* 4. *§. fin. in princ. ff. eod. Celſus*, ſi be-
nè inſpiciatur, *in l. ſi rem*, 62. §. 1. *ff. de euict. ibi*, Re-
ctèque cum cæteris agam, quod euictionis nomine
euicti ſint, quia à DD: non ponderatur; condu-
cit optime *Neratius in l.ex iudicatum*,16.*ff. iud ſolu.*
vbi in ſtipulatione commiſſa ob rem non defenſam
non inſolidum, ſed pro parte contra fideiuſſorem
promiſſoris agen: eſſe monſtrauit, qui prætermit-
titur à ſcribentibus, docent præter Ordinarios dd.
iuribus, *Donell.in d. l.* 4.*§.fin. magiſtraliter*, *Pichard*
inſt. de offic. §. ſi finium regund. in append. capit. 4
per tot. & de obligatione euictionis ad explicatio-
nem *d. §. inſolidum cap.* 10. *per tot.* vbi explicat, &
exornat iuribus & auctoribus, *Valenz: tract. Illuſtr:*
lib. 2.*tractat.* 4.*cap.* 6. *numer.* 25. & ante hos omnes
Duaren. in d. l. 85. *verſicul. alia eſt obligatio*, *fol. mi-*
hi 761.

Non etiam videbatur obſtare *tex. in l. eandem*,
9.*ff. de duobus reis*, ibi, vt puta ſi pluribus hæredi-
bus inſtitutis teſtator dixit, Titius, & Mæuius Sem-
pronio X. dato, vel Titius, aut Mæuius, vt corre-
ctius legit *Got:of.ibi littera X.Cuiac.lib.*5.*obſeru.cap.*
22 35. Nam facilis reſponſio eſt, quia * ibi teſtator in
teſtamento à Titio, & à Mæuio X. legauit Sem-
pronio, & voluit, vt vterque inſolidum teneren-
tur, & ita intrat doctrina *Bartoli*, *vbi ſupra*, cum
hic ex legato, & in teſtamento voluerit obligare
non ex contractu, nec in contractu, vt in noſtris
terminis.

Minus concutitur ſupradicta concluſio ex eo,
quod in præſenti agebatur actione hypothecaria,
23 * ex qua omnes hæredes tenentur inſolidum, nec
attenditur diuiſio. *Grat. diſcept. for. cap.* 16.*numer.*11.
Ciriac. contr. 220. *num.* 10. *& ſeqq. Rota coram bon.*
*mem. Buratt. dec.*785 *num.*10. *& in Romana legati* 11.
Aprilis 1622, *coram Vbaldo*, *& in Viterbien. Caſtro-*
rum 10. *Maij* 1624. *coram Coccin. in* 3. *inſpectione*:
Et * in mandato ab A: C: relaxato contra vnum
24 ex hæredibus firmauit, *Rot. in Ferrarien. depoſiti* 1.
Maij 1635. *coram*, *Eminentiſſimo Macchiauello Par-*
lador. rerum quotid. lib. 2. *cap. fin. par.* 4 *§.* 1.*num.* 15
& eſt tex. expreſſus in d.l. 2. *C. de hared. act* ibi, niſi
intercedat pignus. vel hypotheca, *l. ſi neceſſarias.* 8.
§. ſi vnus, *ff. de pignor. act. l. creditores*,8.*diſtract.pign.*
*Ceual. d.q.*76. *num.* 16. *Suarez vbi ſupra num.* 8. adeo
25 vt, * ſi plures hæredes teneant hypothecam aduer-
ſus vnum ex eis poſſit agi in ſolidum, *l. fin. C. ſi vnus*
ex pluribus Bart. d. l. creditores, *Suarez ad l. Toleti*
limit. 1. *num.* 4. Et optima quidem ratione, quia
26 * obligationis conditio hæredum perſona non mu-
tatur, ſed talis remanet apud hæredes, qualis erat
apud defunctum *d. l. §. ex his*, *d l. in executione*,
85.*pro parte ff. de verb. obligat. l.* 2. *§. incertam ff. de*
Prat. ſtipulat. l. cui fundus 55.*ff. de cond. demonſtr.&*
apud Hiſpanos eſt l. 8. *tit.* 31. *partit.* 3.*docent poſt Ac-*
cuſ.& antiquiores in alleg.iuribus, *Donnel.d. §. ex his*,
*nu.*2.*Facchin.lib.* 10.*contr.cap.*63.*Amaya cum congeſtis*
*in d.l.*1.*&* 2.*n.n.*93.*C de ann.& tribut.*
27 Quia reſpondetur primo, quod * hæc omnia vera
ſunt, & procedunt, quando creditor hypotheca
experitur ad conſequen: rem ipſam hypothecæ ob-
noxiam, ſecus verò ſi pro debito executionem pe-
tat, quia quando creditor agit hypothecaria, illud
intendit, vt ſibi pignore conſulatur donec debitum
hypothe-

Digitized by Google

hypothecæ obnoxium ſoluatur, ita Bart. in d l.fin.
C.ſi vnus ex pluribus, & in l. rem alienam num. 22 ff.
28 de pignor. action. At vero, * quando petit executio-
nem, prout in præſenti factum eſt, magis videtur
exercere actionem perſonalem, l. ſicut in rem, 3. ibi
vel perſona qualicumque actione, vel perſecutione
pulſetur, C. de praſcrip. 30. vel 40. ann. & ibi gloſ.
verbo perſequutione, Cauall. vbi ſupra num.16. cum
duobus ſeqq. Parlad. vbi ſupra num.17. & Ordinarij in
§. item ſeruiana inſt. de act. iunctis traditis ab Ang. in
l. à D. Pio, 15. §. ſententiam, ff. de re iudic. Suarez ad
l. Toleti, q. 15. num. 11. & ſic neceſſario intelligen:
ſunt Auctores pro Horatio adducti, & ita loquitur
29 Cyriac. d. controu. 320. num 10. vbi, quod, * ſi egiſſet
actione perſonali, deberet agere pro hæreditaria
tantum portione.

Nec deciſio 785. apud Buratt. num. 10. contrarium
30 videtur ſentire, quia dicit, * reum conueniri inſoli-
dum pro tota ſumma, quæ ad eum peruenerat, &
conueniebatur ibi, partim nomine proprio, & par-
tim nomine hæreditario, & actione hypothecaria,
& magis explicat num. 11. alijs citatis, & hanc di-
ſtinctionem ponit Gratian diſcept. for. cap. 150. nu. 12.
Barboſa d. l. C. de hared. act. num. 4. alios ſuo more
adducens, & benè explicat Fuſar. de ſubſt. d. quaſt.
557. num. 24. & Gratian. cap. 323. vbi agebatur pro
obligatione indiuidua, & in fortioribus caſibus, &
31 dixit, * teneri inſolidum, quia agebatur hypothecaria
ad fundum hypothecatum, & ab eo poſſeſſum.

Secundo quod nullus eorum affirmat, quod pro-
pter hoc obligatio hæredis extendatur vltra quotam
hæreditaris, vltra quam, vt ſupra diximus, defunctus
32 eum obligare non poteſt, * nec actio hypothecaria
extenditur vltra perſonalem, l. 1. C. comm. de leg. & ibi
gloſ. verbo in omnibus, & l. 2. C. de debit. Ciuit. lib. 11.
tit. 32. & ibi gloſ. verbo, pro rata. Vnde, cum * non
33 poſſit teſtator, perſonalem obligationem extendere
vltra quotam, ita nec poterit hypothecariam, & fa-
34 cit vulg. regula, quod * acceſſorium ſequitur natu-
ram ſui principalis, cap. acceſſorium, 42. de reg. iur. in
6. l. etiam, C. de iur. dot. cum vulgatis per Axioma-
tiſtas, & Caſtil. lib. 5. contr. cap. 168. num. 1. cum ſeq. Vn-
35 de * intra limites quotæ firmabitur hypothecaria, l.
fideiuſſor, 16 ff. de fideiuſſ. per quem tex. Neguſ. de pign.
par. 2. memb. 3 num. 32. verſ. non obſtat, Alex. in addit.
ad Bart. in l. ſi quis ſeruum 8 §. certam, ff. de leg. 2.
per d. l. 16. in gloſ. in verb. non eſt, Bart. num. 1. verſ.
non obſtat, & conducunt l. ſi ſub impoſſibile, 29. l. ſi quis
pro eo, 56. in princ. l. ſi à reo, 5. fin. ff. fideiuſſ & in ter-
minis, quod adſit hypothecaria, quæ datur contra
36 * hæredes ad bona Teſtatoris, & diuiditur pro por-
tionibus, ſicut ipſa actio perſonalis, Neguſ. vbi ſup.
Barboſ. alijs citatis d. l. 2. C. de hared. act. & eſt bona
deciſ. Franch. 203. num. 1. explicat Menoch. d. conſil.
1204. nu. 16. ibi propterea quod promiſſio euictionis
37 etiam * ipſa bonorum hypotheca eſt acceſſoria ad
contractum, & ſecundum ipſum contractum regu-
latur, & ideo, ſicut hæres tenetur obſeruare ipſum
contractum pro ea parte tantum, pro qua eſt hæres,
ſic etiam tenetur obſeruare promiſſionem pro eui-
ctione, & hypotheca bonorum, & eſt bonus tex. in
l. 1. §. fin. C. comm. de leg. ibi, in tantum, & hypo-
thecaria vnumquemque conueniri volumus in quan-
tum perſonalis actio aduerſus eum competit, & ibi
Bart. numer. 17. melior tex. d. l. 2. C. de hared. act. vbi,
38 * ita demum in ſolidum teneri, ſi rem poſſideat inſo-
lidum, & ita gloſſ. ibi verbo placuit. verſ. 2. ſi res, & Bald
num. 1. in fin. ibi, non inſpecto pro qua parte ſit hæres,
ſed quantum poſſideat, facit tex. in d. l. 3 §. hæres, 3.
ff. commodati, & ſic intelligen. Suarez d. ampliat. 7.
39 num. 8. Nam aduerten. eſt, quod * hæres actione
perſonali tenetur de euictione pro quota reſpectiuè,
quod exemplo facilius demonſtrabitur. Teſtator v.
gl. reliquit 400. in hæreditate diuiden. inter duos
hæredes, capit vnuſquiſque 200. Iſte Teſtator ven-
diderat fundum pro 200. eo euicto, hęredes tenen-
tur pro quota, nempe vnuſquiſque in 100. ſi agatur
actione perſonali, ſi verò actione hypothecaria, te-
nebitur pro 200. aut bona Teſtatoris tradere empto-
ri. Sed ſi ponamus, fundum venditum pro 400.
nullus hæredum tenebitur vltra 200. etiam non con-
fecto inuentario, quia hæc eſt quota pars, & vltra
eam non tenentur. Sed, ſi pars dimidia hæreditatis
eſſet 150. tantum, adhuc teneretur vnuſquiſque pro
200. quia hæc eſt pars dimidia debiti, quæ reguian.
eſt ſecundum quotam, quæ in exemplo propoſita
erat dimidia, & ita explicat Pinell. etiam exemplo
adhibito vbi ſupra, verſ. eadem concluſio pro hæredi-
40 taria portione, fol. mihi 514. ad fin. quia * alia eſt
pars quotitatiua, vt ita dicam, alia quantitatiua, illa
eſt pars, ex qua hæres ſcribitur, videlicet tertia,
quarta, pars verò quantitatiua dicitur ſumma illa,
41 quæ in quota continetur, vnde bene * poteſt quis
teneri, ſi inuentarium non fecerit, vltra quantita-
tem, & ſummam contentam in ſua quota, vt ſi v. g.
quota ſit dimidia, quantitas verò, vel ſumma ſit
100. Debitum verò 400. hæres iſte tenebitur vltra
quantitatem, videlicet vltra 100. non verò vl-
tra quotam, videlicet vltra dimidiam, & ſic explicat
Pinell. vbi ſupra, licet non tam clare. Et ſic iniuſtè
Menoch. (dum ad hoc non aduertit) repræhendit
42 Suarez, &, quicquid ſit de hac doctrina, * ſemper
neceſſarium eſt, vt qui vult inſolidum ab vno hære-
dum ſibi ſolui, agat hypothecaria, vt ſupra dictum
eſt ex Parlad. d nu. 16. in fin. & ita etiam videtur intel-
ligenda Dec. illa de Celſis infra citanda.

Parum deinde videbatur pro Gambuccio facere
43 vulgare illud axioma, quod * hæres adeundo hære-
ditatem confirmat omnia à Defuncto geſta & obli-
gatur, d. l. ſi adulta, 6. ibi, adeun. hæreditatem et-
iam obligauit, C. de hared. act. l. more, 8. ff. de acq. hæ-
red. ibi, hęreditas autem, quin obliget nos ęre alieno
& ſi non ſit ſoluen. pluſquam manifeſtum eſt, l. ve-
teris, C. de contrah. vel comm. ſtipul. l. 1. & 2. ff. de
bon. poſſ. l. apud Iulianum, 3. §. fin. ff. quib. ex cauſ. in
poſſ. & c. l. ſi quis, 5. §. hæres ff. de obligat & act. §. hæres,
Inſt. de obligat. qui ex quaſi contr. naſc. vbi paſſim au-
ctores, Cyriac. contr. 277. n. 1.

Quæ iura, & auctores (vt id obiter notetur)
44 * intelligen. ſunt de hæredibus poſt aditam hære-
ditatem. Nam ante aditionem, nec hæredes dicun-
tur, nec vlla iura ad eos, nec contra eos tranſeunt,
nec teſtamentum quicquam valet, non adita hære-
ditate, §. an ſeruo, verbo, nam & ſi ſtatim, inſt. de leg.
l. vnica, §. 1. & §. in nouiſſimo, C. de caducis. toll. l. te-
ſtamentum, 25 ff. de manumiſſ. & c. l. cum hæredes, 13.
45 ff. de acq. poſſ. Et * inde introductum ſucceſſorium
edictum, vt creditores haberent, contra quem ex-
46 perirentur, l. 1. in princ. ff. de ſucceſſ. edict. * ex quo
natum, & illud, quis ordo in bonorum poſſeſſio-
47 nem ſeruetur, vt in eodem tit. ff. * Hoc ſi de extra-
neis loquamur, in ſuis inutiliter etiam mero iure
48 diſputamus de aditione, * cum ipſo iure hæredes
exiſtant, vel potius appareant, vulg. tex. in l. in ſuis,
11. ff. de liber. & poſth. §. ſui autem. 2. inſtit. de hæred.
qualit. & diff. l. neceſſarijs, 57. ff. de acq. hæred. licet in
eis

Digitized by Google

eis immixtio ſit neceſſaria, vt à creditoribus conueniantur, *Bart. in l. 1. C. vt ſi minor ab hæred. ſe abſtin.* reprehenſus à *Fabr. err. ſin. decad.* 31. *& in l. ſi quis*, 14. *§. plerique*, 8. *relig. & ſumpt funer. in fin.*

49 Nam hæc regula * intelligen. eſt, pro vt ſupra diximus, ſcilicet pro portionibus hæreditariis, vt in omnibus ſupra adductis iuribus, & auctoribus, qui omnes loquuntur de hæredibus poſt aditam hæreditatem, & pro portionibus hæreditariis.

Illud quidem magis monere poteſt, quod Do-
50 mini de Cupiolis * non oſtendunt inuentarium, nec reſpondent ad ea, quæ dicuntur, factam ab eis ſolam deſcriptionem, nulla adhibita ſolemnitate, ex *Pariſ. conſ.* 25. *num.* 51, *&* 52. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 89. *numero* 138. *Rota penes Reuerendiſsimum Vrgellen. dec.* 337. *num.* 8. *in fin. &* 371. *num.* 2. *latè Grat. cap.* 766. *numero* 1. Ex quibus oritur, vt inſolidum hæredes teneantur, tex. expreſſ. in *l. fin. §. ſi vero poſtquam, C. de iur. deliber. Afflict. dec.* 111. *n.* 17. *Franc. dec.* 321. *num.* 1. *Rot. dec.* 4. *nu.* 14. *par.* 5. *recen.* vbi multi citantur.

Sed non difficili negotio hæc poſſunt euitari, quia
51 * omiſſio inuentarij non faciat, vt quis teneatur vltra quotam, licet facit quidem, vt teneatur vltra quantitatem, & iure ipſius quotæ, *Grat. conſ.* 86. *nu.* 19. *ad* 23. *lib* 2. *Molin. de primog. lib.* 4. *capit.* 1. *numer.* 24. *poſt princ. Suarez, vbi ſupra num.* 10. *verſ. tu te nemenis, & num.* 16. *verſ. ratio eſt, Pinell. vbi ſupra num.* 79. *verſ fin. verſ. & ita Hiſpanus*, vbi poſito exemplo rem explicat omnino viden: *fol. mihi* 515. *& num.* 83: *verſ. limitatur vndecimo, fol. mihi* 534. *Fuſar. de ſubſt.* multis citatis *d. q.* 587. *num.* 20. & ſic explicant *d. l. §. ſi vero poſtquam*, & ſic explicauit *Capic. Latr. deciſ.* 15. *num* 15. *&* 16 *& Saluſt. Tib.* qui non bene pro Horatio allegatur, *in prax. lib.* 1. *cap.* 44 *num.* 11. qui ſe bene explicat *num.* 12. dicens, quod, ſi hæres faciet inuentarium, tenetur vſque ad vires hæreditarias, ſi non faciet, tenetur pro virili, forſan voluit dicere
52 pro nota. * Diuerſa enim ſunt hæc duo (vt nihil ſalebroſum in hac diſpoſitione non complanetur) Nam quota portio dicitur tertia, vel quarta pars hęreditatis v. g. Quæ inter hæredes ſolet eſſe æqualis vel inæqualis, prout eorum cantabit Inſtitutio, & hæc vocatur portio hæreditaria, vel portio hæreditaria, vel portio Dominica. Aſt portio virilis dicitur pars, quæ eſt æqualis inter omnes, vt bene docet *tex. in l. quoties*, 25. *ff. ad Trebell. l. virilis*, 8. *ff. de legat. præſt. bonus tex. in l.* 2. *ff. de inſtr. vel inſtr. legat. alias de fundo inſtr. l. ſtatu liber. là* 2. 8. *in ordine, l. qui pecuniam*, 22. *ff. de ſtat. liber. l. proinde*, 7. *ff. de ſtipul. ſeru. facit tex. in l. cum pater*, 77. *§. hæreditatem*, 4. *l. vnum ex familia, §. ſi duos*, 4. *ff. de leg.* 2. & clarius hanc differentiam tradit *l. filius fam.* 114. *§. ſed ſi omnes* 117. *ff. de leg.* 1. *& auth. præterea, C. vnde vir, & vxor. Rebuff. in l. virilis*, 145. *ff. de verb. ſignific. verſ. frequenter, iuncto Alberico in dictionario, verbo quota*;
53 † tenebitur ergo cohæres non faciens inuentarium inſolidum pro quota, non in totum debitum. Nec contrarium ait *Gratian. cap.* 762. *num.* 32. qui ſolum
54 dicit, quod † hæredes vnius ex correis tenentur, ſicut ipſe correus. *Capic. Latr. d. deciſ.* 15. *num.* 15. non contradicit, ſed potius fauet huic doctrinæ.

Nec multum pro *Gambuccio* videbatur ſtringere
55 *tex. in l. ſi ab eo*, 7. *C. de lib. cauſ.* vbi † hæres tenetur ratificare manumiſſionem à defuncto etiam non iure factam, quam adducebant informantes pro *Gambuccio*, cui congruit in re *l. filium*, 31. *ff. eod.* vbi filium ob hoc, quod patri hæres extitit, prohiberi à patre, ſuum ſeruum manumiſſum in ſeruitutem petere. His enim Doctores reſpondent procedere fauore libertatis, & ita *Cuiac. lib.* 24. *quæſt. Papin. ad l. filium*, 31. *de liber. cauſ.* Et reſponderi etiam poteſt, quod illa iura non loquuntur de danda actione contra hæredes, ſed in *d. l.* 7. agitur de libertate data ab ipſo Domino, ſed non iure; vnde nil mirum, ſi hæres non poſſit reuocare, cui nil de ſuo ablatum erat, &, vt dictum eſt, ſuſtinentur libertates ex ęquitate quæ datæ à defuncto ſeruis hæredis directo, non competebant, *l. ſeruo tuo*, 9. *C. de manum. teſt.* & ita explicatur difficilis *tex.* in quo multum laborarunt antiqui, *l. ſi ſeruo*, 20. *ff. quis, & à quibus, &c.* quæ ex diametro pugnat cum *dict. l.* 7. *& dict. l.* 31. Ex quibus omnibus videbatur dicendum, tanquam hæredem non potuiſſe Octauium inſolidum conueniri.

56 Sed nec vti filium, quia, licet † non poſſit controuerti, Patrem filios obligare inſolidum. Clara enim ſunt verba, & ſufficiebant illa, & cuiuſlibet eorum ex tradit. à *Rota dec.* 23. *num.* 3. *poſt Zacch. de oblig. Camer.* vbi in terminis de euictionis promiſſione, &
57 quod † pater poſſit alienare rem filij, probat *Aff. deciſ.* 393. *num.* 2. *Gaill. obſeru.* 72. *n. fin.* quia pater non poteſt obligare filium, ſi pupillus ſit, probatur ex *tex. in l. fin. §.* 1. *ff. de verb. oblig. vbi. Bart. & Donell. §. pupillus* 11. *inſtit. de inutil.* explicat *Mendez de Caſtro in l. cum oportet*, 2. *par. num.* 126. *C. de bonis quæ liber. Picchard. d. §. pupillus, num.* 16. *Grat. cap.* 36.
58 *nu.* 21. † Nec enim vt tutori patri conceditur pupillum obligare, *Aret. d. §. pupillus, n.* 3. *&* 4 *Piccard. numer.* 19. & multo minus, ſi fuerit pubes, *tot. tit. in rubr. & nigro, C. ne filius pro parte*, ex ſupra alle-
59 gatis. Quia, † ex alterius contractu neminem obligari poſſe probat *tex. in l. cum te poſſeſſionem*, 3. *C. ne vxor. pro mar. & de filio ſunt verba in l. cum ſolum*, 8. *§. vbi autem*, 3. *C. de bonis, quæ liber.* ibi, adhibeatur autem filiorum conſenſus, niſi adhuc in prima ætate
60 ſint conſtituti. Sed, * nec poſſe alienare rem filij ſine neceſſitate, probatur ex *Gaill.* ab Horatio allegato *d. nu.* 14. *& Aff. ſupra*, vbi poteſt alienare, quando adeſt ęs alienum proueniens ab ipſo, qui bona reliquit filio, & ibi *Vrſill.* multis citatis, quod, vbi adeſt neceſſitas, latè *Caſtil. de vſufr. cap.* 3. *n.* 75. *cum ibi congeſtis, & Pinell. in d. l.* 1. *C. de bonis matern.* 3 *p. nu.* 77. *poſt princ. verſ. nec Doctores*, qui multos citat. Et, quod tunc debet neceſſitas probari ab eo, cui res vendita eſt, & eſt *tex. in d. l.* 1. *C. de bonis matern.*

Nec etiam magnam difficultatem faciebat ratificatio filiorum. Nam ſi loquamur de mandato, illud dederunt tamquam hæredes Cæſaris. Vnde
61 † non infertur, quod ratificauerint, vel approbauerint tanquam inſolidum obligati, ſed tanquam obligati pro portionibus hęreditarijs, & expreſſè dicunt dare mandatum ad ſuſcipien. lites, & ad omnia alia, quę vti hęredes prędicti facere tenentur in Summar. Gambuccij num. 2. Vnde cum vt hæredes non teneantur, niſi pro quota, ita non tene-
62 bantur ex ratificatione, & quidem † ratificatio tacita non extenditur, vltra id, quod ex ea colligi poteſt, *Nogueroll. alleg.* 29. *num.* 44. *poſt med.* & quan-
63 tumcumque fuiſſet † expreſſa ratificatio ſemper intelligenda eſſet pro parte ad ſe pertinente, *argum. tex. in l. ſi ſtipulatus*, 4. *verſic.* 1. ibi, quia non eſt veriſimile plus venditorem promiſiſſe, quam indicio
64 empti præſtare compelleretur *ff. de vſur.* † Nullus etiam præſumitur velle facere pluſquam obligatus

exiſtit

Digitized by Google

exiſtit, *l. ex conducto, 16. ſ. Papinianus*, 14. *alias l. ſi*
vno, ff. locat, ibi, ſed & ſi verbo donationis, ergo &
65 * id ſemper actum intelligitur, quod conuenit na-
turæ actus *d. l. 4. in fine, l. damnis infecti*, 43. *ff. de*
damnis infect. & conducunt tradita per *Surd. conſ.*
66 150. *à num.* 58. *vſque ad* 72. Vbi, quod * renunciatio,
quietatio, diſpoſitio ſemper reſtringuntur ad cau-
ſam, propter quam factę ſunt. Et, quando induce-
retur hæc ratificatio, nullius eſſet momenti, quia
67 * nec volentes ſucceſſores facere poſſunt, quod æs
alienum diuidatur inter eos pro portionibus hære-
ditarijs, *Parlad. d. par.* 4. § 1. *num.* 12. *& 13. ex d. l. pa-*
cto ſucceſſurum, 26. *C. de pacto vbi Donell. n.* 2. *poſt med.*
& alij citati à *Barboſa in d. l. 26. Iaſ. in l. 2. num. 2. C. de*
68 *pact.* vbi quod * emptor hæreditatis etiam ſi oblige-
tur, non poteſt cogi à creditoribus, *ex l. 2. iuncta gl. ſi*
C. de hæred. vel act. vend. &, * quæ ipſo iure diuiſa ſunt
69 ſemper diuiſa remanent, *l. inter fideiuſſores*, 26. *ff. de*
fideiuſſ.

Nec exiſtimabatur, Octauium ratificaſſe tan-
quam filium contractum ſuo nomine geſtum per re-
ceptionem pretij à DD. de Lunardellis. Primò,
quia eodem modo non ſolus, ſed ſimul cum aliis hæ-
70 redibus pretium recepit. Secundò, quia * non ex
contractu venditionis facto à patre, ſed ex contra-
ctu emptionis, quia fratres illi receperunt partem
pretij à DD. de Lunardellis tanquam hærede Pan-
dulphi, qui domum vendiderat Cæſari ementi ſuo,
& vxoris nomine, vnde nullo modo poteſt dici per
actum illum ratificaſſe venditionem factam à Cæſa-
re. Nam ex contractu illo nil poterant petere à Lu-
nardellis, qui non interuenerunt in eo; ſed petiit vir-
tute contractus emptionis, & venditionis cum Pan-
dulpho celebrati, & huius venditionis inſtrumen-
tum produxerunt (non inſtrumentum venditionis
factæ à Cæſare Gambuccio, quo iſti filij nil poterant
iuuari contra Lunardellos) ex quo erant obligati
71 pro euictione; præterquam quod * ex actu ſubſe-
quuto ſolum inducitur ratificatio, quando actus ille
potuit fieri citra approbationem contractus præ-
cedentis, *Menoch. conſ.* 1158. *num.* 9. omnino viden.
cum aliis ibi citatis. Nec contradicit *Coccin. deciſ.*
27. *num.* 1. quia ibi fuit conuentus Ioannes expro-
miſſor, non hæres venditoris.

Vnde ceſſant, quæ adducuntur, quod maiores
72 facti ratificauerint, & * ſic haberi tanquam ſi ipſi
contraxerint ex *l. ſi pupilli, 6. ſ. item quæritur, ff. de*
negot. geſt. l. ſi ſine iudice, 22. *§. Iulianus*, 6 *ff. rem rat.*
haberi, l. fin. C. ad Maced. l. quod ſi de ſpeciali, 26. *ff.*
de min. l. fin. §. 1. quod quis iur. regul. ratihabitionem
73 *de regul. iuris in 6.* & quod † tacitè ſicut expreſſè in-
ducatur ratificatio. *l. ſi ponas*, 23. *§. 1. ff. de inoff. teſt.*
l. quoniam, 12. *§. 1. ff. rem rat. haberi, l. ſed Iulianus*
alias, l. item filius 8. *ſ fin. ff. ad Maced. melior tex. in l.*
non tantum, ſ. eod. tit. rem rat. &c. Buratt. dec. 371.
num. 3. *&* 4. vbi de receptione pretij, *& deciſ.* 447.
74 *num.* 10. & quod * mandato comparetur etiam vbi
ſpeciale requiritur *deciſ.* 301. *num.* 8. vbi latè *Add.*
num 6. *Grat. cap.* 704. *num.* 26. *Surd. conſ.* 60. *nu.* 17.
75 *facit tex. in l. 2. & 4. C. de pact.* & quod, † qui produ-
cit inſtrumentum, cenſetur omnes ſuas qualitates
approbare, *l. cum precibus, C. de prob. cap. cum olim,*
de cenſ. Surd. d. conſ. 60. *num.* 26. cum multis ibi con-
76 geſtis, &, * qui agit ex contractu ſuo nomine ce-
lebrato, videtur ratificare, *num.* 11. *arg. tex. in l. teſti-*
bus, C. de viden. Surd. vbi ſup. num. 12. *& conſ.* 28 *nu.*
19. vbi de ratificatione tacita. *gloſ. in l. 1. verbo ra-*
tam, C. ſi maior. fact. & concordat text. in l. indebitum, 9.
C. de cond. indeb. l. pen. l. fi. l. 4. §. eleganter, ff. de h. com.

Nec magni momenti erit dicere, quod in hoc
77 contractu interuenerit iuramentum, † propter
quod factum promittens cogitur præcisè ad factum.
Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 74. *Gomez vbi ſu-*
pra num. 21. *verſ. quartus caſus*, *Guttier.* multis cita-
tis *de iuramen. par.* 1. *c.* 39. *num.* 6.

78 Nam, præterquam quod † hoc non tranſit ſine
difficultate, cum multi obſcuri nominis auctores
contrarium tenuerunt, & ſit etiam communis opi-
nio, vt ex citatis à *Couar. de pactis in 6. par. 1. §. 4.*
numero 6. *Seraph. vbi ſupr.* ad partes diſputans à
numero 1. *ad* 38. *Gabr. de iure iuran. concl.* 8. *num.* 1. qui
diſcordiam componit, dicens, * de iure ciuili pro-
79 cedere negatiuam, de iure canonico affirmatiuam,
ſed quicquid de hac concordia, certum, eſt, quod
80 ſupradicta * concluſio intelligen. vt habeat locum
in ipſo iurante, non vero in eius hæredibus, & ita
Gabr. vbi ſup. num. 3. *& Bald. Corn. & alij Seraph. vbi*
ſup. num. 141. *& ſecurius n.* 202. *Bernard. Diaz reg.*
386. *Farinac. in repert. de conſtr. q.* 1. *n.* 6.

Et quando hoc verum non eſſet (vt eſt veriſſi-
mum) negari quidem non poteſt, Cæſarem vendi-
torem non ſe obligaſſe præcisè ad factum, & mul-
to minus ſuos hæredes, nec iuraſſe, ſed obligauit ſe
in forma conſueta, vt ſolent venditores, nempe de
euictione in forma, & indemnem ſeruaturum, & à
moleſtiis liberaturum emptorem, & defenſurum
à moleſtiam, & litem in ſe ſuſcepturum. Qua ſtan-
te promiſſione, non tenetur precisè litem ſuſcipe-
re, ſed poteſt non ſuſcipere, ſi velit. Verum enim
vero tunc tenebitur ad expenſas litis, & totale in-
tereſſe, etiam ſi emptor non defendat, ſi tamen de-
nunciauerit litem motam, & Iudex, ordine iuris
ſeruato, procedat, vt bene explicat *Gomez d. tom.*
2. *num.* 39. *verſ. item venditor*, *fol. mihi* 19. *col.* 2. ſta-
tim poſt princ. *Guttierez d. par.* 1. *cap.* 61. *num.* 11. *&*
12. & nouiſſimè *Hermoſell. in add. ad par. tom.* 2.
l. 33. *tit.* 5. *partit.* 5. *gloſ.* 1. *num.* 1. & facit quod nota-
81 uit *Valenz. vbi ſup.* videlicet, quod † ſtipulatio pro
euictione habet duo capita, vnum, vt res defenda-
tur: Secundum vt ea euicta duplum, vel ſimplum,
vel quod conuentum fuerit præſtan. non verò fa-
ctum præcisè, *l. 2. l. vel emptori.* 37. *l. ſi dictum*, 36. *ff.*
82 *de euict.* * Quam obligationem non extendit iura-
mentum, quia aſſumit naturam actus, & recipit
eaſdem qualitates, & conditiones, quæ in princi-
pali promiſſione adſunt, *vulg. tex. in l. fin. C. de non*
numer. pecun. l. ſed ſi poſſeſſorium, 11. *§. item ſi iuraue-*
ro, 2. *ff. de iuran. l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. cap. quem-*
admodum, vbi Ordinarij, & infinitos cogerunt Axio-
matiſtæ, præcipuè *Velaſc. littera I, num.* 148. quibus
addo *Mangil. de euict. q.* 34 *num.* 25. qui alios citat, &
facit optimè text. in *l. ſi ſtipulatus*, 4. *verſ.* 1. *ff. de*
83 *vſur.* ibi, * non eſt veriſimile venditorem plus pro-
miſiſſe, quam iudicio empti præſtare compellere-
tur, vbi not. *Gottofred. littera K. Seraph.* & alij ſu-
pra citati.

Et quando aliquod dubium pateretur hæc do-
ctrina, quod non patitur, cui vnquam venit in
mentem, poſſe contrahentem ex ſuo iuramento
extraneum obligare: At iam ſatis ſuperque pro-
batum eſt, * hæredem extra quotam pro extraneo
84 haberi.

Vlterius, quia † iurans non cogitur ad factum,
85 quando facere non poteſt, quod promiſit, *Gabr. de*
concl. 8. *in fin. de iur. iuran. ex Aym. & Bart. Guttier.*
d. cap. 39. *num.* 5. *verſ. pro hac opinione, iuncto num.* 6.

n fin. vbi probat limitationes, *Gabr.* & cum iam res ſit euicta.
86 * Quid quæſo proderit hęc defenſio, ſententia in iudicatum tranſacta, & ſunt optima verba *text. in l. iam tamen, 5. ff. iudicatum ſolui, in princ.* ibi, fideiuſſore, qui iudicium acceperat, damnato fruſtra defenſionem reus ſuſcipit.

Quibus omnibus accedit, quod Gambuccius ſuum libellum formauit modo conſueto, non petendo præciſè à Cupiolis, vt defenderent, ſed vt defenderent, aut ſoluerent, & eos citauit ad defenſionem, alia ad viden. relaxari mandatum pro ſcutis 1230.

His tamen minimè refragantibus, contrarium Domini reſoluerunt, & ratio reſolutionis facit.
87 Primò, quod * ſucceſſores vendentis tenentur de euictione, & ad damnum, & intereſſe, *l. euicta re, l. venditor, ff. de euict. Alex. conſ. 67. num. 2. lib. 2. Couarr.* aliis iuribus, & DD. congeſtis *lib. 3. var. cap. 17. in princip.*

88 Nec † inuentarium, quod oſtendunt Cupioli ſuffragatur, quia eſt ſine ſolemnitatibus requiſitis, *Menoch. conſ. 89. num. 189. Duran. dec. 337. nu. 8. in fin. & 371. num. 2.* cum aliis ibi citatis, vt ſupra diximus.

Secundò, quia Cupioli, non confecto inuenta-
89 tio, ſuſceperunt hæreditatē, vnde remanent inſolidum obligati (vt multis ſupra ſatis remanent probatum, & forſan non ſatis reſponſum) ad tex. in *l. fin. §. ſi verò poſtquam, C. de iur. deliber. Auth. de hæred. falcid. colat. 1. tit. 1. cap. 2. verſ. ſi vero non fecerit, Afflict. dec. 111. ſub num. 16. verſ. & ideo totum conſilium, Grat. d. cap. 776. num. 31. verſ. nec ſubſiſtit. Rot. in Bononien. Prædij 27. Iunij 1639. coram R. P. D. Ghiſilerio, & in Romana cenſus de Celſis 29. Aprilis 1633 coram eod. confirmata 2. Maij 1636.* vbi multis iuribus, & auctoribus, quos fruſtra hic recenſeamus, & antea fuerat deciſum coram bo: me: *Buccabella in Romana Saluiani 26. Maij 1626.* facit, *Dec. conſ. 48. numero 15. Corn. conſ. 189. num. 1. lib. 3. Anch. conſ. 715. numero 5.* & ante eos, *Bart. in l. cum hæreditate, ff. de acquir. n. 7. Cyriac. controu. 297. ſub n. 8. verſ. quia hæres. Surd. d. dec. 15. num. 9.*

90 Tertiò, quia * ex productione inſtrumenti illud ratificaſſe ſatis apparet ex ſupra adductis, & *Surd.* qui multos congerit à *conſ. 60. num. 13. Buratt. dec. 301. num. 1. & 3. & dec. 447. num. 1. Bald. conſ. in d. l. quod ſi de ſpeciali, ff. de minor. Grat. conſ. 704. num. 25. & ſeq. Rot. in Signina bonorum de Vendictis 12. Nouembr. 1604. coram Penia, & Alben. diuiſionis 23. Martij 1620. coram Pirouano, & in Cremonen. Pecuniaria 17. Ianuarij 1584. coram Platto, & in Romana Mercedis 9. Iunij 1621. coram Manzanedo,* vbi multi citantur.

Nec obſtat, quod dicebatur, non conſtare, an fuiſſet conuentus tanquam hæres, vel tanquam filius, quia contrarium apparet ex facto, nec facit iu-
91 dicium nullum dicebat vnus ex Dominis, quod * actiones ad idem tendentes cumulentur, *l. non eſt nouum, 19.* vbi *gloſſ. ff. de act. empt.* & ibi notauit *Bart.*
92 & certè (addebat idem Dominus) cum † ex mutatione perſonæ obligatio non mutetur, de quo in ſuperioribus abundè, contra æquitatem videtur,
93 quod * ſine vlla culpa ſua deterioris conditionis effi-
94 ciatur creditor propter mortem debitoris, &, * qui vnum habet obligatum inſolidum, nunc cogatur
95 contra plures agere, * ne defenſio per plures ſciſſa incommodo afficiat actorem, quæ ſunt verba *tex. in l. iam tamen, 5. §. ſi tamen, 7. verſ. nam & plures, ff. iudic. ſolui,* ibi, præſumitur enim lædis ille cui ex vno contractu conuenit agere cum pluribus perſonis., vt ibi *Gottofr. littera P. facit text. in l. non tamen, 38. ff. de procur.* ne in plures aduerſarios diſtinguatur, qui cum vno contraxit, quæ ſunt ele-
96 gantia verba tex. in *l. 2. ff. de exercit. act.* eſt enim iniquum, in plures aduerſarios ſtringi eum, cum vno contraxerit, vt ipſiſſimis verbis *Caius in l. & ancillarũ, 27. §. ſi quis, 8. ff de pecul. Alciat. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 33. n. 1. & 2.*

97 Et quicquid ſit, † an ſucceſſores efficere poſſint, vt vnus inſolidum teneatur, ſtricto inſpecto iure, *Iaſ. in d. l. pacto ſucceſſorum, num. 8.* dicit, quod, ſi velit creditor poterit agere inſolidum, & *gloſſ. fin. in d. l. 2. C. de hæred. act.* videtur fauere, dum ait, quod
98 † ſi emptor hæreditatis promittat creditoribus reſpondere poſſit ab eis cogi, *Surd. aliis citatis dict. deciſ. 90. num. 8.*

Et ita vtraque, &c.

Eminentiſſimo D.

CARD. CORRADO.

Romana Saluiani.

Veneris 10. Febr. 1651.

SVMMARIA.

1 *Hypotheca ſuper re alienata de conſenſu creditoris extincta non reuiuiſceri, ſi eadem ex noua cauſa ad debitorem reuertatur, ſed producitur noua ab ipſo momento nouæ acquiſitionis. Contrarium, & decl. nu. 2 & ſeqq. & n. 11.*

3 *Verba, Vtpote ab initio ei ſuppoſitum, quid ſibi velint.*

6 *Hypotheca futurorum bonorum quando non operetur, vel remiſſa cenſeatur.*

7 *Hypotheca tam ex præſentium, quam ex futurorum bonorum ſubiectione extincta dicitur ſuper re adiudicata; nec, ſi ad debitorem reuertatur, vigore generalis futurarum obligationis reintegratur. Declar. vt n. 8. & 9.*

10 *Reſeruatio à Iudice facta ad alicuius fauorem intelligitur eo titulo, quo ſibi competit.*

12. *Repugnantia, & incompatibilitas eſt euitanda.*

DECISIO CCXLVIII.

DEciſionem in hac cauſa emanatam 18. Februarij 1650. Hodie Domini confirmarunt ex eiſdem fundamentis in ea deductis, quæ viſa fuerunt in concuſſa vigere. Quia ſcilicet immiſſio DD. de Taurinis ex remedio vtilis Saluiani interdicti iuſtè concedi non potuit, cum deficeret neceſſaria pro eorum parte ad effectum prædictum hypotheca, ſiue fuerit extincta per adiudicationem Domus controuerſæ tanquam hæreditariæ Franciſci Zeccadori debitoris ad ipſorum fauorem de Anno 1635. die 16. Martij, ac illius venditionem per eos ſucceſſiuè factam die 8. Iulij 1636. Michaeli Angelo d. Franciſci hæredi; ſiue in illum tranſlata per generalem Iurium ceſſionem, quæ in d. venditionis Inſtrumento legitur, prout fuit in ea latè probatum,

1 Nec obſtat, quod * Creditoris conſenſus extinguat quidem penitus hypothecam ſuper re illius voluntate à debitore alienata ipſi eo tempore compe-

tentem

Digitized by Google

tentem, adeò, vt, licet ad eundem debitore ex noua cauſa reuertatur, illa non reuiuiſcat ex diſpoſitione
2 *l.fin.C. de Remiſſion. pign.* ſed * non eam, quæ ex ipſo nouæ acquiſitionis momento producitur vigore generalis obligationis bonorum futurorum à die initi primi contractus inter eos conuentæ, vt deducitur ex verbis eiuſdem *l. fin.* ibi, indignum eſſe eandem rem, vtpotè ab initio ei ſuppoſitam vendicare, vel tenentem inquietare.

Quoniam hæc interpretatio repugnare videtur litteræ textus, in cuius prima parte refertur eadem nonullorum I. Conſultorum ſententia, in poſteriori vero refellitur, & contraria in effectu appro-
3 batur. † Verba autem illa (vtpotè ab initio ei ſuppoſitam) non præſeferunt diſcretiuam demonſtrationem hypothecæ præſentium, quam ſolam reijcere intenderit Iuſtinianus Imperator, ab hypotheca futurorum, quam præſeruare voluerit; ſed totalem creditoris excluſionem important ab omni iure hypothecæ, & ipſius rei liberationem ab omni nexu ſuppoſitionis ad eius fauorem ab initio con-
4 tractæ, * non ſolum actu ob hypothecam præſentium, verum etiam habitu ex aliquorum opinione ibi relata ob verbum futurarum rerum in eadem præcedenti generali obligatione apponi conſuetum ita vt tanquam ſibi ab initio quocumque præmiſſo modo ſuppoſitam vindicare, vel illius poſſeſſionem moleſtare non poſſit, vt ibi legitur, & explicat *Cyn. ad fin. verſ. Praterea futura intelliguntur obligata, &c. & Alberic. ſub num. 1. ad med. verſ. Alia ratio eſt, &c.* At verius oppoſita fuiſſe cenſentur ad
5 diſtinguendam nouam hypothecam, † quæ, repetito debitoris conſenſu, ad fauorem ipſius creditoris ſuper eadem re poſtea acquiſita contraheretur, *iux. tex. in l. ſi quis ædes, verſ. Et ſi rurſus, ff. de ſeru. vrb. præd. & in l. cum te à debitore*, ibi, cum eius conſenſu nexus pignoris euanuerit, ſi non noua voluntas interceſſerit, quæ denua obligationem pignoris conſtitueret, ea res velut obſtricta non poteſt vendicare, &c. *& ibi gloſſ. & DD. C. de Remiſſ. pign.* & explicant in *d. l. fin Iacob. Cuiac. in fin. verſ. ſemel, demiſſa hypotheca &c. & Hug. Donell. ſub nu. 7. verſ. Remiſſionis pignoris hæc vis eſt, &c.*

Præterea repugnat rationibus eiuſdem legis, vel
6 quia * futurorum bonorum hypotheca nihil operatur ex intentione partium quoad ea, quæ tunc à debitore poſſidebantur ſub obligatione præſentium compræhenſa. Vel quia, cum à tempore celebrati contractus vtraque deducatur, per ſubſequentem conſenſum, ſeu alienationem creditoris æque remiſſa cenſeantur, vt explicant *Iac. de Aren. ſub num. 1. verſ. ſed quare non cadit in obligationem, &c. Cyn. ſub n. 1. verſ. vltimo circa legem iſtam [illegible]ritur, &c. & Alberic. ſub n. 1. verſ. ſed quæris gloſ. &c. & Salyc. n. 4. verſ. quæro, cur in caſu noſtræ legis. &c.* & alij.

7 Ac demum * repugnat communi DD. ſententiæ exiſtimantium, vtramq; hypothecam, tam ex præſentium, quam ex futurorum bonorum ſubiectione extinctam eſſe, nec vigore generalis futurarum rerum obligationis reintegrari, vt in ead. *l. fin.* tradunt *Iac. de Aren ſub. d. nu. 1. verſ. ſed quare non cadit ſub obligatione. &c. Cyn in princ. Odofr. ſub n. 1. verſ. de hoc fuit valdè dubitatum, &c. Bart. ſub num. 1. verſ. ſi res, &c. & Bald. in fi. verſ. res exempta ab obligatione, &c. Fulgoſ. in prin. & ſub n. 1. verſ ſed tantum dubitabatur. &c. Ang. in princ. verſ. pignus non redintegratur. &c Alber. ſub num. 1. verſ. ſed quæritur gl. &c. & Salyc. nu. 2. Cuiac. ſub eod. tit. in fin. d. verſ. ſemel remiſſa hypotheca, &c. & Hug. Donel. ſub d. n. 7. verſ. remiſſionis pignoris hæc vis eſt, &c. Neguſ. de pign. in 3. memb. 6. par. ſub n. 21. verſ. nono ampliа, &c. Crau. Conſ. 425. ſub n. 99. verſ. 4. adduco textum, &c. Didac. reſ. 12. ſub n. 1. verſ. nam res ipſa, &c. lib 3 Mant. de tac. lib. 11. tit. 31. n. 60. verſ. ſed hoc loco aduertendum eſt, &c, Surd. dec. 163. ſub. n. 1. verſ Tamen non videtur, &c. & ſeqq.* cũ aliis relatis per *Statil. de ſalu. interd. inſt. 3. c. 4 ſub n. 15. verſ. nota tamen caſum ſingularem, &c. & inſp. 5. c. vnic. ſub n. 66. verſ. ſeptimo ceſſare dicitur Saluianum, &c. cum ſeq.*

Deinde non obſtat quod domus controuerſa non peruenerit ad Michaelem Angelum ex noua cauſa, ſed ex eadem præcedenti, quippe tranſlata fuerat per adiudicationem in creditorem reuocabiliter; ſcilicet reſeruata facultate debitori, ac illius hæredi eam recuperandi infra ſex menſes à die adiudicationis, vt cauetur *Statut. Vrbis lib. 1. cap. 194. verſ. Poſſit tamen &c. & legitur in Decreto Iudicis ſub dicta die 16. Martij 1635.*

Quia pro reſponſione eſt aduertendum, quod domus hæc non rediit ad debitorem ſimpliciter ex eodem priori titulo, & cauſa ob non perfectum, vel ob reſolutum contractum ſuper ea factum cum ter-
8 tio de conſenſu creditoris, † quo caſu iuri, ac æquitati conſonum eſt illud ad primæuum Ius reintegrari, iux. text. in *l. ſicut, §. ſi voluntate, cum ſeq. & in l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu.* in quibus terminis procedit *gl. in d. l. fi. in verb. indignum eſſe, verſ. vel refert, an ex eadem vel ſimili cauſa, &c.* ſed mediante recuperatione ab ipſomet creditore, ac ſo-
9 lutione pretij eidem facta, * per quam extincta remanſit eius hypotheca, ita quod reſtaurari non poteſt, *l. eleganter, in princ. ff. de pign. act. l. item liberatur ibiq; gl. in verb. ſolutum eſt. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu. l. ſi cum venditor, in fi. princ. ff. de euict. Crauet. conſ. 298. ſub nu. 10. verſ. ratio igitur, &c. Surd. dec. 266. n. 4. verſ. nam ſolutione, &c. Mant. de tacit. lib. 11. d. tit. 31 ſub n. 48. verſ. & quidem, &c. ac ſeqq* cum aliis relatis in præcedenti Deciſione in *§. ſine quia certè intelligi debent. &c.*

Minus obſtat, quod dicta domus non redierit ad Franciſcum debitorem, ſed ad Michaelem Angelum eius fratrem, qui peculiari obligatione ſub generali omnium eius bonorum præſentium, & futurorum hypotheca eiſdem DD. de Taurinis obſtrictus erat ex publico Inſtrumento ſub die 28. Maij 1630 celebrato.

Nam ius illam recuperandi competebat Michaeli Angelo tanquam d. Franciſci eius fratris hæredi, ac illum proindè repræſentanti, iuxta diſpoſitionem *d. Statut. Vrbis lib. 1. cap. 194. verſ. poſſit tamen, &c.*
10 † Eoque titulo cenſetur illi reſeruatum in d. Decreto Iudicis, in quo etiam talis fuit nominatus, vt legitur in principio, ad *l. ſi ex teſtamento, in fin. ff. de except. rei iud. Crauet. conſ. 202. n. 8. verſ. modo quærenda eſt cauſa, &c. cum ſeqq. & n. 17. verſ. quintò quod intentio Arbitrorum, &c. Rot. dec. 320. n. 3. verſ. quod autem, &c. par. 2. diuerſ.* & penes *Card. Mant. dec. 66. num. 2. verſ. neque obſtat. &c. cum ſeqq. vſq; ad fin. ac Buratt. dec. 317. n. 1. verſ. quia ſententia, &c.* Ac demum eodem expreſſo nomine facta fuit recuperatio, vt conſtat ex d. Inſtrumento ſub die 8. Iul. 1636.

Poſtremò non releuat reſeruatio Iurium partium in fine dict. Inſtrumenti retrouenditionis (quod à præfatis DD. de Taurinis fuit deinde ratificatum) per bon. mem. *Pirouanum* appoſita, ibi, Et prædicta omnia fecit, & facere declarauit ſine præiudicio

quorumcunque iurium ſupradictis partibus hincinde quomodolibet competentium, & competiturorum, & alias iuxtà formam Decreti adiudicationis prædictæ &c. & non alias &c. vt in eo legitur in Extract. fol.31

Quia refertur ad iura eiſdem partibus anteà pariter reſeruata in Decreto adiudicationis facto ſub d. die 16. Martij 1635. ibi, & ſine præiudicio Iurium ambarum partium &c. ob alias diuerſas earum prætenſionis. Non autem trahi, ac detorqueri poteſt ad præſeruationem hypothecæ dd. de Taurinis ſuper ipſa Domo, * quæ mediante illius retrouenditione,
11 ac ſolutione pretij ipſis facta fuerat extincta, ſeu vigore ceſſionis iurium in Michaelem Angelum ſupradictum tranſlata, vt in principio dictum fuit, & bene ratiocinatur *Grauett. de conſ. 298. ſub n. 10. verſ. Ratio igitur, &c.* Nam manifeſta induceretur in eodem actu repugnantia, & incompatibilitas * quæ
12 omnino eſt euitanda, interpretando d. reſeruationem eo modo, quo ſubiectæ materiæ, ac Iuris diſpoſitioni congruit, & non eſt contraria, *iux. reg. l. doli clauſula, ff de verb., obligat & theor. Bart. in l. cum propter, ſub n. 2. verſ. ſed dixi aliter &c. ff. de legat. præſtand. Oldrad. conſ. 330.* Adidem videtur ſub *num. 8. in fin. verſ. & quod dicitur poſtea &c.* & ad rem noſtram explicat *Roman. conſ. 94. num. 7. verſ. ex quibus &c. cum ſeq. latè Pariſ. conſ. 6. num. 20. nec prædictis obſtat &c. cum ſeqq. lib. 1. Rota penes Card. Seraph. decis. 398. ſub numero 16. verſ. nec poteſt &c. & ſeq. & dec. 256. ſub num. 2. verſ. non obſtat Clauſula &c. p. 1. diuerſ. & penes Buratt. dec. 541. n. 2. verſ. nam illa &c. cum ſeq. Duran. dec. 22. ſub n. 3. verſ. præſeruatio enim iurium &c. & in rec. dec. 155. num. 2. verſ. tum etiam quia &c. & dec. 222. num. 26. verſ. nec releuat clauſula &c. cum ſeqq. par. 7. ac ſæpe in aliis.*

R. P. D. ALBERGATO

Ariminen. manutentionis.

Lunæ 10. Iunij 1652.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio in vim deliberationis ritè, & rectè de mandato Iudicis facta eſt manutenibilis etiam contra anteriores poſſeſſores, & n. 2.*
3 *Contradictarum proceſſui quando ſit locus.*
4 *Subhaſtatio, facta pro ſumma contenta in mandato ſubſtinetur, quamuis res ſubhaſtata pluris valeat.*
5 *Valor iuſtus rei ex quibus diminuatur.*
6 *Deliberatario, ſtante etiam læſione, competit manutentio, donec ſibi pretium reſtituatur.*

DECISIO CCXLIX.

REiectis quibuſcumque nullitatibus validitati deliberationis, & exceptionibus eius iuſtitiæ oppoſitis, fuit coram Reuerendiſſimo Terracinen. præuiis duabus deciſionibus 1. Iulij 1647. & 5. Iunij 1648. editis reſolutum, mandatum de manutenendo in poſſeſſione prædij controuerſi eſſe concedendum bon: me: R. P. D. Ghino, qui illud à Bellapanibus creditoribus Iulij Maſtini in ſcut. 430. ac deliberatariis emerat ſcutis 840. Cuius quidem reſolutionis, quæ hodie coram me confirmata fuit; ea eſt ratio,
1 quia † per deliberationem de mandato iudicis ritè, & rectè procedentis ſecutam in deliberatarios, ac ab eis cauſam habentes omnis tranſlata fuit poſſeſſio,
2 * quæ eſt manutenibilis etiam contra anteriores poſſeſſores *l. iuſtè poſſidet, & ibi DD. ff. de acq. poſſ. Rota coram Caualer. dec. 42. num. 1. in recent. deciſ. 513. num. 1. par. 2. deciſ. 226. n. 6. p. 6. in Romana Saluiani 18. Februarij 1647. 15. Iunij 1648. & 4. Aprilis 1650. in princ. coram R. P. D. meo Rojas, cum aliis congeſtis in Anconitana Saluiani 19. Iunij 1651. §. quoniam illi, coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado.*

Nec vrget nullitas ex defectu citationis excitata,
3 quia vt bene reſpondet utraque deciſio, * cum Iulius contraxerit in Vrbe, ac ſe obligauerit in forma Cameræ, potuit contra eum procedi per audientiam contradictatum, abſque eo, quod perſonaliter, vel domi ad iudicium vocaretur, *Zach de oblig. cameral. q. 27. num. 22. Rota in Romana ſeu Bracaren: Pecuniaria 2. Decembris 1594. coram Orano, poſt eundem tractat. deciſ. 115. n. 8.*

Minus obſtat iniuſtitia deliberationis deducta ex eo, quod prædium, de quo agitur, Bellapanibus deliberatum fuerit pro ſc. 430. quod ab eis ſtatim venditum fuit bon: mem: D. Ghino pro ſcutis 480. cum tamen creditum, pro quo tunc Bellapanes egerunt ob moram debitoris, non excederet ſcut. 200. quia
4 ſubhaſtatio, facta fuit pro ſumma contenta in mandato, † quæ proinde ſuſtineri debet, quamuis prædium ſubhaſtatum pluris valeat, *l. vlt. §. ſin autem,* & ibi *Bal. n. 4. C. de iur. dom. impetr. Surd. de alim. tit. 9. q. 33. n. 82. Rot. coram Caualer. dec. 446. numero 2. & 3. coram Buratt. dec. 49. num. 12. & 13. & in Beneuentana Dotis 15. Iun. 1650. §. exceſſus; coram R. P. D. meo Celſo.* nec ſub prætextu alicuius læſionis impediri poteſt manutentio ſucceſſoribus bo: me: D. Ghini, quoniam, præterquam quod illa in præſenti penitus excluditur ex eo, quia prædium controuerſum pluribus hypothecis obnoxium, & arctiſſimo fideicommiſſo ſuppoſitum aſſeritur, * ex quibus notabiliter iuſtus rei valor diminuitur, *Bart.*
5 *Bald. & alij in l. per diuerſas, C. mand. Cenc. de cenſ. q. 32. num. 21. & ſeq. Rot. coram S. M. Greg. XV. dec. 573. num. 3.* ibique addentes *num. 15. in Romana Reſciſſionis Tranſactionis 29. Maij 1648. §. illa vero, coram Eminentiſs. Dom. Card. Corrado, & in Romana fideicommiſſi ſeu Saluiani 15. Iun. 1650. coram R. P. D. meo Decano, confirmata 28. April. 1651. coram R. P. D. meo Celſo,* cum D. Ghinus obtulerit, reſtituto ſibi pretio ſc. 840. prædium dimittere, † illius ſucceſ-
6 ſores, eo adhuc non reſtituto, ſunt manutenendi, vt in terminis reſpondit *Rot. in Cæſarauguſtana Diſtributionem 13. Iunij 1640. coram bo: me: Coccino, in Senogalien. prædij 27. Iunij 1647. & 28. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ita altera tantum &c.

FINIS.

INDEX

INDEX MATERIARVM Deciſionum Additarum.

A

ABlatiuus abſolutus facit conditionem, dec. 232. num. 13

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis deciſ. 147. num. 34.

Acceſſorij actus regulantur, & inficiuntur à principali, deciſ. 279. num. 3.

Accollatio vim habet ſolutionis, dec. 239. n. 11.

Accollatio, ſeu aſſumptio cenſus in ſe inducit illius ratificationem, prout & fructuum ſolutio, dec. 244 n. 1.

Accollatio cenſus nulli non inducit iſtius ratificationem, nullitatis ſcientia non probata, dec. 199. numero 8. & dec. 216 numero 21 & 23. Ampl. vt d. dec. 216. numero 22.

Acta diuerſi iudicij, ſeu cauſæ non ſunt transportanda. dec. 229. n. 30. Ampl. vt dec. 242. n. 2.

Acta illa ſola tranſportanda ſunt coram Iudice appellationis, quæ geſta ſunt coram Iudice à quo appellatum eſt, & cuius ſententia, ſeu decretum petitur reuocari non quæ coram aliis, & eo minus, quæ coram alio notorie incompetente, vel declinato, dec. 196. numero 24. & 25.

Acta irreleuantia tranſportare non eſt opus, deciſ 242. num. 4.

Actorum integrorum tranſportationis rigor Concilij Tridentini ceſſat in profanis, dec. 129. n. 29.

Actorum integra tranſportatio ad firmandam iuriſdictionem neceſſaria eſt in Eccleſiaſticis, non in profanis dec. 242. num. 3.

Actio, & paſſio non datur in eodem ſubiecto; deciſ. 200. n. 17. & 25.

Actio ex empto orta dicitur à die celebratæ emptionis inſtrumenti, ſed exerceri non poteſt niſi euictione ſecuta, dec. 159. n. 7.

Actio confuſa dicitur per aditionem hæreditatis debitoris, non docto de aditione cum beneficio legis, & inuentario, dec. 160. n. 7.

Actio 30 annorum ſpatio præſcribitur, dec. 216. n. 27.

Actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem. dec. 142. num. 4.

Actio perſonalis non rem ſequitur, ſed perſonam obligati, dec. 142. n. 2.

Actio ſubſidiaria quando intrēt, & ceſſet, deciſ. 151. nu. 13. 14. & 18.

Actionis ſubſidiariæ natura quæ ſit, dec. 151. n. 18.

Actione perſonali intentata pro rehabendo bonorũ dominio, dicitur contractum vitium litigioſi, & alienatio deinde ſecuta nulla, deciſ. 137. nume. 10. Contrarium numero 11.

Actione agens perſonali contra aliquem ex hæredibus agere debet pro hæreditaria tantum portione, deciſ. 247. num. 29.

Actor poteſt in eodem libello, præueniendo exceptionem Rei, eam exprimere, & ſuam ſimul replicationem, dec. 127. n. 48.

Actum id ſemper intelligitur, quod actus natura conuenit, dec 247. n. 65.

Actum non qualificant ea, quæ veniunt in conſequentiam, dec. 172. n. 10.

Actus iudiciales inter conjuges ſuper æſtimatione rei dotalis quando reddantur ſuſpecti de colluſione, & non noceant non citato, dec. 240. n. 16.

Actus acceſſorij regulantur, & inficiuntur à principali, dec. 179. num. 3.

Adducta ad vnum finem non debent ad alium ſenſum retorqueri nec effectum inducere alienum à partium intentione, dec. 220. n. 4.

Adimplere qui debet in teſtamento contenta, adire tenetur hæreditatem, dec. 212. n. 7. & 8.

Aditione confunduntur actiones, niſi agatur de hærede cum beneficio legis, & inuentarij, dec 155. n. 5.

Adita niſi ſit hæreditas, non dicitur quis hæres, nec ad eum, nec contra eum vlla iura tranſeunt, nec teſtamentũ valet, dec. 247. n. 44. Decl. vt nu. 47.

Adiudicatio rata bonorum pro concurrenti quantitate crediti requirit electionem peritorum, qui æſtiment & ſeperent partem coæqualem credito, & quod deinde ſequatur illius particularis adiudicatio, dec. 169. numero 7.

Adiudicatio reſultat ex verbis, quæ reſpiciunt actum de futuro, & maxime quando non eſt de toto credito, & præcedere debet æſtimatio, & factum Executoru, ſeu Curſoris, niſi ſit per viam deliberationis vti plus offerenti, deciſ. 189. num. 2. & 3. Ampl. vt nu. 6. & 7. Lim. vt num. 10.

Adiudicatio in executionem decreti Iudicis fit de ſtylo ab Executore, ſeu Curſore vice partis fungente, deciſ. 289. num. 3.

Adiudicatio præſumitur æquare creditum, ſeu illud reddit turbidum, non docto concludenter de inſufficientia; dec. 197. n. 2. Contrarium n. 12.

Adiudicatio notorie nulla non priuat poſſeſſione; deciſ. 219. num. 1.

Adiudicatio eſt nulla, non præcedente executione, deciſ. 219. n. 5. & 7. Lim. & Decl. vt n. 21. & 22.

Adiudicationis vincula diminuunt rei adiudicatæ valorem, dec. 219. n. 34.

Adiudicatione pignoris acquiritur illius dominium, & extinguitur omnia antecedens hypotheca, dec. 246. nu. 4. Ampl. vt n. 5. 7. 14. 16. 17. & 18. Lim. vt n. 6. Decl. vt n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 15.

Adminiſtrator debitor dici non poteſt ante diſpunctas rationes, dec. 243. n. 4.

Affictus percepti præſumuntur ab immiſſo, & eius hæredibus à die immiſſionis, dec. 209. n. 8.

Affictuum quantitatis exactio probatur ex receptis, & aſſerenti, exactam eſſe maiorem quantitatem incumbit onus probandi, dec. 209. n. 7.

Agens contra minorem vti hæredem probare debet aditionem cum ſolemnitatibus requiſitis in contractibus, dec. 205. n. 8.

Agens ad bona tanquam creditor fatetur, ſe non dominum, ſeu dominio renunciat, & iuri ſibi competenti ex præcedenti inueſtitura, dec. 130. n. 7. & 9.

Alienatio facta ante inchoatum iudicium tenet, deciſ. 137. num. 7.

Alienatio rei litigioſæ eſt expreſſe prohibita, deciſ. 165. n. 2.

Alienatio rei litigioſæ ex cauſa neceſſaria ſuſtinetur, dec. 165. n. 7. Lim. vt ibid.

Alienatio vt dicatur facta in fraudem, ſufficit, vt facta ſit poſt litem motam, dec. 177. n. 18.

Alienatio facta lite pendente ex cauſa & debito antecedenti dicitur neceſſaria, non in fraudem, dec. 177. n. 20. Lim, vt n. 21.

Alienatio ex cauſa dotis dicitur neceſſaria, dec. 240. n. 5. Decl. vt n. 7.

Alienatio per hypothecam generalem non poteſt niſi in cõſequentiam ſequi, dec. 172. n. 7.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ neceſſaria ex cauſa obligationis ob factam emptionem non requirit ſolemnitatem niſi ſubhaſtationis, deciſ. 163. num. 18. & 19. & deciſ. 168. num. 3.

Alienatio rei fideicommiſſariæ expreſſe alienari prohibitæ nec momento valet ex voluntatis defectu, nec dominium transfert, nec poſſeſſionem, dec. 185. n. 3.

Alienatio fideicommiſſi fieri poteſt pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, dec. 185. n. 7.

Decl. procedere, ſi tamen creditores vrgeant, d. deciſ. 185. num. 9.

Alienationis prohibitio contenta in extrauag. ambitioſæ non comprahendit hypothecam generalem vti diuerſæ naturæ ab alienatione, dec. 172. n. 5. & 11.

Alienationis effectus ex hypotheca generali, donec in eſſe non producatur, non poteſt, attenta eius primæua natura, de ea cenſeri, quod de alienatione, ſecus effectu alienationis in eſſe producto, dec. 172. n. 8 14. & ſeq.

Alienatione prohibita, non poteſt omne illud prohibitum dici, per quod ad illam poteſt deueniri, non quidem directe, & principaliter, ſed ſecundario, & in conſequentiam, dec. 172. n. 9.

Alienari vt poſſint bona Eccleſiaſtica, requiritur copulatiue vtilitas, & ſolemnitas, nec ſola vtilitatis præſumptio ſufficit abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, dec. 172. num. 22. & 23.

Alimenta vxori præſtita per notabile tempus faciunt præſumere dotis ſolutionem, quæ coniectura quamuis non ſufficiat iuuat tamen cum aliis iuncta, dec. 166. n. 10

Alimentorum viduæ, taxatio poteſt per Statutum validè fieri, dec. 187. n. 2.

Alleganti nullitatem, & iniuſtitiam ſententiæ ad effectum ſpolij incumbit onus probandi de tali, quæ ſit ita notoria, & euidens, vt nulla ratione velari poſſit, deciſ. 126. num. 3.

Alliganti, Iudicem nulliter, & iniuſte proceſſiſſe incumbit onus probandi, dec. 128. n. 2.

Alleganti executionis exceſſum, eamque factam eſſe in aliis bonis, quam debitoris incumbit onus id concludenter probandi, dec. 167. n. 3.

Alternatiua, Vel, vtrumque alternatum æque principaliter determinat tanquam diuerſa, & in petitione præbet Reo conuento electionem eorum alterum præſtandi, prout competit quando vtrumque eſt principaliter in actione, & obligatione, dec. 242. n. 25. & 26.

Alternatiua electio eſt debitoris, dec. 133. n. 16.

Amiſſio inſtrumenti non præſumitur, ſed eſt probanda, & iuſtificandum, quod ſine culpa contigerit, dec. 234. nu. 7. Ampl. vt n. 8.

Animus in incognitum non fertur, dec. 200 n. 9.

Animo ſolo amittitur poſſeſſio, dec. 123. n. 4.

Antidatæ ſuſpicio quando ceſſet in apoca, dec. 147. nu. 14.

Apoca promiſſionis dotis in inſtrumento confeſſionis de recepto inſerta abſque Iudicis decreto non facit fidem, ſed deſeruit pro adminiculo, dec. 166. n. 7. & 8.

Appellandi tempus eſt dierum decem à die ſententiæ, deciſ. 190. n. 1.

Appellans, vbi intrat Ægidiana debet exprimere cauſam, alias poteſt Iudex deuenire ad executionem, dec. 158. nu. 17.

Appellanti reuerentialibus datis in Curia, datus intelligitur terminus decem dierum ad committendam cauſam dec. 190. num. 2.

Appellatio datur de Iure Canonico in Saluiano, & quolibet poſſeſſorio, dec. 158. n. 14.

Appellatio datur à ſententia immiſſionis liquidatoria, nec tunc eſt locus Ægidianæ, dec. 135. n. 1. Ampl. vt n. 2. & 5. Lim. vt n. 3. Sublim. vt n. 4. & 10.

Appellatio poteſt admitti in vno capite ſeparato ſententiæ, & in alio negari, dec. 135. n. 12.

Appellatio ſuſpendit executionem, dec. 133. n. 8.

Appellatio in parte, & partibus à laudo, vti indiuiduo, habetur pro pura, & ſimplici, dec. 168. nu. 2.

Appellatio procuratoris ratificatur ex proſecutione iudicij, dec. 198. num. 4.

Appellatione infra decem non interpoſita, decretum, ſeu ſententia quoad partes tranſit in iudicatũ, deciſ. 198. n. 9.

Appellationes à ſententiis latis in Curia maiorem diligentiam in proſequendo requirunt, quam aliæ à ſententiis extra Curiam, dec. 190. n. 5.

Arbitrium intelligitur prout de iure, dec. 158. n. 1.

Arbitrium Iudici datum tribuit facultatem mitigandi ex æquitate iuris rigorem, dec. 158. n. 5.

Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, dec. 133. nu. 11.

Archiuiationis defectum qui non opponit ante ſententiam, videtur ſcripturam pro valida agnoſcere, dec. 160. n. 4.

Archiuij Conſtitutio, & bannimenta fidem abrogantia apocis, & inſtrumentis intra debitum tempus in Archiuio non præſentatis, non procedunt, quando eorum fides ex aliis ſcripturis, & documentis comprobantur, ſeu comprobari prætenditur, dec. 160. n. 2

Argumentum valet à Statuto ad pactum, & econtra, ſaltem affirmatiuè, dec. 236. n. 11.

Aſcendentium bona fideicommiſſo ſubiecta hypothecata redduntur pro reſtituenda dote deſcendentibus, quoties bona libera non ſuperſunt, dec. 237. num. 13. Ampl. vt n. 12. & 14.

Aſſertio coniugum, conſtante matrimonio, non probat in præiudicium tertij, dec. 240. n. 11.

Aſſertioni Iudicis ſine actis pro facti iuſtificatione non creditur, dec. 205. n. 6.

Aſſertioni comparentis non creditur, quod ipſe ſit principalis procurator, dec. 131. n. 14.

Aßigatio fructuum differt ab aßignatione proprietatis, dec. 189. n. 18.

Aßignatio bonorum, quæ effectum non habuit, non eſt alicuius conſiderationis, dec. 209. n. 9.

Aſſignatio in ſolutum ad dictamen Sapientis operatur, vt ſolutio cenſeatur facta in cauſam, in quam de iure fieri

debet

debet, deciſ.200. num.6.

Aſſignatio in ſolutum in dubio facta cenſetur in cauſam anteriorem, & antiquiorem, alio non concurrente, dec. 200.n.2.& 6.

Aſſignatione in ſolutum facta pro credito declarando, declaratio ſubſecuta à principio interueniſſe dicitur, dec. 200.n.1.

Aſſiſtentia iudicium ſupponit poſſeſſionem ſaltem naturalem penes Reum conuentum, dec.296. n. 1.

Aſſociatio data à Iudice laico contra Clericum eſt nulla ex defectu iuriſdictionis inſanabili, ad manutentionem non ſuffragatur, dec.176.n.7.

Aſſociatio contra fideiuſſorem non poteſt dari, niſi ad limites illius obligationis, dec.223. n. 8.

Aſſociationis in iudicio non requiritur litis conteſtatio, ſed illius vim habet quilibet actus reſpiciens merita cauſæ, dec.180.n.5.

Attentans lædit eodem tempore Ius, Iudicem, & Partem, dec.175.n.9.

Attentatum vti ſonans in delictum requirit plenas probationes, dec.175.n.4.

Attentata in intrant de vna ad aliam cauſam diuerſam dec. 197.num 15.

Attentata quæ ſunt, debent purgari, retractari, & in priſtinum ſtatum reduci, dec.228.n.12.

Attentata poſt inhibitionem ſunt reuocanda, deciſ.228. numero 3.

Attentata ſi probentur ſunt in primis, & ante omnia reuocanda, dec.175.nu.8.

Auditor Cameræ regulariter eſt executor obligationis Cameralis priuatiuè quoad alios in vim ſuarum facultatum, niſi illa alteri fuerint demandata, deciſ. 206. numero 1.

Auth. hoc niſi, C.de ſolut. diſpoſitio non procedit ſtante iuramento de ſoluendo in pecunia, ſed ſi ſimpliciter ſoluere promiſit, dec.207.n.2.

B

Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in alienatione bonorum Eccleſiæ, non in acquiſitione, deciſ. 158. num. 18.

Bona, ad quæ quis immiſſus fuit ex iudicio aſſociationis vel ſaluiani prò creditore ſatisfactione non poſſunt ſubhaſtari, & deliberari, & quare dec.138.n.3.& 5.

Bona apud filium reperta præſumuntur patris, deciſ.167. n. 7. Ampl.vt n 8. & 9.

Bona capta per ſaluianum ſubhaſtari, & deliberari non poſſunt, dec.126.n.6.

Bona defuncti efficiuntur propria hæredis creditoris per imaginariam ſolutionem, dec. 186.n.14.

Bona deliberata à legitimo emptore non ſunt auocanda, dec.221.n.7.

Lim.ſecus, quando executio facta eſt pro maiori ſumma debiti, & fortius ſi pro ſumma nullo modo debita, d.dec. 221.num.8.

Bona Eccleſiaſtica validè obligantur pro pretio emptionis bonorum ſtabilium valida, licita, & fauorabilis, dec. 168. nu.11.

Bona emphyteutica non cadunt ſub hypotheca, deciſ.190. nu.17. Lim.vt n.19.

Bona in executionem capta ad locum Pium ſpectantia ſtare debent ſub haſta per 20. dies, & ex ſtylo A. C. per menſem, dec.226.n.5.

Bona in executionem capta præſumuntur eſſe debitoris, dec.147.num.1.

Bona iniuſtè ſubhaſtata ſunt reſtituenda, dec.221 .n.3.

Bona materna, mortuo fratre, deferuntur in totum ad ſorores, excluſo patre, qui tranſiuerit ad ſecundas nuptias, dec. 140. n. 4.

Decl.vt n.5.6.10.& 15.

Bona non debitoris ſubhaſtari, & deliberari non poſſunt, dec.190.nu.21.

Bona per viam ſubhaſtationis vendi ſolent minus iuſto pretio.dec.219.num. 33.

Bona præſumuntur illius, penes quem reperiuntur, vel à quo poſſidentur, dec.147.n.3.

Bona, quæ in dotem dantur æſtimata, efficiuntur viri titulo emptionis, dec.140.n.6.

Ampl.etiam ſi dictum fuerit pro fundo dotali, aut de reſtituenda re, vel æſtimatione, ſi vir eligat æſtimationem, d.deciſ.140.n.9.& 10.

Bona quod præſumantur aſcendentium, & ſub eorum fideicommiſſo ex ſituatione, eſt præſumptio admodum generalis, & æquiuoca, quæ eliditur ex poſſibili acquiſitione mediantibus titulis longæuo temporis curſu ſuperuenientibus, dec.238.n.4.

Bonorum aſſignatio facta mulieri pro ſua dote cenſetur in dubio cum tranſlatione dominij, & proprietatis, non tantùm iure pignoris dec.171.n.11.

Bonorum communis debitoris ſubhaſtatio non eſt retardanda ex poſſeſſione vnius creditoris, vbi omnium creditorum idemnitati prouidetur, dec.234.n.3.

Bonorum occupatio lite pendente præſumitur colluſiuè, & fraudolenter attentata inter patrem, & filium, & quare, dec.146.n.1.& 3.in fi.& ſeqq.

Bonis debitoris iam diſtractis, non eſt locus nouæ diſtractioni ad inſtantiam alterius creditoris. dec.194.nu. 7.

Bona fides ſuſtinere ſolet deliberationem tertio factam, dec.136. num. 28.

Bona fide contrahens non debet remanere deceptus, dec. 213. num. 3.

C

Calculatori à Iudice deputato ſtandum eſt, præſertim ſi ab illius relatione non fuerit appellatum, dec. 130.num.15.

Calculi in productione, citata parte, non facta oppoſitione, non poteſt illi amplius opponi, deciſ.218.nu.10. Ampl. vt n. 11.14.& 15.

Canones à ſpoliatore ſoluti refici debent à ſpoliato, deciſ. 245. n. 12.

Carcerari ſi quis ex Statuto poteſt, poteſt & illius hæres, dec.236. n.18.

Carcerati nulliter obligatio non tenet, dec.131.n.19.

Carcerati obligatio quando valeat, vel non, dec.193. nu. 31. dec.195.n.8. & ſeqq.

Carcerati iniuſtè ſubſcriptio, recognitio, obligatio, & geſta quæcunque ſunt nulla, deciſ. 243. numero 3. Ampl. vt num. 7.

Carceratio perſonalis ex cauſa periurij irrogat infamiam dec.193. num. 23.

Carceratio præſumitur iuſta, dec.195.n.15.

Carcerationis iniuſtitiam, ſeu nullitatem probare debet, qui in ea ſe fundat, exibendo etiam proceſſui, deciſ. 195.num. 14.

Carcerationi propria, qui cauſam dedit, non poteſt excipere niſi dolosè, deciſ.195.n.17.

Caſus in Conſtitutione non expreſſus habetur pro non comprehenſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis, dec. 163. n. 6.

Cauſa dicitur eadem etiam in gradu reſtitutionis in integrum, dec. 173. n.35.

Cauſa nulla eſt in mundo, in qua non poſſit appellari ab exceſſu, dec. 135.n.9.

Digitized by Google

Cauſa originalu contractus attendi debet, dec.129.n.21.

Cauſæ falſitas in termino relata videtur ineſſe in termino referente, dec.179.n.47.

Cautio de reſtituendo non impedit, quin emptor habeat plenum dominium, dec. 156.n.19.

Cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus vbi eſt praſtanda, intelligitur, ſi creditor inſtet pro ſubhaſtatione bonorum debitoris, ſeu ſponte velit pecunias ſic vinculatas, ſecus ſi ei pecuniæ offerantur à poſſeſſore, vel poſteriori creditore, deciſ. 210. num. 15. Ampl. vt numero 29.

Cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus affert damnum, & onus, dec. 210.n.22.

Et non eſt regulariter praſtanda, deciſ.210.n.17. Lim. vt num.18.

Cedens nomen debitoris, vt cenſum, tenetur, vt nomen ſit bonum de iure, ideſt verum, & reale, non autem de facto, ideſt locuplex, & ſoluendo, dec. 124.n.3.

Decl. vt ſi promiſerit praſtare bonum de facto, & exigibile, intelligatur de tempore tantum ceſſionis, & futura deterioratio cedat damno ceſſionarij, d. deciſ.124. num.4.

Cedens non dicitur praſtare nomen verum in ſua ſubſtantia, & cum effectu, ſi cenſus non ſubſiſtat, vti impoſitus ſuper re alteri obligata, dec.124.n.6.

Cedens non poteſt ceßionem iam factam impugnare, dec. 155. num.4.

Cedens non poteſt hypotheca vti ſuper re ceſſa in praiudicium ceſſionarij, & habentium ab eo cauſam, dec.246. n. 18. Ampl. vt n. 20.

Cedere iura ſua qui cogitur offerenti pecunias, intelligitur de iuribus penes eum exiſtentibus, non vt teneatur ſe praſtare anteriorem creditorem, dec.210.n.28.

Cedere quis bonis non poteſt, niſi conſtito de inopia, dec. 136.num.8.

Cenſus an, & quomodo imponi poſſit ſuper bonis emphyteuticis, dec.339.n.4.6.& 8.

Cenſus contractus, antequam detur de nullitate, habet ſtatum validitatis, & debentur ex eo fructus, deciſ 199. num. 11.

Cenſus creditor, uti tertius, & actor non poteſt dare de iure illius, qui eum in ſe accollauit, dec. 244.n.6.

Cenſus dominus non poteſt ad ſortem agere, & quatenus agat, & obtineat, mandatum dicitur iniuſtum, deciſ. 23.num.18.

Decl. vt, ſi non adimpleantur promiſſa, poſſit ad ſortem agere, non tanquam ad ſortem, ſed ratione damnorum, & intereſſe, d. dec.123. numero 19. Subdecl. vt ibid. num. 20.

Cenſus emptus poſt mortem alicuius ex illius bonis non poteſt dici ab eo poſſeſſus, dec.192.n.12.

Cenſus eſt perpetuus, nec poteſt quis cogi ad illius ſortis reſtitutionem, dec.177.n. 21.

Cenſus impoſitus à muliere ſine ſolemnitatibus Conſtitutionis Marchiæ nullus eſt, etiamſi contraxerit cum pupillo; dec.216.n. 1.

Cenſus impoſitione conſtituitur ius quoddam diſtinctum ab ipſo re, deciſ.239.num.10.

Cenſus fructus quando peti poſſint, & ſuccedant loco damnorum, & intereſſe, dec.198. n.20.

Cenſus pupilli nomine imponendus requirit ſolemnitates iuris communis, & Statuti loci, deciſ. 199. num. 1. Ampl. vt n.2.

Cenſus inſtrumentum habet executionem paratam, deciſ. 236. num.13.

Ampl. maxime in Regno Neapolis, d. dec.236 n. 14

Ceſſio in incorporalibus, & locis montium abdicat dominium, & poſſeſſionem, deciſ. 197.n. 1. Lim. vt n.7.& 9.

Ceſſio eſt inefficax, vbi ſoluitur ex pecuniis debitoris, dec. 136. num. 4.

Ceſſio, non probato credito cedentis, ceſſionario non ſuffragatur, dec.166.n.26.

Ceſſio ſub conditionibus de praſenti, quas certum eſt deficere, eſt nulla, dec.179.n.42.

Ceſſionem habens ab anterioribus creditoribus in eorum locum dicitur eſſe, etiam reſpectu anterioritatis, & potioritatis, dec.239.n.7. Decl. vt n.14.

Ceßione facta alterius nomine, debet ceßionarius agens docere de mandato, & ratificatione, dec. 1[illegible]4.n.12.

Decl. ut, ſi ſit facta nomine proprio, & fratrum ex cauſa neceſſaria, puta dotis ſororis, pro qua fratres aque tenerentur vti haredes patris, non poſſint fratres ceſſionem impugnare, & repellantur exceptione obligationũ, d. dec. 124. nu. 13.

Ceſſionarius non poteſt agere contra cedentem, niſi prius excuſſo nomine debitoris ceſſo, & contra ipſum debitorem omni adhibita diligentia pro exactione, deciſ 124. num.7.

Decl. procedere, quando tantummodo ſimpliciter promiſſum fuit nomen exigibile, ſecus vbi promiſſa eſt exactio, cum tunc non ſit agendum de diligentiis, ad dec. 124.num.8.

Ceſſionarius, qui ſoluit vti tertius, non vti fideiuſſor, & correus debendi, emendo nomen debitoris, abſque dubio poteſt in ſolidum agere contra alios coobligatos, & haredes, dempta rata dec.129. n.25.

Ceſſionario debetur manutentio ex poſſeßione cedentis, & fortius, ſtante clauſula conſtituti, dec. 144.n.5.

Circuitus inutiles, & calumnioſi vt euitentur, deſumi debet interpretatio, dec.237.n. 18.

Citandus eſt in adiudicatione poſſeſſor, dec. 219. n. 4.

Citandus non eſt, quem conſtat, nullam habere defenſionem. dec.236.num.31.

Citare an ſufficiat Abbatiſſam, vel ſint citandæ Moniales Capitulariter congregata, & quomodo, deciſ.190. num.12.

Citatio contra vniuerſitatem non collegialiter congregatã quando teneat, dec. 190.n.13.

Citatio per contradictas ſatis eſt contra obligatum in forma Cameræ, dec.232 n. 2.

Citatio per repoſitionem dicitur circunducta, deciſ. 137. num.2.

Citatio circunducta remanet, ac ſi facta non fuiſſet. deciſ. 137.n.4. Ampl. vt n.5.

Citationis omiſſio vitiat iudicium ſubhaſtationis, deliberationis, & immißionis, & impedit, ne non citatus poſſeßione priuetur, dec. 170.n. 9.

Citationis defectus ſanatur comparitione, dec.193.num.4. Lim. vt num.5.

Citationis finis eſt comparitio, dec.193.n. 4.

Citationis defectum ſupplet praſentia, dec.219.n.19.

Citatione circunducta, nulla inducitur litis pendentia ſed requiritur noua citatio, & petitio, dec.137.n.3.

Citatus ſi quis ſit ſimpliciter, dicitur eius perſona habilitata, & effectus legitimus contradictor, & admittitur ad opponendum exceptiones iudicij poſſeſſorij, ſecus ſi cum clauſula, Si ſua putaverit intereſſe, deciſ.183.n.6.

Clauſula, Ad faciendum omnia, quæ principales facere poſſent, etiam ſi mandatum magis ſpeciale requirerent &c. quid, & quando comprahendat mandatum ſpeciale, dec.184.nu.4.

Clauſula conſtituti probat conſtitutarij poſſeßionem contra haredem conſtituentis, dec.186.n. 29.

Clauſula conſtituti transfert dominium, & poſſeßionem, dec. 203. num.10. deciſ. 181. num. 19. deciſ. 144.n.6. dec.225.n.5.

Clau-

Digitized by Google

Clauſula conſtituti in contractu nullo nullum operatur effectum, dec. 197. n. 11.

Clauſula, Et non alias, inducit conditionem ſuſpenſiuam & vt ea purificata actus habeatur pro non facto, dec. 200. num. 4.

Ampl. vt immo in caſu præiudicij remoueat conſenſum ab actu, d. dec. 200. n. 5.

Clauſula in commiſſione, firmo remanente Notario, & cum facultate cogendi partes ad ſtandum indicationi, ſeu ſimplici copia iurium abſque confectione extractus, ſeu regeſtri, quid, & quando operetur, decif. 171. numero 13.

Clauſula in ceſſione, ita quod non retorqueatur &c. & ſimiles quando non operentur, dec. 246. n. 20.

Clauſula in inueſtitura, Sine iniuria iuris alterius, non ſuſpendit, ſed reſoluit, conſtito de iure, & operatur, vt intelligatur præſeruatum omne aliud præiudicium præter expreſſum, dec. 250. n. 14.

Clauſula, Per viam Ritus, ſemper ſubintelligitur in inſtrumentis in Regno Neapolitano. dec. 236. n. 12.

Clauſula, Quam, & quas, non operatur, niſi actio, & cauſa deducatur ad ſpeciem. dec. 127. n. 53.

Clauſula, Sine alterius iniuria, virtus, dec. 204. nu. 17.

Clauſula, Sine præiudicio poſſidentium, & habentium meliora, & potiora iura, quid operetur, dec. 205. n. 10.

Clauſula, Sine præiudicio legitimæ executionis, in commiſſione appellationis appoſita præſeruat iuriſdictionem Iudicis à quo, dec. 121 n. 9. dec. 123 n. 4. & 5.

Decl. vt poſſit tamen Iudex ad quem cognoſcere de iuſtitia, & reuocare, ſi iniuſte proceſſum fuerit, tam via ordinaria, quam via manutentionis d. dec. 121. n. 10.

Clauſula, Seruato iuris ordine, dat formam præciſam, & reſtringit facultatem ad limites iuris, dec. 171. numero 15.

Clauſulæ conſtituti, & ad habendum, transferunt dominium, & poſſeſſionem, dec. 186 n. 9.

Clauſulæ, in perpetuum, & pro hæredibus, & ſucceſſoribus in deliberatione, quid importent, dec. 201. numero 10.

Clericus à priuilegio toti ordini conceſſo non poteſt à particularibus perſonis renunciari, decif. 193. n. 19.

Clericus an, & quando vti poſſit lege, vel Statuto laicale ſibi, vel Eccleſiæ fauorabili. dec. 193. n. 10.

Clericus nec per pactum iuratum poteſt ſe ſubmittere foro, vel Statuto laycali, dec. 193. n. 15. 16. 21. & 23. vbi Decl. & n. 26.

Clericus non poteſt ſe ſubmittere Conſtitutionibus laycalibus in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis, dec. 193. n. 12. Ampl. vt n. 13.

Clericus non arctatur ex inſtantia cœpta cum defuncto eius auctore coram Iudice layco, dec. 170. num. 12. Sed conueniri debet coram Eccleſiaſtico, dec. 136. n. 31.

Clericus non poteſt voluntariè ſe ſubmittere actui famoſo ob præiudicium totius ordinis, dec. 93. num. 24.

Clericus poteſt compromittere in arbitrum laycum, decif. 193. num. 21.

Clerico in iudicio aſſiſtentiæ, quamuis poſſeſſorio permiſſa eſt appellatio. dec. 170. n. 8.

Clerico non eſt prohibitum obligare ſe via executiua, dec. 193. num. 17. Decl. vt n. 18. & ſeqq.

Colluſio argui ſolet ex præſumptionibus, & coniecturis, dec. 191. n. 5. Decl. vt n. 7.

Colluſio in alienatione rei litigioſæ præſumitur inter ſocerum, & generum, dec. 165. n. 10. Ampl. vt n. 11.

Colluſio omnis excluditur à iuſtitia ſententiæ, decif. 191. num. 10.

Colluſio ſapit delictum, dec. 191. n. 6.

Commiſſa cauſa ſuper hypothecaria, ſeu ſaluiano, commiſſa cenſetur etiam ſuper iure offerendi, dec. 127. nu. 24. & 25. Decl. vt n. 52.

Commiſſio appellationis in forma expeditur ſine partis citatione per viam ſignaturæ iuſtitiæ, & de diligentia facienda intra legitima tempora ad curandam deſertionem. dec. 190. n. 4. & 6.

Commiſſio appellationis cum clauſula, Perinde ac ſi ſententia non emanaſſet, circumducit ſententiam, deciſ. 195. num. 20.

Commiſſio vnica ſufficit in Rota, & habens clauſulam, Quam, & quas, comprehendit etiam lites mouendas, dec. 159. num. 6.

Commiſſione in auocatoria mentio facienda eſt litis pendentia, dec. 228. n. 11.

Commiſſione viens cum clauſula, Qui ad legitimam executionem &c. renunciare dicitur executioni iam factæ, & obtinet nouam cum nouo mandato, deciſ. 161. num. 6.

Comparitione alicuius vti procuratoris aduerſarij quis vti non poteſt ad iudicium ſuſtinendum, ſi in comparitione contenta non adimpleuerit, dec. 231. n. 15.

Compenſatio de ſpecie ad quantitatem non admittitur, dec. 151. n. 17.

Compenſatio ipſo iure legis miniſterio inducitur in credītore anteriori, qui recepit ſub obligatione reſtituendi prioribus, & potioribus, dec. 200 n. 18. & 24. Ampl. vt num. 25.

Compenſatio non ipſo iure, ſed parte tantum opponente inducitur, & à die oppoſitionis dec. 200. num. 19. Contrarium n. 20. & 22. Lim. & Decl. vt n. 21. & 23.

Compenſatio etiam non facta oppoſitione, ipſo iure inducitur ab initio, vbi alias compenſanti reſultaret præiudicium, dec. 200. n. 24. Ampl. vt num. 25.

Compenſatio ipſo iure inducitur ad euitandum vſurarum curſum, dec. 241. n. 10. Decl vt n. 11. & 12.

Compenſationis exceptio attenditur à die illius oppoſitionis, dec 159. n. 12.

Compenſationis oppoſitio ſemel, & ex interuallo facta retrotrahitur ad tempus, quo fieri poterat, deciſ. 200. num. 17.

Compenſationis faciendæ ipſo iure ad effectum non requiritur ſcientia compenſare debentis, ſed ſufficit, creditum eſſe certum per rerum naturam, dec. 200. n. 31. & 33. Ampl. vt n. 34.

Compenſationi non eſt locus, ſed retentioni, dum non agitur de ſolutione integri debiti dec. 237. n. 8.

Concurſus creditorum adeſſe videtur, vbi agitur de debitore ſuſpecto de decoctione, dec. 210. n. 10.

Condemnatio pro ſorte non trahitur ad intereſſe, deciſ. 133. num. 17.

Condemnatur quis cenſetur in eo, in quo condemnari debet, dec. 161. n 8. Ampl. vt n. 9.

Conditio eſt prius adimplenda, quam diſpoſitio ſortiatur effectum, dec. 187. n. 10.

Conditionis melioris quis fieri non debet ex propria mora, & culpa, dec. 164. n. 13.

Conditionem importans verba per ablatiuum abſolutum, dec. 187. n. 9.

Conductor non poſſidet ſibi, ſed locatori, dec. 153. n. 3.

Confeſſio cedentis, vel ceſſio poſt ceſſionem quo caſu noceat ceſſionario, dec. 132. n. 4. & 5.

Confeſſio in parte vera, ſeu verificata talis præſumitur in totum, dec. 166. n. 12.

Confeſſio debitoris ante contractum debitum nocet etiam Creditoribus poſterioribus, & ſucceſſoribus ſingularibus, dec. 188. nu. 2.

Confeſſio ſemper clamat contra confitentem. deciſ. 179. n. 48.

Confeſſio propria omne genus probationis ſuperat, tam contra

Digitized by Google

contra confitentem, quam contra habentem ab eo cauſam.dec.195.n.5.

Confeſſio in libello facit contra confitentem plenam probationem, dec.196 n 4. Ampl.vt n.6.

Confeſſio propria omnes ſuperat probationes, & præ cæteris eſt attendenda, dec.196. n.10.dec.223.n.3.

Confeſſio viri de recepta dote probat, adminiculis concurrentibus,dec.235.n.6.

Confeßio de recepta dote, præuia promiſſione, probat numerationem tam contra hæredes confitentis, quam contra creditores, & quoſcunque tertios poſſeſſores, dec. 206.num.5.

Ampl. eo magis concurrentibus adminiculis,de quibus ead.dec.206.n.6

Confeſſionis geminatio maiorem animi deliberationem demonſtrat,dec.170,n.49.

Confines comprahendunt quidquid eſt intra illos,dum nihil excipitur,dec.145.n.18.

Confinia generalia, & æquiuoca fluminum, viarum,& ſimilium, quæ plura alia bona contingunt, & aliis æque conueniunt non probant identitatem, dec.238.n.6.

Confinium diuiſione diſcernitur quod cuiuſque eſt, deciſ. 231.num. 2.

Confirmatio Statutorum ex certa ſcientia operatur, vt Statutum qualecunque ſit valeat.dec. 207.n.31.

Conſenſus litigatorum in iudicio importat quaſi contractum.& obligationem parendi iudicato, dec. 164.nu.2.

Conſenſus excluditur ab actu ex expreſſione falſa cauſæ, dec.179. n.46.

Conſenſus præſtitus reſignationi locorum montium lite pendente, dicitur nullus, & attentatus, dec.167. num.3. Lim. vt n.14.

Conſenſui error eſt de directo contrarius,dec.139. n. 7.

Conſenſu vtriuſque partis recedi poteſt à laudi acceptatione,dec.198.n.7. Lim vt n.8.

Conſenſum præſtare deliberationi habita fide de pretio dicitur, qui inſtat deliberari vltimo oblatori, qui ſic obtulit,dec.236.n.15. & 16.

Conſentiens, vt quis ſatisfiat de credito ſuper aliqua re perdit illius poſſeßionem, nec poteſt manuteneri,dec. 123 num.3. & 5.

Conſequens qui vult, dicitur velle omne ſuum neceſſarium antecedens, dec. 213. numero 7. & dec. 214. numero 5.

Conſtitutio Cardinalis Iuſtiniani reductiua ad Ius commune in Ciuitate Bononiæ valet, dec.207.n.33.

Conſtitutio de non alienando intelligitur de alienatione voluntaria,non de à iure permiſſa pro executione contractus validi à iure approbati,dec.168.n.14.

Conſtitutio Paulina inuenta eſt ad fraudes euitandas,dec. 172. num.18.

Conſtitutio prohibens Præſidentibus Monaſteriorum contrahi debita non poteſt intelligi de debito ex cauſa acquiſitionis,& emptionis bonorum,& in vtilitatem Monaſterij, dec.163.n.5.

Conſtitutio Marchiæ circa ſolemnitates in contractibus adhibendis melitat etiam in contractibus inter minores, & mulieres,& alias perſonas priuilegiatas celebrandis, dec.216. n. 3.

Conſtitutio Carpenſis annullans contractus mulierum cum minoribus geſtis non contradicit Ægidianæ, dec.216. num. 8.

Conſtitutum in poſteriori inueſtitura non præiudicat anteriori,dec.204.n.8.

Conſuetudo non ſolet extendi de perſona ad perſonam, nec de re ad rem,nec de caſu ad caſum,dec.201.n.9.

Contractus, in quo fit mentio pretij,dicitur emptionis, & venditionis,dec.153.n.2.Lim. vt n.3.

Contractus ſimulatus eſt nullius momenti, & ipſo iuri nullus,dec.240.n.14.

Contradictarum proceſſui quando ſit locus,dec. 249. nu.3.

Contradictarum proceſſus ceſſat, conſtito de procuratore in actis,& illi locus eſt, procuratoris abſentia probata, dec.177.n.6 & 7. Ampl.vt n. 8.

Contradictarum proceſſus datur ratione moræ, vel contumacia. dec. 211.n. 8. Et,ſi procurator ab Vrbe diſceſſit alio non ſubſtituto,dec..43. n. 2.

Contradictor dicitur legitimus parem titulum habens, & anteriorem, dec.201.n.9.

Conuentionis forma ſeruanda eſt in mandatorum relaxatione,alias iniuſte agitur,dec.131.n.18.

Copia etiam ſimplici fides datur, quando pars citata ad dicendum contra nihil opponit, dec. 145. n. 7. Ampl. vt num. 8.

Couarr. variar. reſolut. cap. 15.num.6.declaratur, deciſ. 137. num. 13.

Creditor non poſſidet ſibi, ſed domino, dec.123. n. 8. & ex Saluiano immiſſus,dec.190.n.22

Creditor habens obligationem cameralem poteſt variare de vno iudicio ad aliud, donec ſit ei integre ſatisfactum dec.126.n.9.

Creditor primus à die hypothecæ habet à lege licentiam pignus vendendi, & dominium transferendi, & transfert,dum licentia vtitur credito poſteriori non affectũ, dec.127.n.3.& 4. Ampl.vt n.8.

Creditor ſolum iure pignoris vendidiſſe cenſetur,cum pretium peruenit ad manus debitoris.dec.127.n.14.

Creditor hypothecarius anterior poteſt tantummodo auocare à tertio poſſeſſore, & domino rei effecto poſſeſſionem eiuſdem rei ad effectum retinendi,donec ſibi de ſuo credito ſatisfaciat,& ita procedit libellus in hypothecaria, non autem poteſt contra eum agere executiue dec. 128. num. 15.

Decl. procedere in executione directè contra tertium intentata non citato principali debitore ſecus in mandato obtento contra debitorem, citato etiam ſemper ipſo tertio poſſeſſore, dicta deciſ.128.n. 16.

Creditor licitare poteſt etiam vti extraneus, & eſt hoc ei tutius,dec.132.n.2.

Creditor ſpeciei poteſt ſpeciem ipſam vindicare, vel ſuper ea executionem facere,ſi extet,dec.130. n. 2.

Creditor offerens vti extraneus, ſi proprium creditum deinde excomputet,dicitur emiſſe vti creditor,& idem, ſi in caſu euictionis, & moleſtiarum reſeruat ſibi regreſſum ad primæua iura,dec.136.n.16.17.& 21.

Creditor licitans per interpoſitam perſonam habetur, ac ſi ipſemet licitet,dec.136.n.22.

Creditor iniuſte licitans, & eius hæredes tenentur reficere debitori damna,& expenſas,dec.136.n. 24.

Creditor anterior præfertur poſteriori,dec.138.n.5.

Creditor quando diſtrahere poſſit pignora in ſatisfactionem ſui crediti,dec.187.n.12.

Creditor hypothecarius poſterior habet ius offerendi aduerſus creditorem anteriorem, cui pignus ſubhaſtatum fuit adiudicatum.dec.140.n.1.

Creditor ſecundo creditori pignus reſtituens per ius offerendi tenetur etiam reſtituere fructus, & quare,deciſ. 141.n.1.6.& 7.

Creditor ſecundus veniens per ius offerendi tenetur offerre pecuniam ſolam primo creditori vna cum interuſurijs medij temporis, & quid de decurſis poſt oblationem dec.141 num.2.7. & 8.

Creditor vtens inſtrumento facto inter debitorem, & alium tenetur vti,prout cantat,nec poteſt reijcere pactum in eo contentum, & mandatum aliter relaxatum eſt nullum,dec.155.n.2.3.& 8.

Credi-

Digitized by Google

Creditor in vim obligationis cameralis poteſt ſua iura ſuper omnibus bonis debitoris experiri, dec. 158. numero 4.

Creditor anterior poſſidens bona communis debitoris impedire nequit, quo minus creditor poſterior ad ſubhaſtationem deueniat ad effectum, vt ex precio prius anteriori, & deinde poſteriori ſatisfiat, dec.171.n. 2.

Decl. procedere ſi detineat iure pignoris, & fateatur rem eſſe debitoris, & alleget, prius fuiſſe illi hypothecatam, ſecus ſi alleget proprietatem non amplius ad debitorem ſed ad ſe ipſum ſpectare, d. dec.171.n.3.8.& 21.

Creditor, & debitor ſui ipſius quis eſſe non poteſt ſed compenſatione ipſo iure creditum, & debitum extinguitur dec.200.n.25.Lim.& Decl.vt n. 26.

Creditor electo pignore pro crediti ſatisfactione, non poteſt ad aliud conuolare, dec.210.n.14. Decl. vt n. 15.

Creditor hæreditarius præfertur creditori hæredis in bonis defuncti, dec.216.nu.33

Creditor ex cauſa lucratiua poſtponi debet creditori etiam poſteriori ex cauſa oneroſa, dec. 212.nu. 6. Lim. vt n. 7.

Creditor, anterior licet in diem, vel ſub conditione præfertur poſteriori puro, & libero, dec 233 num.11.

Creditor anterior poſſidens debitoris bona iure pignoris non valet impedire eorum ſubhaſtationem ab aliis faciendam, dec 234. num 1.

Ampl. ſtante præſertim reſcripto vt hic, d.dec.234.n.2.

Creditor poſterior, qui exegit, & bona fide pecunias conſumpſit, nequit pulſari ab aliis creditoribus, quamuis anterioribus, dec.233.n.18.

Lim ſecus in creditoribus priuilegiatis, & ſignanter ex cauſa dotis.d.dec.233 n.20.Sublim.vt n. 21

Creditor creditum petere poteſt ab vno ex pluribus hæredibus, dec.247.n.12

Creditor habens vnum obligatum in ſolidum non eſt cogendus agere contra plures, dec. 247. n. 94. 96. & 98

Creditor, cui fuit pro rata aſſignata exactio aliqua, & mandatum ad exigendum acceptauit, præſumitur exegiſſe, iuncta petitione, quæ ſucceſſiuis temporibus fecit de crediti reſiduo, dec.239.n.21.

Creditoris iure non tanquam dominus vendidiſſe dicitur, qui dominium non habebat, & emptor ſciebat, deciſ. 127. num. 1.

Creditoris notulæ quando ſit ſtandum. dec.218. n.12.

Creditoris confeſſio iudicialis facta poſt adiudicationem, & de tempore non ſuſpecto eſt valde attendenda, dec. 210.num.10.

Creditoris conditio deterior fieri non debet per mortem debitoris ſine culpa ſua, dec.247.n. 93.

Creditori ſufficit ſolutionem negare, dec.197.n.13.

Creditori cuilibet competit ius vendendi fundum hypothecatum etiam aliis ſatisfactis dec.218.n.21.

Creditores defuncti in bonis illius præferuntur creditoribus hæredis beneficio ſeparationis, dec.160.n.8.

Creditores hypothecarij non tenentur Bononiæ ex Conſtitutione Iuſtiniana concurrere cum aliis hypothecam non habentibus dec.207.n.32.contrarium n.35.

Creditorum concurſus, & prælatio non ſuffragatur contra habentem reſeruationem dominij dec.150. n.4.

Creditorum concurſus non datur in re propria, deciſ. 153. num.9.

Creditoribus anterioribus prius eſt ſatisfaciendum ab emptore ne teneatur bis ſoluere, etiam, quod non inſtent, ſed adſit ſolus timor, dec.155.n.6. & 7.

Creditoribus anterioribus non præiudicant poſteriores conuentiones, & aſſertiones debitorum dec.218.n.9.

Creditum, & hypotheca probatur ex inſtrumento, & obligatione in forma Cameræ, dec.140. n.3.

Creditum non liquidum non ſuffragatur pro retentione, dec.151. num.15.

Creditum ad retentionis effectum liquidum non dicitur, donec probata non fuerit quantitas fructuum perceptorum, qui in eo ex ſententia ſint imputandi, deciſ. 186. num. 30.

Creditum effectum dicitur illiquidum, & inefficax ad retentionem ex perceptione fructuum poſt litem motam, dec.189.num.22.

Creditum probatur ex inſtrumento publico, dec.210.nu. 2. obligationis, dec.145.n.3.

Creditum ſoluendum, ſatisfacti ſocio, in diuiſione vtilium. non dicitur liquidum, niſi ſocij ſatisfactione iuſtificata, factaque liquidatione, & diuiſione vtilium, dec. 242.num.17.

Creditum probatur ex mandatis ſeruatis ſeruandis relaxatis, dec.145.n.2.

Crediti admiſſa ſubſtantia, illius quantitatem poteſt debitor teſtamento remittere declarationi creditoris in materia non prohibita dec.191.n.15.

Cumulari poſſunt actiones ad idem tendentes, deciſ.247. num. 91.

Curator qui comparuit, & exceptiones aliquas oppoſuit, præſumitur bene functus officio ſuo, & legitime defendiſſe, non docto de aliis exceptionibus competentibus, dec.19 .num.8.

Curator, & Procurator poteſt, agnoſcendo bonam fidem, à ſententia iuſta non appellare, dec.191.n.9.

Curator hæreditati quando ſit dandus, & quomodo hæreditas ſit citanda, dec.183.n.1.

Curator hæreditati vti iacenti nulliter datur, & citatur, dum hæreditas non eſt iacens, ſed adeſt certus hæres, dec.174.num.2.

Curatoris hæreditati iacenti in deputatione citandi ſunt, quos prima cauſa ſucceſſionis tangit, dec. 191. num. 2. Decl. vt num.3.

Curatore legitime deputato hæreditati iacenti debitoris citato, valide proceſſum dicitur, dec.191.nu.1.

D

DAmna, & intereſſe reficere parte tenetur ille, ad cuius inſtantiam fuit executio iniuſte conſumata, dec. 220. num.8.

Damnorum loco in deliberatione ſuccedit ipſa res deliberata.dec.136.n. 25.

Dare, & recipere qui debet prius dare, vel offerre, dec. 187. num.8.

Datio in ſolutum iudiciaria requirit præcedentem executionem. dec.157. n.3.

Datio in ſolutum extinguit actionem, dec.159.n. 1.

Datio in ſolutum, ſeu alienatio facta lite pendente non dicitur affecta vitio litigioſi, dum facta fuit ex cauſa neceſſaria anterioris crediti, dec.170.n.3.

Datio in ſolutum non operatur in præiudicium tertij creditoris, dec.171. nu.4.

Lim. procedere in datione in ſolutum vniuerſali omnium bonorum ſecus in facta de particularibus bonis, d. dec. 171. num. 5.

Datio in ſolutum vim habet ſolutionis, ac extinguit ab initio debitum, ac liberationem inducit, dec. 205. n. 4.

Debitor non poteſt, alia contrahens debita anteriori præiudicare. dec.127.n. 5.

Debitor ſpeciei, ſi eam præſtare non valeat, tenetur ad intereſſe, dec.130.n. 4.

Debitor dicitur, ad quem peruenit pecunia, & pertinet contractus commodum, alii vero dicuntur fideiuſſores, dec. 136. num.5.

Debitor

Debitor, niſi deliberatio ſit iniuſta, non agit ad rem deliberatam contra emptorem, ſed tantum ad pretium contra creditorem, dec.136.n.14. Lim. vt n. 15.

Debitor habens pro ſe rem iudicatam, & tranſactionem in mora ſoluendi dici non poteſt ante ſecutam repoſitionem, dec.198 nu. 6.

Debitor, detectis creditoribus, non poteſt in fraudem paratæ executionis bona diſtrahere, & vni inſolutum dare, dec. 205. n. 19. & ſeqq.

Debitori ex nouiter repertis ſola competit actio ad pretium, vbi deliberatio ritè, & rectè facta fuit, dec.129. num. 3. & 10. ſecus ſi Iudex minus legitime proceſſerit, vt num. 11.

Debitore moroſo in prima rata, poteſt ex conuentione mandatum relaxari etiam pro ſecunda abſque alia interpellatione, niſi agatur de pœna, deciſ.211.num.12. Ampl. vt n. 14. 15. & 16.

Debitum chirographi quando non contineatur in ſubſecuto inſtrumento, dec. 134. num.9.

Deciſiones in eadem cauſa præcedentes in ſequenti dubio ex Stylo Rotæ ſupponuntur, dec. 209. nu. 1. & dec.236 num.2. dec.195. num. 13.

Declaratio retrotrahitur ad principium actus, deciſ. 200. num. 14.

Declarationis natura quæ ſit, dec.129. n. 20.

Decocti portio accreſcit aliis coobligatis pro rata, deciſ. 136. num. 11. 13. & 27.

Decocti mercatoris bona quomodo ſint diuidenda inter creditores in Ciuitate Bononiæ ex particulari Statuto deciſ.207. num.1.

Decoctum quem deceſſiſſe quomodo probetur, deciſ. 136. num.9. & 10.

Decoctum quem deceſſiſſe, coniunctus ſcire præſumitur, dec.136. nu. 30.

Decretum in parte appellabile eſt appellabile in totum vti indiuiduum, dec.193. n.9.

Decretum de dando in ſolutum aliud eſt, aliud datio, dec. 180. n. 4. & 8.

Decretum excarcerationis cum cautione de ſe repræſentando vim habet habilitationis, non abſolutionis, dec. 195. num.. 19.

Decreto acquieſcere dicitur, qui non appellat, dec.137. n.6.

Defenſio ſuſcepta ſententia in iudicatum tranſacta, nihil prodeſt, dec.247. n.8

Defunctus alio non probatur, præſumitur deceſſiſſe ſine filiis, & hæredibus, dec.191. n.4.

Deliberatio iudicialis non facit amittere poſſeſſionem, vbi eſt notorie nulla, & iniuſta, dec.133. n. 1.

Deliberatio non tenet facta non præſente pecunia, & minori oblatori, dec.174. n.12.

Deliberatio oblatori nouo elapſo menſe facta primo fieri non poteſt abſque noua citatione, & decreto, deciſ.174. num. 14.

Deliberatio quando præſumatur ſimulata, dec.179. n.19. 35. & 39.

Deliberatio, non conſtito de oblatione, & intimatione nulla eſt, dec.183. n.3. Decl. vt n.7. & 8.

Deliberatio facta, non habita ratione fructuum perceptorum, dicitur exceſſiua, dec.190. n.14.

Deliberatio, non ſeruata reſcripti forma, & eo magis contra illius formam facta, eſt nulla, dec.190. n. 9.

Deliberatio facta, ſpreta inhibitione, eſt nulla, & attentata, dec.190. n. 16.

Ampl. & Lim. vt ibid. & n.19 & 20.

Deliberatio non arguit verum rei valorem, dec.208. nu.8. Ampl. vt n.9.

Deliberatio facta abſenti, quomodo, & quando ſuſtineatur, dec. 226. n.17.

Deliberatio facta etiam pro expenſis illiquidis, & à Iudice non taxatis corruit in totum, dec.232. n.5.

Deliberatio, in qua tres licitatores non obtulerant, vt requiritur in executione in vim mandati A.C. nulla eſt, dec.131. n.16.

Deliberationis tanta ſolemnitas vitiari, & tolli non debet, dec.129. n.4.

Deliberatione reipſa iniuſta, quamuis non culpa Iudicis, exuberare debet illius officium ad fauorem debitoris, etiamſi rigor iuris deficiat, vt res reſtituatur dec.136. nu.31. & 32.

Deliberatione auocatur dominium, dec.126. n.7.

Deliberatarius non poteſt impugnare, quod bona non eſſent ſub dominio debitoris, & hypothecis illius creditorum, dec.241 n.8.

Deliberatario, ſtante etiam læſione competit manutentio, donec ſibi precium reſtituatur, dec.249 n. 6.

Deliberatario docenti de poſſeſſione ex publicis inſtrumentis locationum, & receptione penſionum competit manutentio, dec.101. n. 1.

Depoſitum iudiciale vim habet ſolutionis, & liberationis, dec.187. n.4.

Ampl. vt, creditore recuſante, ſufficiat etiam oblatio ſola verbalis, d. dec. 187. numero 5. Extende vt numero 6. & 7.

Lim. vt depoſitum non integrum non ſuffragetur, d. dec. 187. n.11. Sublim. vt n.13.

Depoſitum non liberum, ſed cum conditione intrinſeca non vitiatur, dec.187. n.17.

Depoſitum factum, non præcedente mandato Iudicis, non ſanat deliberationem factam precio non interueniente, dec.216 num.30.

Depoſitum vt ſuffragetur, præcedere debet citatio ad recipiendum, dec.216. n. 31.

Depoſitum iudiciale fieri debet penes Ædem Sacram, vel perſonam à Iudice deputatam, dec.216. n.32.

Depoſitum non integrum non impedit vlteriorem proceſſum in ſubhaſtatione, dec.222. n.5. dec.235. n.7.

Deſcendentia probatur ex confeſſione partis aduerſæ, dec. 204. num. 12.

Deſcriptio in teſtamento probat contra hæredem, & contra eius creditorem, & habentem ab eo cauſam, deciſ. 225. num.4.

Deſertio operatur, vt ſententia tranſeat in iudicatum, dec.190. n.3.

Detentio mutata cenſetur in poſſeſſionem legitimam ex ſuperuenienti titulo abſque alia animi declaratione, dec. 227. n.7. Lim. vt n.9.

Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare, dec.220. n.3.

Deuolutionis declaratoria ab contrauentionem quando non requiratur, dec.146. n.8.

Deuolutionem prætendens ad ſui fauorem ob contrauentionem non poteſt bona occupare propria auctoritate ex facultate ſibi data, ſed præcedere declaratoria Iudicis ſuper facto, & videri de identitate bonorum, & detractionibus, dec.146. n.7. & 8.

Dictio, Etiam, eſt ampliatiua diſpoſitionis, dec.208 n. 4.

Dictio, In circa, iuncta ſummæ non concludit illam certam dec.218. n.6.

Dictio, Niſi, aduerſatur in eiſdem terminis, dec.212. n. 15.

Dictio, Seu ſtat alternatiuè, non diſiunctiuè, dec.156. nu. 8.

Dilatio ad ſoluendum fauorem reſpicit debitoris, deciſ. 207. num.8.

Dilatio ad ſoluendum à Principe, vel à maiori parte creditorum debitori conceſſa ſuffragatur aduerſus omnes creditores, dec.607. n.6.

Dilationes quinquennales non poteſt concedere Princeps

Digitized by Google

ceps Seculares aduerſus contractus iuratos, deciſ.207. num.12.

Diligentiæ de reperiendis actis non excludunt probationem amiſſionis, dec. 134.nu.3.& 5.

Diligentia diligenti nocere non debet, dec.210.nu.30.

Diuerſitas, non identitas præſumitur, dec.147. num.10.11.

Diſtributio bonorum debitoris inter creditores omnes reſpicit fauorem creditorum poſteriorum, non debitoris, dec.207. num.8.

Diuidi quæ non poſſunt, ſolida à ſingulis debentur hæredibus, dec.247.num.69.

Diuiſa quæ ſunt ipſo iure, ſēper diuiſa remaneāt d.247.n.69.

Diuiſio in dubio potius facta præſumitur ex cauſa neceſſaria, quam voluntaria, dec.144. n.11.

Diuiſionis inſtrumentum factum inter fratres probat fauore dotis etiam ad fauorem ſororis, dec.145.n.17.

Dolus, & mala fides in deliberatione, probatur ob enormiſſimam leſionem ex viliſſimo precio dec.136.n.26.

Dominium aliud eſt proprietatis, aliud hypotheca, & vſusfructus, deciſ.234.num. 12.

Dominium an acquirat emptor non ſoluto pretio, dec 239. num.5. & 12.

Dominium rei venditæ, ſeu adiudicatæ in remedio iuris offerendi an reſoluatur vt ex nunc, vel vt ex tunc, & quid in re vendita cum pacto redimendi, vel ſuppoſita retractui, dec.141.num.3.4.& 8.

Dominij defectus exceptio an impediat manutentionem, dec.181.num.15.

Dominium vt reſeruetur in perpetuum eſt contra naturam venditionis, dec.153.num.12.

Dominij reſeruatio quid operetur, dec.149.n.3.4.& 5.

Dominij reſeruatio, donec emptor precium ſoluerit, an extendatur etiam ad poſſeſſionem, deciſ.153.num.10.11. & 15.

Dominij ad tranſlationem non ſufficit Iudicis decretum, niſi ſequatur traditio, & ſic illius executio, dec.189.num.5. Ampl.vt num.6.& 7.

Dominus ſemel ſemper præſumitur dominus niſi contrarium probetur, dec.205.num.17.

Dominus directus an poſt deuolutionem, & incorporationem teneatur ad debita, dec.230.num.8.

Domus ſuper terris ædificata inter melioramenta recenſenda eſt, dec.152. nu.13. decl.vt n.14.& 15.

Donatarius non tenetur ſoluere debita donatoris contracta poſt donationem, dec.213.num.1.dec.214.num.1. Lim.vt d. dec.213.num.2.& ſeqq.

Donatarius ſeruare tenetur donationis conditiones, & onera dec.213.num.4.

Donatio omnium bonorum, aliquo pro legitima filiæ non reſeruato, eſt nulla in totum: vti re, & conſilio inofficioſa, dec.186.nu.17. Lim.vt nu.21.

Donatio caducatur ex morte donatarij ante donantem, dec. 186.num.18. Ampl.vt num.19. Lim.vt nu.24.& 26, diſtingue vt nu.25.

Donatio non præiudicat creditori habenti anteriorem hypothecam, dec.195.nu.27.

Ampl. nec habenti anteriorem perſonalem actionem in relictis in hæreditate, & maxime in ſubſidium, d. dec. 195.num.28.

Donatio firmatur ex promiſſione illam non reuocandi, dec. 212.num.2.

Donatio iurata reuocari non poteſt, dec.212.nu.5.

Donatio præſumitur ſimulata, ſi donans remaneat in poſſeſſione, dec.212.nu.8. Lim. vt ibid.n.9.& ſeqq.

Donatio ex onere ſoluendi quæcumque debita facile deſtrui poteſt, deciſ.212.nu.16

Donatio facta filiis abſentibus, ſtipulante Notario, reſeruata facultate illam alterandi, & deinde reuocata, & quam filij potuerunt non acceptare, vel acceptatæ renunciare, eiuſque exceptio vti alterius indaginis non impedit ſaluianum, dec.241.n.7.& 9.

Donatio ſimulata, & ſine cauſa non abdicat, nec transfert aliquod ius, ſed facta cenſetur animo vexandi, & non impedit quin donans, & cedens poſſit ſuper iiſdem iuribus tranſigere, intimatione donatarij, & ceſſionarij non præcedente, deciſ.132.num.12.& 13. Ampl.vt n.14.decl. vt nu.15.

Donationis inſtrumento non transfertur poſſeſſio apprehenſione, & effectuatione non ſecuta. dec.196 n.9.

Donationis onus non adimplens cadit ab illius commodo dec.214.num.3.

Donatione facta præſenti, & acceptanti tranſlatum dicitur in eum omne ius dominium, & poſſeſſio, dec.212.nu.4.

Donatione conditionali agi non poteſt, niſi purificata conditione, dec.186.nu.27.

Donatione iuuari non poteſt, qui illius onera non adimpleuit, dec.213.n.6.

Donator poteſt imponere onera ſoluendi debita, deciſ.214. numer.4.

Donator quando poſſit reuocare, & declarare donationem ex interuallo, dec.186.nu.20.

Dotalia inſtrumenta ex Statuto Vrbis habent executionem paratam contra bona expreſſe, vel tacite hypothecata etiam per tertios detenta, dec.206.n.4.

Dotari filia debet à patre, & ex illius bonis, deciſ.145.nu.21.

Dotis cauſam eſſe priuilegiatam publice intereſt, & quare, dec.240.nu.6.decl.vt.nu.7.

Dotis creditum probatur ex confeſſione viri de receptione concurrentibus adminiculis, dec. 166.nu.3.

Dotis fructus vti alimentorum loco ſuccedentes habent priuilegium via executiua, dec.193.nu.7.

Dotis partis ſolutio ſolutionis præſumptionem inducit etiam alterius partis, dec. 206.nu.7.

Dotis præcedens promiſſio tollit in viro receptionem confitente præſumptionem ſimulationis, aut animi donandi in fraudem legis, dec.166.n.5.

Et operatur, vt viduæ non poſſit opponi exceptio non numeratæ dotis nec ab hæredibus, nec à creditoribus medio tempore creatis, dec.166.num.6.

Dotis primæua actio competit, donatione in ſolutum pro illa facta reuocata dec.206.num.8. Ampl. vt ibid.

Dotis priuilegia non militant, probatione deſumpta ex ſola aſſertione coniugum conſtante matrimonio, dec. 240. num.12.

Dotis promiſſio fratrum præſumitur in executionem muneris paterni dotandi filias, deciſ.145.nu.14.

Dotis in repetitione veniunt etiam illius fructus, vti alimenta, dec.219.nu.11.12.& 14.

Dotis in reſtitutione, non exiſtentibus bonis liberis, agi poteſt contra bona fideicommiſſaria aſcendentis, deciſ.224. num.8.

Dotis ſatisfactio præſumitur in matre, quæ tutelam filiorum adminiſtrauit, nullo confecto inuentario, dec. 166. n.17.decl.vt n.21. & ſeq.

Dotis ſpeciale eſt, vt eius reſtitutio retardetur exceptione adminiſtrationis bonorum viri tamquam illiquida, non docto de quantitate bonorum ad eius munus peruentorum, dec.166.n.23.

Dubium particulare ſuper fructibus, damnis, & intereſſe diſputare non eſt neceſſe, quia ineſt diſputationis negocij principalis, à quo dependent, dec.242. num.8. decl. vt num.10.

Dubia ſuperflua diſputare Conſtitutiones Rotales non arctant, dec.242 num.9.

E

Eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ, dec. 158. num. 7.

Eccleſia hæres non tenetur inuentarium conficere, tamquam in ea ceſſent fraudes dec. 162. n. 16.

Eccleſia acquirendo, poteſt ſub hypotheca generali obligare ſua bona vti non comprehenſa in prohibitione alienandi bona Eccleſiaſtica, ſecus in hypothecaſpeciali, dec. 172. nu. 2.

Eccleſia, quæ adiuit hæreditatem lucroſam, ſed ære alieno grauatam, an dicatur ſeſe ſponte in neceſſitatem conieciſſe. dec. 172. num. 36.

Eccleſia habens dominium in parte Prædij communis cum layco pro indiuiſo. illud habere dicitur in qualibet gleba totius Prædij. dec. 186. nu. 4.

Eccleſia bona emere, & pecunias ad ſe ſpectantes in eam cauſam ſoluere abſque Beneplacito Apoſtolico non eſt prohibitum, deciſ. 241. num. 1.

Eccleſiæ tantum vtilitas attenditur in licentia illius bona alienandi, dec. 241. num. 2.

Eccleſia nomine quilibet de populo poteſt poſſeſſionem adipiſci, deciſ. 205 num. 13.

Eccleſiarum bona ſtabilia alienari non poſſunt abſque Beneplacito Apoſtolico, dec. 162. n. 16.

Lim. vt nulla requiratur ſolemnitas in alienatione neceſſaria ad ſoluendum æs alienum contractum, puta alicuius hæreditatis aditione, d. dec. 162 nu. 14.

Eccleſiaſtica libertatis in materia vmbra etiam præiudicij euitari debet, dec. 193. nu. 22.

Ægidiana non habet locum contra perſonas Eccleſiaſticas, dec. 138 n. 15. Lim. vt nu 6.

Ægidiana prohibens in poſſeſſorio appellationem ſeruatur regulariter etiam in Curia Romana, dec. 138. n. 16.

Ægidiana non diſponit, minores ſine ſolemnitatibus poſſe cum mulieribus contrahere. dec. 216. nu. 9.

Ægidianæ non eſt locus, iniuſta exiſtente ſententia, deciſ. 246. num. 1. dec. 186. n. 6. vel nulla, d. dec. 186. n. 6.

Ægidianæ non eſt locus in bonis emphyteuticis Eccleſiaſticis, dec. 186. num. 1. Ampl. vt ibid. & n. 2. & ſeqq.

Ægidiana poteſt eſſe locus reſpectu alicuius corporis, & non alterius ex comprahenſis in eadem ſententia, deciſ. 186. num. 5.

Electio facienda per debitorem, ab eodem in termino non facta, transfertur in creditorem, dec. 198. n. 19.

Electio pro facta habetur à creditore, prout ſibi magis expedit, ſtante in eligendo debitoris mora. deciſ. 198. num. 21.

Electionis ad effectum in quam cauſam ſolutio cedat, ſufficit mandatum generale, dec. 200. n. 8.

Eligere poteſt emptor, & conuentus ad contractus, ſeu ſubhaſtationis, & adiudicationis reſciſſionem ex læſione, an velit pretium iuſtum ſupplere, vel rem reddere, precio reſtituto, dec. 232. n. 14.

Emens nomine proprio, & de proprijs pecunijs ſibi vere quærit. dec. 179. nu. 36.

Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & filijs eſt ex pacto, & prouidentia, deciſ. 230. num. 1.

Emphyteuſis ex pacto, & prouidentia an tranſeat in fiſcum, ſtante facultate alienandi, & in extraneos diſponendi remiſſiue. deciſ. 230. num. 4.

Emphyteuſis ex pacto, & prouidentia deuolutio non admittitur in præiudicium filiorum ex delicto patris, niſi ſit circa ipſum contractum, veluti per non ſolutionem canonis, alienationem abſque licentia, & huiuſmodi, dec. 230. nu. 2. Lim. vt num. 5. 6. & 10.

Emphyteuſi finita datur Domino directo manutentio in vim poſſeſſionis ciuilis pro recuperatione naturalis exiſtentis penes hæredem inueſtiti, dec. 123. num. 13.

Lim. vt detur hæredi ſi ſit dubium, an emphyteuſis ſit finita. d. dec. 123. numero 15.

Emphyteuta ex Statuto Bononiæ non cadit ob canonem ſolutum, quamuis in inueſtitura ſit iuramentum appoſitum, dec. 207. num. 16.

Emphyteutica bona an abdicentur à filijs ob delictum patris proditoris patriæ, & applicentur fiſco eſt ardua quæſtio, dec. 230. num. 3.

Emptio facta per Præſidem Collegio non conuocato, non tenet, dec. 163. n. 3. Lim. vt ibid.

Emptio probatur ex apocis priuatis à teſtibus ſubſcriptis, dec. 147. num. 12.

Emptio iuſtificat poſſeſſionis titulum, dec. 147. nu. 13.

Emptionis contractum habet præſumptionem vtilitatis, dec. 172. num. 21.

Emptionis contractus poteſt non eſſe vtilis, ſed læſiuus tam reſpectu venditoris, quam emptoris, deciſ. 172. nu. 24.

Emptor cum pacto de retrouendendo facit vti dominus fructus, & omnes acceſſiones ſuas reluitionis tempore pendente, dec. 141. num. 4.

Emptor rei retractui ſubiectæ cum titulo, & bona fide fructus ante retractum facit ſuos, dec. 141. num. 5.

Emptor obligatus ſoluere, vel debita in ſe accollare habet electionem, dec. 155. n. 8.

Emptor, non ſoluto pretio, tenetur ad fructus recompenſatiuos ad rationem quinque pro centenario, deciſ. 180. num. 10.

Emptor non tenetur ad maiorem defenſionem, quam venditor principalis, & neceſſarius defenſor ſemper citatus fuerit, dec. 208. num. 12.

Enunciatio facta in ſubhaſtatione, & deliberatione non præiudicat non interuenientibus, dec. 181. n. 15.

Enunciatiua conſenſus, & aſſignationis in dubio intelligitur de eo, & ea, de quo, & qua conſtat, dec. 234. nu. 5.

Enunciatiua mandati nulli, & iniuſti non probat, deciſ. 234. num. 4.

Enunciatiua mandati de immittendo an, & quomodo probet, dec. 205. n. 5 & 6.

Epiſtola probat contra ſcribentem, dec. 179. nu. 13.

Epiſtola vt probent debitum contra ſcribentem, debent continere explicitam promiſſionem, non ſufficiunt verba vrbana, ſeu curialia, dec. 233. n. 6.

Æqualitas in iudicio ſeruanda eſt, dec. 141. num. 8.

Æquitas, rigore iuris omiſſo, ſequenda eſt inter mercatores, dec. 160. num. 6.

Error Extractiſtæ non debet parti nocere, dec. 143. n. 2.

Error calculi in aliquibus præſumitur etiam in reliquis. dec. 189. num. 23.

Error nominis in citatione quando non vitiet, deciſ. 211. num. 11.

Æs alienum quando dicatur contractum in vtilitatem Eccleſiæ, dec. 163. nu. 9.

Æs alienum contrahere ſi permiſſum fuerit ex cauſa neceſſaria, permiſſio non comprahendit neceſſitatem, in qua quis ſponte ſeſe conijcit, dec. 172. num. 35.

Æs alienum præfertur legatis, dec. 177. n. 23.

Æs alienum fideicommittentis non probatur ex aſſertione hæredis, & alienantium, ſeu contrahentium, deciſ. 185. num. 8.

Æſtimatio minor inter plures eligi debet ad conſtituendum valorem rei, dec. 151. n. 5.

Æſtimationis rei æquior ratio haberi non poteſt, quam per ſubhaſtationem, dec. 151. nu 2.

Euicta re creditori adiudicata, reuiuiſcant illius iura, ſi fuerit proteſtatus, dec. 136. n. 19.

Euicta re empta à tertio ſub haſta, iura creditoris per ſolutionem extincta non reuiuiſcunt, dec. 136. n. 18.

Euictio, quæ prouenit ex natura rei, non debetur, niſi promiſſio ſit ampliſſima, dec. 162. n. 6. 7. & 10.

Euictio

Digitized by Google

Euictio promiſſa dicitur, vbi quis ſe obligauit ſuſcipere in ſe omnem litem, dec.162.n 8.

Euictio quo prouenit ex natura rei, quando debeatur à venditore, dec.162.n.9.10.& 11.

Euictio ſequuta de Officio, & eius mobilibus, debetur pro omnibus, dum vnica omnium fuit venditio, & promiſſio, dec.162.num.21.

Euictio à tertio poſſeſſore à ſe ipſo quando fiat, deciſ. 239. num.17.

Euictionis actioni non eſt locus ex immiſſione creditoris, dec. 123.num.9. *Lim.vt n.*19. Sublim. vt n.11.

Euictionis tempus attenditur reſpectu intereſſe, dum agitur actione ex empto, ſiue melior, ſiue deterior res facta ſit dec.162. num.20.

Euictionis promiſſio reſtricta ad certas perſonas, & caſus non comprahendit perſonam, & caſus non expreſſos, dec. 208.num.3.

Euictionis promiſſio intelligitur de valida, & iuſta, dec. 108. nu.10.

Euictionis ſtipulatio quid importet, deciſ.247.n.81.

Euictionis promiſſioni factus eſt locus, & commiſſa eſt ſtipulatio ex cenſus reſolutione. deciſ.124.num.2.

Euictionis promiſſioni vt ſit locus, ſufficit, quomodocunque nomen ceſſum euictum, & oblatum ſit, dec.124.n.5.

Exactio poſt inhibitionem dicitur attentata & non conſtituit exigentem in quaſi poſſeſſione exigendi manutenibili, deciſ.201.num.4.

Exactionem quem distuliſſe per longum temporis ſpatium, quando non ſit veriſimile, & faciat præſumere, creditum non eſſe verum. dec.243.num.10. & 11.

Exceptio iuris tertij in ſummariiſſimo iudicio non admittitur, dec.181.num.11.

Exceptio iuris tertij allegari poteſt, quando ius tertij eſt ipſo iure excluſiuum iuris agentis & redditur ratio, dec.190. num.10.

Exceptio de non iure agentis allegari ſemper poteſt, deciſ. 190.num.11.

Exceptiones additæ turbidæ ex deciſionibus deſuper emanatis reijci debent ad petitorium, non ſunt diſcutiendæ in poſſeſſorio, dec.201.n.11.

Exceptio fideicommiſſi dotis, vel donationis quando non impediat proceſſum ad vlteriora in executione, deciſ. 224. num.10.

Excipere non poteſt de non adimplemento ille, cuius non intereſt, dec. 186.num.28.

Exceſſus in ſubbaſtatione non conſideratur, ex quo non fuerit habita ratio fructuum medio tempore inter triennium, quo non præſumuntur conſumpti, perceptorum, dec.126. num.18.

Exceſſus executionis probandus eſt ab eo, qui illum allegat, dec.185 num.13.

Exceſſus in ſumma crediti reddit deliberationem iniuſtam, illo probato. deciſ. 218.num. 4. & 5.

Exceſſus vt euitetur ſunt verba interpretanda, dec.218.n.9.

Exceſſus excluditur ex non impugnatione paritatum productarum præuia citatione, dec. 218.n.13.

Exceſſus efficit adiudicationem nullam, etiam ſi ſit in minimo. dec.219.n.2.& 3.

Exceſſus adiudicationis executa in parte reddit illam nullam in totum, deciſ.219.n.3.

Exceſſus adiudicationis ſi ſit dubius, non poteſt ex hoc capite illam paſſus prætendere manutentionem, ſecus ſi ſit euidens, & clarus. dec.219.num.15.& 16.

Exceſſum allegans agnoſcit veritatem crediti, deciſ. 166. num.14.

Excuſſio formalis quando non ſit neceſſaria ad probandam inexigibilitatem, deciſ.182.num.2. & 3.

Excuſſionis exceptio non admittitur in obligatione Camerali, deciſ.130.num.7.

Executio cœpta dicitur per relaxationem mandati executiui dec.224.num.1.dec.228.nu.ſeu *executorialium, & etiam ſi ad actualem pignorum captionem deuentum non ſit*, d. dec.228.n 5.

Executio cœpta non retardatur per ſubſecutam reſtitutionem in integrum, dec.228.n.4.

Executio cœpta per mandati relaxationem ritè, & rectè peracta, debet præuio vlteriori proceſſu terminari, deciſ. 237.num.2.

Executio cœpta non poteſt contra tertium poſſeſſorem exerceri, niſi præuia actione reuocatoria, & quare, dec.142. num.3.

Executio, & deliberatio cum mandato contra bona hæreditaria alicuius facta ſuper bonis poſſeſſis per fratrem in vim diuiſionis non tenet, vti facta in re, quæ non erat hæreditaria, dec.144 num.7.

Executio fieri poteſt contra tertium qui bona debitoris nulliter auctoritate propria occupauit lite pendente, dec.146. num.6. *Ampl.vt n.*9.

Executio fieri poteſt contra tertium in quem lite pendente bona fuerunt alienata abſque nouo proceſſu, vnica citatione præmiſſa, dec.154 n.1. *Ampl.vt n.*7.

Executio quando fieri non poſſit contra tertium, in quem lite pendente facta eſt alienatio, dec.177. num.13.

Executio à Iudice fieri non poteſt in bonis extra illius territorium exiſtentibus, dec.157.n.4.

Executio ſuper locis Montium Vrbis nec à Iudice Romanæ Curiæ demandari poteſt abſque licentia Theſaurarij, dec. 157.num.5.

Executio ad inſtantiam, & pro credito venditoris fieri poteſt contra Eccleſiam emptricem ſuper bonis venditis tantum, non ſuper alijs, tamquam non potuerint alienari, nec obligari abſque Beneplacito Apoſtolico cum ſolemnitatibus requiſitis, dec.158.num.9. *Decl.vt num.*10.& 17.

Executio non retardatur exceptione non implementi in ſeparato inſtrumento contenti, dec.159. n.2.

Executio fieri poteſt pro tota ſumma, quamuis eſſet in facultate debitoris illius partem ſoluere in bonis, dum ea facultate vti velle non declarauit, & quare, dec. 159. num.3. & 4.

Executio fieri debet ſeruato ordine l.à Diuo Pio s. in venditione, ff.de ſent.& re iudic.dec.259.num.9 *Lim.vt nu.* 10.& 11.

Executio facta in die feriata non tenet, dec.161.nu.1. *Contrarium*, & *Decl.num.*3. & 4.

Executio cum mandato diuerſo à reſolutione Rotæ eſt nulla dec.161.num.5.

Executio contra Moniales hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, vel etiam ſine non poteſt fieri in bonis proprijs, nec eæ vltra vires grauari poſſunt, nec in obolo, dec.162.n.15. *Lim.vt n.*18.

Executio exceſſiua etiam in obolo vitiatur in totum, deciſ. 162.nu.19.

Executio pro debito contra Monaſterium fieri poteſt tam ſuper fructibus, quam ſuper locis Montium, dec.163.num. 15 & 16.

Executio nulla eſt facta in die, qua cadebat citatio pro relaxatione mandati, dec.183.n.2.

Executio ex cauſa fieri poteſt ſuper alia re, quam petita, præuia ſummaria talis cauſæ cognitione, & in eiuſdem rei æſtimatione, ſaltem donec fiat reſtitutio rei petitæ, dec.164.num.5. & 6.

Executio ſententiæ vbi petitur coram eodem Iudice, non eſt opus noua litis conteſtatione, ſed ſufficit qualis petitio, dec.164. num.15.

Ampl.vt idem ſit quando proceditur ſummariè, d.deciſ. 164.num.16.

Executio facta in alijs bonis, quam debitoris, & exceſſiua eſt reuocanda, decis.167.num.1.

Executio exceſſiua reſpectu executionis, non ſententiæ, vel mandati ſuſtinetur pro rata debita ſuper bonis viri debitoris, dec.167.num.10.

Executio & ſubhaſtatio facta poſt inhibitionem eſt attentata, & reuocanda, decis.175. num.1.

Executio ſi ſuſtineri non poſſit ex defectu mandati procuræ, poteſt ex proprio intereſſe illius, qui interuenit, dec.177. num.5.

Executio non poteſt fieri contra poſſeſſorem non citatum, nec condemnatum, decis.177.n.11.

Executio in actione reali fieri poteſt contra eum, in quem facta eſt alienatio poſt litem motam ſine nouo proceſſu, dec.177.n.14. Ampl.vt n.15.

Executio vt recta via fieri poſſit contra tertium in quem lite pendente facta eſt alienatio, an requiratur eius ſcientia, dec.177.num.15. & 19. vbi, quod hæc ſcientia probatur coniecturis, & iudicijs.

Executio in actione perſonali permiſſa eſt contra tertium, in quem in fraudem facta eſt alienatio, ad eam iam cœptam, vel imminentem retardandam, decis. 177. num. 16. Lim.vt num.17.

Executio in annuis præſtationibus fit eodem modo, quo in immobilibus, dec.219.n.6.

Executio iniuſtè facta per Iudicem à quo reuocari poteſt à Iudice ad quem etiam per viam attentatorum, dec.221. num.9.

Executionis actu contra aliquem vti poſſeſſorem probatur illius poſſeſſio, dec.178. num.5.

Executioni qui conſenſit, non eſt amplius audiendus, decis. 198.num.14. Ampl. vt n.15.

Executionem petens pro debito exercere videtur actionem perſonalem, decis.247 num.28.

Executiuè agi non poteſt contra tertium poſſeſſorem, decis. 126.num.8.& 11.165.nu.1.decis.171.num.1.& 3.dec.224. n.3. Lim.vt num.13.

Executiuè abſque actione reuocatoria agi non poteſt contra tertium, qui in fraudem cœpta executionis rei ſubbaſtationem, & poſſeſſionem obtinuit, decis.142. numer.1. & 5. Decl.vt num.7.

Executiuè agi non poteſt contra tertium non citatum in primo iudicio contra principalem debitorem, decis. 150. num.2.

Lim.niſi ſit tertius, qui cauſam habeat à debitore, & in executione citetur, d.dec.150. n.3.

Executiuè procedi poteſt, & abſque nouo proceſſu contra tertium, in quem ſcientem lite pendente alienata fuit res litigioſa, dec.165.n.3.& 9.

Executiuè procedi non poteſt contra tertium, in quam per viam iudicialis ſubbaſtationis, & deliberationis tranſiuit res litigioſa, dec.175. num.12.

Executiuè validè proceſſum dicitur contra tertium, qui in toto iudicio citatus fuit, & litem ſuſtinuit per tres ſententias, & paſſus fuit in cauſa procedi vſque ad citationem ad videndum deliberari, quamuis ex alio titulo poſſideret, decis.167.num.13.

Executiuè in vim obligationis cameralis quando procedi poſſit contra tertium poſſeſſorem. dec.206. nu.2.3. & 4.

Executiuè non poteſt agi contra tertium ſed agi debet ordinariè, dec.225. num.2.

Executiue contra tertium ſignanter procedi non poteſt præcedente ex cautela Angeli proteſtatione de non exequendo, dec.224. n.4. Decl.vt n.9.& 11.

Lim.niſi exceptio ſit turbida, & illiquida, d.decis.224.nu. 5.& 9.

Executiuè agi non poteſt contra tertium, in quem lite pendente facta eſt alienatio ex cauſa dotis, ſiue litem ſciverit, ſiue non, dec.240.n.4. Lim.vt n.13.

Executoris relatio adminiculat dicta teſtium, dec.185.n.16.

Executoris relatio non emanata in actu executionis, ſed ex interuallo, & ſuper actu de præterito non valet, decis.131. num.10.

Executori referenti, penes quem bona reperierit, creditur, dec.147.num.5.

Executori creditur atteſtanti, ſe executionem feciſſe ſuper bonis vti hæreditarijs alicuius, ſeu ad debitorem ſpectantibus, tamquam deponenti de re eius officium concernente, decis.167.num.4.& 5.

Executori non creditur circa ſolemnitates ſubhaſtationis, & alia ſimilia ad eius officium non pertinentia, decis. 167. num.10.

Executori creditur referenti circa alienationem bonorum in tertium poſſeſſorem, dec.195.num. 23.

Executori, & Bagliuio creditur referenti executum fuiſſe in bonis hæreditarijs de contrario non conſtito, decis. 238. num.1.

Exhibitio conſenſus, ſeu titulis inſufficientis excludit exiſtentiam alterius melioris ad executionem, & ſubbaſtationem, retardandam, dec.234. num.18.

Exhibitionis ad effectum deueniri poteſt etiam ad capturam pignorum, dec. 242.n.21.

Exhibitionem librorum, qui petit ab vno ex hæredibus, probare debet, eoſdem ad eum deueniſſe, decis. 242.num.17. Decl. vt num.28.

Expenſas reficere parti non tenetur, qui validum fecit proceſſum, dec.160.n.6.

Expilationis hæreditatis actio non datur contra hæredem, ſed hæredi contra alios, dec.195. n.12.

Expulſionis colonorum loco ſufficit eorum recognitio, decis. 226.num.3.4.

Extenſio facta cenſetur cum eiſdem qualitatibus diſpoſitionis extenſæ, dec.216.n.10. Ampl.vt n.11.

Extenſio priuilegij ad alias perſonas illud priuilegiato non tollit, dec.216.num.6.

Extraneum obligare quis non poteſt, dec.247.num.10.

Extrema neceſſaria ad obtinendum in ſpolio iudiciali quæ ſint, dec.215.num.9.

F

FActum Iudicis factum dicitur debitoris, decis. 127. num.11.

Facta pro infectis haberi non poſſunt, decis.173. n.19.

Facultas in venditione reſeruata capiendi poſſeſſionem propria auctoritate operatur, vt poſſit etiam contra tertium poſſeſſorem executiuè agi, dec.128. num.14.

Falſitatis ſuſpicio quando non attendatur, & ceſſet, dec.134. num.7.

Feriata dies non præſumitur, ſed iuridica, niſi contrarium probetur, dec.161.nu.2.

Fideicommiſſario an, & quare detur immiſſio in bonis ſubrogatis, decis.192. nu.15.

Fideicommiſſum non inducitur ex deciſione Rotali illud firmante, ſed requiritur ſententia in iudicatum tranſacta, decis.181.num.14.

Fideicommiſſum reintegrandum eſt ex hæreditate grauati, qui alienauit, dec.191.num.11.

Fideicommiſſum ad effectum impediendi contra tertium executionem probatur leuioribus probationibus, dec.115. num.7.

Fideicommiſſi exiſtentia, illiuſque purificatione ad fauorem petentis, bonorum identitate, & poſſeſſione fideicommittentis de opere obitus, & Rei conuenti de præſenti probatis, locus eſt immiſſioni, vel ex ſaluiano, vel ex remedio l.fin.dec.178.num.1.dec.189.num.1.

Fideicommiſſi exceptio ad impediendum ſaluianum requirit

quirit probationem fideicommiſſi, & identitatis in continenti, deciſ.186.num.16.

Fideicommiſſi bona non poſſunt per creditorem grauati poſt illius mortem retinere in vocatorum praiudicium, deciſ. 189.num.16.

Fideicommiſſi bona diſtrahi poſſunt pro ſoluendo ære alieno teſtatoris prohibitione non obſtante. deciſ.191. numer.12. Ampl.vt n.13.14.& 16.Reſtringe vt nu.17.20.& 24.

Fideicommiſſi bona alienari non poſſunt pro conſtituendo, vel reſtituendo dotis augumento, dec.240.num.8. dec. 235.num.5.

Fideicommiſſo aſcendentis bona ſubiecta, & alienari prohibita diſtrahi poſſunt pro dotis reſtitutione, bonis liberis non exiſtentibus, deciſ. 235.num.2.Ampl. vt num.3 & 4.

Fideiuſſor cenſus agere poteſt de illius extinctionem in vim obligationis facta debitori ex interuallo, non colluſiuè, dec.210.nn.4. Decl. vt nu.5.

Fideiuſſor dicitur intereſſe habere ſecundario, dec.210.nu.8. Decl.vt num.9.

Fideiuſſor, qui totum ſoluit, repetit à confideiuſſore dempta rata, dec.136.n.12.& 27.

Fideiuſſoris obligatio ex forma prouiſionum Bononiæ importat, quod bona tradantur libera, dec.223 n.12.

Fideiuſſoribus an ſuffragetur ſtipulatio pro omnibus quorum intereſt in obligatione Camerali contenta, deciſ. 210. num.6.

Fideiuſſores ſi ſint plures, ſinguli tenentur inſolidum, dec.136. num.6.

Fides Baiuli extraiudicialis, & non recognita non probat in Rota, dec.222.nu.7.

Fides mala inducitur conteſtatione litis, & etiam ante, dec. 173.num.4.5.& 8.

Fides mala de iure Canonico non purgatur ſolo temporis curſu, dec.173.n.20.

Fides mala ſemel contracta durat in omnibus, & quare, dec. 173.n.32.& 33.

Fidei malæ effectus ob litis conteſtationem, & ad fructu acquiſitionem, ceſſare videtur ex negligentia actoris in proſequendo litem, & quare, dec.173.num.7.8. & ſeq. & num.12.& ſeqq. Ampl.vt num.13.& 16.Contrarium num. 18.& ſeqq.

Filius emancipatus aſſerens bona proueniſſe à patre, ſed ſibi fuiſſe donata, tenetur hoc probare, ſiue agat, ſiue conueniatur, deciſ.205.n.29.

Finis litibus imponitur per proceſſum ad vlteriorem, & perfectam executionem, deciſ. 224.num.2.

Fraus conſiderari non poteſt, vbi factum Iudicis interuenit, dec.165.num.13.

Fraus, & concluſio probetur coniecturis, dec.240.n.15.

Fructus bonorum Eccleſiaſticorum ad effectum ſatisfaciendi creditoribus poſſunt capi, & diſtrahi, ſicut alienari, & obligari ſine Beneplacito Apoſtolico, dec. 158. numer.11. & 12. Aliàs impediretur commercium, vt numer.13. Ampl.vt n.14 & 15.

Fructus bonorum Eccleſiæ, quæ ſuperſunt vltra alimento neceſſaria, debent in vſus Eccleſiæ erogari, deciſ.158. nu.16.

Fructus, & bona Eccleſiæ non poßunt per Rectorem, & multò minus per Adminiſtratorem vltra triennium obligari, dec.168.n.4. Decl.vt ibid.

Fructus an debeantur, non attenditur, quid ſit in ſolutione, ſed an ſpecies ſit in obligatione, dec.156.nu.11.

Fructus debentur ex ſpecie actione perſonali petita, dec.156. nu.15.

Fructus debentur à die mota litis etiam in Iudicio ſpolij, ſi illud non ſit violentum, nec attentatum, & fructus veniant acceſſorie ad rem petitam, ſecus ſi principaliter, & quare, deciſ.173.nu.1. & 5.

Fructus bona fidei etiam poſſeſſor reſtituere tenetur, ſi ij non ſint conſumpti, vel ipſe ex illis factus fuerit locupletior, dec.143. nu. 11.

Fructus melioramentorum debentur melioranti, deciſ.131. num.23.

Fructus vti acceſſorij, & appendices rei petitæ non debentur, niſi à die mota litis, dec.143. num.3.

Lim. ſecus vbi fructus petuntur vti ſors principalis, & principaliter debiti, & quare d. dec.143. n.4.& 5.

Fructus percepti mala fide debentur etiam reſpectu temporis ante motam litem, dec.143.n.10.

Fructus ſequuntur dominium, dec.156.num.4.

Fructus, vbi bona ſunt in obligatione, veniunt in auocatione bonorum reſtituendi vti acceſſorij, ſed ſi bona non ſint in obligatione, veniunt à die immiſſionis, deciſ. 156. num.12.

Fructus in auocatione rei fructiferæ, quæ erat in obligatione, veniunt à die mota litis, ſed quando in obligatione eſt pecunia, & in facultate ſoluendi res fructifera, fructus non debentur, dec.156. nu.13.

Fructus recompanſatiui ſolui debent venditori pro pretio, ſeu illius rata non ſoluta ex æquitate, dec.158.nu.6.

Ampl.etiam ab Eccleſia, d. dec.158.n.7.

Ampl.etiam lite pendente, d.deciſ.158. n.8.

Fructus recompenſatiui debentur ab emptore, qui habuit rei poſſeßionem, quamuis ipſe noluerit deinde percipere eiuſdem fructus ſecus ſi percipere non potuerit culpa venditoris dec.158.nu.20.& 21.

Fructus qui in condemnatione veniunt acceſſoriè debentur officio Iudicis mercenarij, actioni de ſeruiente, ratione moræ & malæ fidei, deciſ.173.num.3.

Fructus fundi cenſiti cenſentur ſufficientes pro ſolutione fructuum cenſus, deciſ.177.n.22.

Fructus in omni iudicio debentur à die mota litis, à quo incipit mala fides, vſque ad poſſeſſionis relaxationem, & maxime in hypothecaria, dec.180.n.1.3.& 6.

Fructus poſſeſſor à die mota litis conſeruare tenetur ad effectum in caſu ſuccumbentiæ reſtituendi, dec. 180. num.2.

Fructus ſtabilia reddere præſumuntur ad rationem quinque pro centenario, dec.180.num.8.& 10. Et plures, vel minores dicenti incumbit onus probandi, ibid.n.11.

Fructus percepti præſumuntur à poſſeſſore, dec.188.n.5.

Fructus crediti illiquidi non debentur, dec. 198.n.23.

Fructus ſine mora non debentur, dec.198.n.27.

Fructus domorum à quo die & quomodo liquideatur, & an habeatur ratio ſolius habitationis, dec.245.num.6.& 7.

Fructus regulariter non retrahuntur ex prædio Vrbano, nec percepti ex ſola poſſeſſione præſumuntur, niſi probetur, dec. 206. num.16.

Fructus dotis ſunt illi acceßorij, deciſ.219.num.13.

Fructus in ſpolio excepto ſpolio violento. vel attentato, non debentur, niſi à die mota litis, deciſ. 242. num. 1. deciſ. 245.num.3.

Decl.vt à d. die debeantur, qui fuerunt percepti, non qui percipi potuerunt, d.dec. 245 n.5.

Fructus in omni iudicio liquidari ſolent à die mota litis, dec.245.num.3.

Fructuum perceptorum condemnatio intelligitur à die motæ litis prout de iure, dec.242.n.11.

Fructuum condemnatio in ſpolio iudiciali fieri non poteſt niſi à die mota litis. ſed in violento à die adeptæ poſſeßionis, dec.126.n.19. dec.128.n.3.

Fructuum in acquiſitione non requiritur bona fides, ſed ſufficit, abeſſe malam, dec.126.n.21.

Fructuum liquidatio quando videatur rationabilis, deciſ.135. num.11.

Fructuum ad acquiſitionem quando idem iudicetur, vel non de pecunia inueſtienda, quod de inueſtimento, deciſ. 156.num.14.& 16.

Fructuum recompenſatiuorum ſolutio non eſt retardanda, & ſortium ſi ij ſint promiſſi cum iuramento, & obligatione camerali, & concurrat exigendi quaſi poſſeſſio. deciſ. 158.n.2 & 3.
Fructuum rei ſtabilis valor ſpatio 20. annorum æquare præſumitur rei valorem. dec. 180.nu.9.
Fructuum perceptorum quantitas probatur ex probatione ſummæ alias perceptæ, deciſ.188.nu.6.
Fructuum in taxatione quantitas probatur à ſoliuis, deciſ. 188.n.7. Lim.vt nu.8.Sublim.vt n.9.
Fructuum aſſignatio differt ab aſſignatione proprietatis, dec. 189.nu.18.
Fructibus cenſus decurſis petitis, poſſunt in ſententia comprehendi etiam decurrendi, dec. 239.nu.3.
Fundo cenſito non libero, ſed ſuppoſito fideicommiſſo, competit actio tam ad fructus cenſus loco damnatorum, & intereſſe promiſſorum, quam ad pretium, & ſortem, etiam ante euictionem, & moleſtias, vt res libera tradatur, dec. 223.n.11.

G

GEnus ſub ſe non continet niſi quæ ſunt eiuſdem naturæ, dec.172.nu.4.
Giurb. dec.62.n.11.declaratur dec. 137. num.15.
Grauamen eſt ſtricte interpretandum, dec.212.n.14.

H

HÆreditaria qualitas, vbi ab actore prætenditur, eſt probanda in iudicio etiam executiuo, deciſ.203. num. 11.
Hæreditas ſi iacet vel à pluribus prætenditur, quomodo citandum, dec.183 n.15.& ſeq.
Hæreditas, non reddita per hæredem, etiam beneficiatum ratione præſumitur ſoluendo, & hæres ad debita tenetur, dec.192.nu.16.
Hæreditas, & illius commiſſa diſtributio intelligitur, omni ære alieno deducto, dec.292.nu.17.
Hæreditatis repudiatio in animo conſiſtens ſciri ab alio non poteſt, dec.174.n.4.
Hæreditatis emptor à creditoribus cogi non poteſt, etiamſi obligetur, deciſ.247.n.68. Contr.n.99.
Hæres ſeruare tenetur fideicommiſſum in re propria à teſtatore conſtitutum pro rata fructuum ex re ſibi relicta perceptorum, deciſ. 191.n.19.
Hæres non poteſt impugnare alienationes defuncti, dec.191. n.25. Lim.vt n. 26.
Hæres pro parte pro ea tantum parte grauari poteſt, non pro integro debito hæreditario. deciſ.194.n.2.
Hæres obligatus rationem reddere creditoribus, de fructibus perceptis non debet ante redditionem pati mandatum, quantitate fructuum non liquidata, dec.194. n.5.
Hæres de quibus fructibus, & à qua die teneatur creditoribus rationem reddere, & quos lucratus fuiſſe dicatur, deciſ.194.n.6.
Hæres creditor ſine beneficiatus, ſiue non, poteſt bona fide, & præſumitur ſibi ipſi ſatisfeciſſe per imaginariam ſolutionem, dec.194.num.8. Lim.vt nu.9.Sublim.vt num. 11. & 13.
Hæres creditor ſi intendit ſibi ſatisfieri ex vniuerſitate bonorum poteſt idem id facere ſine facto Iudicis, ſecus ſi vult ſibi appropriare rem particularem, dec.194.num.12.
Hæres creditor non debet eodem tempore & bonis, & pretio priuari, dec.194.n.15.
Hæres creditor poſſidens bona fide poteſt aliquam rem eligere, in qua ſibi de eius credito ſatisfiat, dec.196.num.11.
Decl.vt tamen tutius ſit id facere Iudicis auctoritate, d.dec. 196.nu.12.
Subdecl. vt immo Iudex ſit neceſſarius, vbi alij creditores concurrunt, d.deciſ.196.n.13.
Hæres cum beneficio legis, & inuentarij tali nomine contraxiſſe dicitur, etiamſi proprium exprimat, deciſ.206.n.9. Lim.vt nu.10.
Hæres beneficiatus tranſigens ſuper bonis hæreditariis, eo nomine ſe obligare præſumitur, non proprio, dec.208.nu.1. Lim.vt n.2.
Hæres tenetur ad debita defuncti, deciſ. 213.num.5.dec.214. num.2.
Hæres adiens poſt lapſa tempora ad conficiendum inuentarium tenetur de proprio, dec.213.n.9.
Hæres eſt vna, & eadem perſona cum defuncto, deciſ. 236. num.16.
Hæres ad omnia iura actiuè, & paſſiuè ſuccedit, deciſ.236. num.17.
Hæres ad effectum executionis contra ipſius bona, & perſonam citandus eſt ad oſtendendum inuentarium, & bona inuentariata exhibenda, & reddendum rationem, dec.236. num.20.
Hæres vnus ex pluribus conueniri poteſt inſolidum ad factum promiſſum de ſui natura indiuiduum, vel vbi petitur res ab eo tantum poſſeſſa, dec.242.num.19.& 20. Decl.vt nu.22.& ſeqq.
Hæres vnus ex pluribus ita demum tenetur inſolidum, ſi rem in ſolidum poſſideat, dec.247.n.38.
Hæres, qui non confecit inuentarium, tenetur vltra quantitatem contentam in ſua quota, dec.247.n.41.& 51.
Hæres adeundo confirmat omnia à defuncto geſta, & obligatur, deciſ.247.n.43.
Hæres non poteſt impugnare factum, & venditionem defuncti, dec.140.num.14.
Hæredi quando debeatur manutentio ex poſſeſſione defuncti, deciſ.179.num.4.
Hæredi conuento à creditoribus pro reſtitutione hæreditatis competit exceptio retentionis ratæ æquiualentis eius credito legis miniſterio, & præſumptione ſibi ſoluto, ad ſe ſpectantis iure dominij, dec.194.nu.14.
Hæredi licitatoris de adepta poſt ipſius mortem poſſeſſione non docenti non competit manutentio, deciſ.227.numer.1. & 8.
Hæredi vni ex pluribus ſoli ſtipulari non poteſt in ſtipulationibus dandi, dec.247.n.4.
Hærede primo inſtituto repudiante fit locus ſubſtituto, deciſ. 174.num.3.
Hæredes habent iuſtam cauſam ignorantiæ debiti defuncti, dec.211.n.10.
Hæredes plures tenentur pro virili ad legati ſolutionem in actione perſonali, dec.229.n.1.& 3.
Hæredes ſine inuentario tenentur in ſolidum ad hæreditaria debita, deciſ.236.n.1.
Hæredes eiſdem teneutur actionibus, quæ contra defunctum competebant. deciſ.236.n.15.
Hæredes adeundo ſe obligant, & quaſi contrahunt cum creditoribus. dec.236.n.30.
Hæredes perſonam defuncti repræſentant, dec.247.nu.1.
Et tenentur ſtare illius contractui, non ſecus ac ipſe, d.dec. 247.num.2.
Decl.pro hæreditariis tamen portionibus, & vt quilibet, & quoad aliorum portiones reputetur extraneus, d. dec. 247.n.3.31.& 84.
Hæredes vltra portiones hæreditarias conueniri non poſſunt, deciſ.247. numer.6.& 13.Lim.vt numer.14. Sublim. vt num.15.
Hæredes plures an poſſint à teſtatore in ſolidum obligari, dec.247.n.7.& ſeqq.22.& 31.
Hæredes tnentur in ſolidum in obligationibus indiuiduis, dec. 247.num.16.& 19. Decl. vt n.20.21.& 30.

Hæredes tenentur in ſolidum in actione hypothecaria, deciſ. 247. num. 23. & 25. Declar. vt num. 27. 30. 32. 35. & 42.

Ampl. etiam in mandato executiuo ab A. C. contra vnum relaxato, d. deciſ. 247. num. 24 & 25. Decl. vt numer. 27. & 30.

Hæredes ſui ipſo iure exiſtunt, ſeu apparent abſque aditione, ſed vt conueniri poſſint neceſſaria eſt immixtio, dec. 247. n. 48. Decl. vt n. 49.

Hæredes abſque inuentario, vel cum deſcriptione, nulla adhibita ſolemnitate, tenentur in ſolidum, deciſ. 247. n. 50. & 89. Decl. vt n. 41. 51. & 53.

Hæredes conſtituendo procuratorem, non intelliguntur ſe in ſolidum obligari, ſed pro portionibus tantum hæreditariis, dec. 247. n. 61.

Hæredes facere non poſſunt, vt æs alienum teſtatoris inter eos diuidatur pro portionibus hæreditariis, deciſ. 247. num. 67.

Hæredum ex perſona non mutatur obligationis conditio, etiamſi ſit executiua, dec. 236. num. 19. dec. 247. num. 18. 26. & 92.

Ampl. vt nu. 29. Lim. vt n. 31.

Hæredibus conuentis præfigendus eſt terminus ad eundum hæreditatem, & ſunt ij citandi ſub propriis nominibus, dec. 174. num. 6.

Hæredibus debitoris mora, vel contumacia adſcribi non poteſt, niſi præuia citatione, dec. 211. n. 9.

in Hæredes tranſeunt iura omnia defuncti actiua, & paſſiua, dec. 224. num. 6.

Hypotheca ſecundi creditoris reſoluitur ex venditione pignoris facta per primum creditoris iure, deciſ. 127. nu. 6.

Hypotheca pro dote præfertur hypothecæ pro melioramentis, dec. 138 num. 13.

Hypotheca, vel pignus non eſt titulus habilis ad fructus acquirendos, dec. 156. num. 17.

Hypotheca ſpeciali prohibita, non intelligitur prohibita generalis pro obſeruatione contractus, dec. 158 n. 19.

Hypotheca generalis per ſe ipſam nihil ſapit alienationis, cum per eam non transferatur ius aliquod in re, deciſ. 172. num. 3.

Hypotheca generalis non eſt ad alienationem directè, & principaliter ordinata, ſed vt magis creditori ſit cautum, dec. 172. num. 6.

Hypotheca generalis bonorum Eccleſiæ valida eſt abſque Beneplacito Apoſtolico, dec. 172. n. 12.

Decl. vt tamen per eam non poſſit deueniri ad ſubhaſtationem bonorum Eccleſiæ, Beneplacito Apoſtolico non impetrato, & quære, d. dec. 172. num. 13. Subdecl. vt num. 28. & ſeq.

Hypotheca generalis dum producit in eſſe effectum prohibitum, & eſt illa reputanda prohibita, prout alienatio, vti cauſa efficiens actus producti non ex ſui natura, quæ poteſt ſtare, & plures alios effectus producere, quam iſtum prohibitum, dec. 172. nu. 15. & 18.

Hypotheca generalis validitas fruſtratoria videtur, dum per eam ad ſubhaſtationem bonorum Eccleſiæ deueniri non poteſt, dec. 172. n. 19.

Decl. vt ſit vtilis ad mouendum Summum Pontificem ad aſſentiendum diſtractioni, & ad agendum ſaluiano, d. dec. 172. nu. 20.

Hypotheca, & ſaluianum non cadit ſuper re, cuius dominium, vel poſſeſſio non eſt amplius apud hypothecãtem. dec. 186. n. 10. Lim. vt n. 12.

Hypotheca in extincto cenſu cõtracta non transfertur in nouum ex eadem pecunia emptum, niſi ita conueniatur, dec. 192. n. 5. & 10.

Hypotheca ad creditorem defuncti fauorem non cadit in cenſu, & re empta ex pecunia hæreditaria, deciſ. 192. nu. 6. Ampl. vt n. 9.

Hypotheca ſuper pecuniis extinguitur earum conſumptione deciſ. 192. num. 8.

Hypotheca probatur ex inſtrumento, dec. 195. nu 3.

Hypotheca probatur tum ex obligatione bonorum, tum ex obligatione camerali, dec. 210. n. 3.

Hypotheca ſub generali veniunt omnia iura, & hypothecæ in præteritum, & in futurum hypothecanti acquiſita, deciſ. 210. num. 11.

Hypotheca, præſertim dotalis præbet facultatem pignus diſtrahendi abſque alia conuentione, non conſtito de prohibitione, deciſ. 222. num. 2.

Decl. vt tamen ſit totum denunciandum debitori, & quod contrarium procederet in expreſsè data facultate vendendi, d. dec. 222. num. 3.

Hypotheca in re aliena non cadit, deciſ. 236. num. 6. Lim. vt num. 13.

Hypotheca in ipſo momento emptionis acquiritur ad creditorum fauorem, nec illis deinde præiudicare poſſunt ſubſequentes conuentiones, dec. 239. n. 20.

Hypotheca generalis in obligatione ineſt camerali, dec. 241. num. 4.

Hypotheca ſuper re alienata de conſenſu creditoris extincta non reuiuiſcit, ſi eadem ex noua cauſa ad debitorem reuertatur, ſed producitur noua ab ipſo momento nouæ acquiſitionis, dec. 248. num. 1. Contrarium, & Decl. num. 2. & ſeqq. & n. 11.

Hypotheca futurorum bonorum quando non operetur, vel remiſſa cenſeatur, dec. 248. n. 6.

Hypotheca tam ex præſentium, quam ex futurorum bonorum ſubiectione extincta dicitur ſuper re adiudicata, nec, ſi ad debitorem reuertatur vigore generalis futurorum obligationis reintegratur, deciſ. 248. num. 7. Decl. vt num. 8. & 9.

Hypotheca eſt acceſſoria ad contractum, & ſecundum ipſum regulatur, dec. 247. n. 37.

Hypothecæ. & dominij acquiſitio non datur contra abſentem, & ignorantem, dec. 150. n. 5.

Hypothecæ hypothecantis exerceri poſſunt ab illius fideiuſſoribus. & creditoribus vtiliter, vt ab illo directè, deciſ. 210. num. 12.

Hypothecam reſeruans in venditione, donec pretium ſibi ſoluatur, agere poteſt ſaluiano contra eamdem rem, deciſ. 186. num. 3.

Hypothecaria actio non tollitur niſi ſolutione, deciſ. 210. num 16.

Hypothecaria contra hæredes diuiditur pro hæreditariis proportionibus, ſicut perſonalis, dec. 247. n. 36.

Hypothecata res manet in bonis hypothecantis, deciſ. 239. num. 9.

I

IDentitas probari debet per ſpeciales demonſtrationes, nec ſufficit generalis territorij, & contratæ, deciſ. 224. numero 10.

Identitas probatur duabus demonſtrationibus, & eo magis in antiquis, dec. 178. n. 3.

Identitas in antiquis probatur indiciis, & coniecturis, de præſumptionibus, deciſ. 178. num. 4.

Identitas bonorum probanda eſt duabus ſpecialibus demonſtrationibus. dec. 186. nu. 15.

Identitas mobilium probatur, ex quo conueniant in qualitate, & demonſtratione, & etiam ſi ſint ſemilacerata, & ſemiconſumpta, deciſ. 222. n. 4.

Identitas probatur ex combinatione qualitatum, & conuenientia demonſtrationum. dec. 225. nu 3.

Identitas ex quibus non probetur, dec. 238. nu. 8.

Ignorantia hominis non impedit legis operationem, dec. 200. num. 32.

Immiſſio, ſeu rei traditio in eo, qui poſſidet, an ſit in adiudicatione neceſſaria, dec.189.n.7.
Immiſſio Iudicis nulla non priuat primum poſſeſſorem ſua poſſeſſione, dec.195. n.2.
Immiſſio quando detur hæredi in vim Statuti continuantis in eum poſſeſſionem defuncti, dec.204. n.20.
Immiſſio ex ſaluiano importat, vt immiſſus ſibi ipſi ſatisfaciat de fructibus, dec.126.num.4.
Immiſſio contra tertium non citatum concedi non poteſt, dec.144.num.8.
Immiſſionis petitio eſt poſſeſſionis excluſio, dec.217. n.2.
Immiſſionis ad effectum in ſaluiano quæ extrema ſint probanda, deciſ.241.n.6.
Immiſſionem qui petiit, factus eſt à poſſeſſione, quam antea obtinuerat, cecidiſſe, dec.201.n.12.
Immiſſus ex ſaluiano non ſibi, ſed domino poſſidet deciſ. 123.num.11.
Immiſſus ex ſaluiano tenetur ſibi ſatisfacere de fructibus, dec.138 num.3.
Immiſſus in hypothecaria poteſt procedere an ſubhaſtationem, ſecus ſi in ſaluiano, niſi cum licentia Principis, deciſ. 171.num.20.
Immiſſus à Iudice eſt manutenendus, dec.144.nu.4.
Immiſſio ex ſaluiano ſatisfacto, & rem non dimittente, competit contra eum non ſolum actio ſpolij, ſed etiam manutentio, dec.123.n.6. & ſeqq. Decl. vt n.14.
Ampl. vt ſpolium competat etiam hæredi domini, d.deciſ. 123.n.7.
Immiſſo ex ſaluiano dari poteſt manutentio pro fructibus decurſis, & decurrendis, dec.123.nu.16.
Decl. reſpectu de currendorum procedere in decurrendis pendente ſatisfactione decurſorum ſecus in decurrendis completa ſatisfactione omnium decurſorum, d.deciſ. 123.num.17.
Immiſſo auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis debetur manutentio, dec.226.n.1.
Impedimentum maius, & grauius oritur ex diſtractione, quam ex hypotheca, dec.195.n.26.
Impedimenta quando dicantur manifeſta dec.195 n.24.
Impedimenta præſtita in ſpretum inhibitionis ſunt nulla & attentata, & remouenda, dec.197.n.5. & 6.
Impedimentorum præſtitorum executioni, & ſubbaſtationi cognitio ad quem Iudicem ſpectet, deciſ.197.n.4.16.& ſeq.
Impenſæ factæ in ædificijs ruſticis an, & quando ſint reficiendæ, dec.151. nu. 10.
Impugnare quis non poteſt, quod alias approbauit, deciſ.181. num.7.
Impugnare ſubhaſtationem vti læſiuam non poteſt, qui in illius ſingulis actibus fuit citatus & non oppoſuit, dec.208. num. 11.
Inſolidum quando quis dicatur, vel non obligatus, dec. 129. n.16.& ſeqq.22.26.& 27.
Inſolidum obligati cenſentur duo, quando ad eorum alterum ſpectat negocium, quia tunc vnus eſt principalis, & alius fideiuſſor, dec.136.n.1.
Incapacitatis exceptio requirens altiorem indaginem non impedit manutentionem, dec.181.n.10.
Incluſum in venditione cenſetur, quidquid intra limites aſſignatur, niſi contrarium probetur, deciſ.231.n.3.
Inexigibilitas quomodo probatur, deciſ.182.n.1.2 & 3.
Inhibitio reſoluitur in ſimplicem citationem nec aliquid probat circa fideicommiſſum, dec.223.n.13.
Inhibitio A.C. obtenta lite pendente in Rota eſt nulla, & attentata, & ſpernenda, dec. 167.n 11.
Inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt ſeruanda, & omnia deinde geſta reddit attentata, dec.175.n.2.
Ampl. licet inhibitio ſolum parti, & non Iudici fuerit præſentata, d.dec.175.n.3.
Inhibitio ſpecialis operatur vt attentata ſint ea, quæ alias non fuiſſent, dec.175.n.7.
Inhibitio ſufficit præſentata aduerſario, vel illius procuratori, & Birruariis in actu carcerationis, vt ea inde vti attentata reuocetur, deciſ.228.n.6.
Inhibitio poſt cœptam etiam inhibitionem illam retardat, donec moderetur, deciſ.228. num.7.
Iniuſtitia notoria excludit rem iudicatam, dec.166.n.1.
Iniuſte vbi Iudex proceſſit ad executionem, & ſubhaſtationem, quæ remedia competant, dec.220.n.7.& 9.
Inſtantia de iure canonico eſt perpetua, dec. 173.nu.10.
Inſtantia ſemel perempta non reſurgit ob reſtitutionem gratioſam, ſed noua producitur, dec.173.n.17.& 28. Decl. vt nu.29. & 30.
Inſtantia perempta pereunt acta cauſæ, quæ tendunt ad litis ordinationem, non perit ius partis, deciſ.173 n.31.
Inſtantia petita manutentionis à defuncto continuatur in hæredem, dec.179.nu.3.
Inſtrumentum adeptionis poſſeſſionis alio in ea non exiſtente, probat poſſeſſionem, dec.179 n.2 dec.225.nu.6.
Inſtrumentum extractum à Subſtituto Actuarij, etſi abſque citatione partis, pene probat, dec.182. n.5.
Inſtrumentum facit probationem probatam inter contrahentes, eorumque hæredes, & ſucceſſores, dec.188.n.1.
Inſtrumenti copiæ ſi diſcordent, cui ſit ſtandum, deciſ. 182. num.6.& 7.
Inſtrumenta dotalia non habent de iure executionem paratam, dec.193.n.6. Lim. vt n.7. & ſeq.
Inſtrumenta, & iura non producta, tamquam non de actis & extra mundum, non attenduntur, nec probant læſionem, nec impediunt poſſeſſoris manutentionem, deciſ. 232. num.11.
Inſtrumenta omnia publica vt habeant executionem paratam Statuto diſponi poteſt, dec.236.n.10.
Interdictum. Quorum bonorum eſt actio perſonalis, deciſ. 165.num.5.
Intereſſe ſpeciei, illius valore non liquidato, eſt incertum, dec.130. nu.5.
Intereſſe non debetur, non probatis requiſitis Pauli de Caſtro, dec.133.num.18.
Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, ſolitis requiſitis non probatis, dec.156.n 9.
Intereſſe in quantitate eſt ſui natura diuiduum, pro vt ipſa quantitas, dec.242. n.24.
Intereſſe multum intereſt, an petitum ſit per viam executionis, & acceſſorie, conſecutiue ad factum promiſſum, & an æquè principaliter, & de differentia, deciſ.142.n.22.
Interuſuria vidua poſt annum luctus, non intercedente mora, non debentur, dec. 187.n.3.
Intimandus non eſt penultimus oblator de oblatione, quæ fit ab vltimo in Depoſitaria pignorum, & quare deciſ.183. num.8.
Intimatio non ſupplet citationis defectum, nullo præcedente decreto, dec.148. n.6.
Intimatio non ſuffragatur reproducta poſt factam deliberationem, & adiudicationem, & quare, dec.148.nu.7.
Intimatio facta ad cautelam, ſed nulliter non vitiat, dec.219. num.20.
Inuentarium in hærede fuit inuentum ad tollendas fraudes, dec.162.num.16.
Inuentarium hæreditarium non ſuppletur tutelare, dec.189. num.19.
Inuentarium præſeruat hæredem à damno, non illi commodum affert, dec.191.n.21.& 23.
Inuentarium non legitimum non ſuffragatur, deciſ. 191. num.22.
Inuentarium inducit ſcientiam, & probat contra conficientem, & ipſius hæredes, dec.233.n.2.

Inuenta-

Digitized by Google

Inuentarium ſine ſolemnitatibus requiſitis non ſuffragatur, dec.247.num.88.

Inuentarij non integri error non punitur criminaliter, ſed ciuiliter tantum, deciſ.195.num.11.

Inueſtimentum non poteſt plus præſtare, quam cautio de reſtituendo, dec.156 n.18

Inueſtitura in emphyteuſim probat titulum, dec.204.nu.5.

Inueſtitura ſecundà regulariter non præiudicat anteriori, dec.204.num.16.dec.230.n.11. Ampl.vt d.deciſ.204.nu.17. & d.dec.230.num.12.

Inueſtitura præſtat legitimum titulum præſcribendi per ſpatium 30.vel 40. annorum, dec.230.n.13.

Inueſtituram nouam petens renunciare dicitur antecedenti & eo magis ſi obtineat, dec.230.n.10.

Inueſtituram habens poſteriorem agit contra anteriorem via ordinaria, non ad immiſſionem, dec.204.num.19.

Iocalia ſeruire ſolent ad vxoris ornatum.dec.166.num.18.

Et præſumuntur penes eam fuiſſe conſtante matrimonio, eoque ſoluto retenta, niſi contrarium probetur, deciſ.166. num.19.

Iudex ritè, & rectè in ſubhaſtatione procedens priuat poſſeſſione, eamque transfert in deliberatarium, dec.162.nu.1.& 2.

Iudex ritè, & rectè procedens priuat ciuili, & naturali poſſeſſione, dec.125.num.2.

Iudex procedendo via executiua, & non ordinaria non dicitur notorie partem grauare, & ſpoliare tamquam perſona priuata, & quare, dec.126. num.13.

Iudex an ritè, & rectè proceſſerit, inquirenda ſunt tunc deducta, iuxta quæ iudicandum erat, dec.129.num.12.

Iudex nulliter procedens ſpoliare dicitur deciſ.130.n.11.

Iudex non ritè & rectè procedens poſſeſſione non priuat, niſi eiectus habeat ſe pro ſpoliato, dec.133.n.2.

Iudex nulliter, & iniuſtè procedens non priuat poſſeßione dec.144.num.9 dec.148.numer.1.& 9.deciſ.203.num.3.

Iudex pronunciare debet iuxta formam commißionis, dec.166.num.2.

Iudex alium immittens priuat primum poſſeſſorem poſſeſſione ciuili, & naturali, dec.170.n.4.

Lim.ſecus ſi nulliter, & iniuſte proceſſerit, dict.deciſ.170. num.5.

Iudex non poteſt in ſubhaſtatione habere fidem de precio, dec.199.num.17.

Iudex inferens grauamen, & iniuſtitiam, ſeruato iuris ordine, an dicatur procedere vti priuatus, vel vti Iudex, dec.220.num.10.

Iudex Executor an poßit cognoſcere de viribus inhibitionis alterius, dec.197.num.16.

Iudex Executor non cognoſcit exceptiones quoad merita, ſed quoad executionem tantum, dec.197.n.17.

Iudex Laycus non poteſt procedere contra Clericos, nec illos poßeßione priuare, niſi ſint actores, dec.196.nu.20.21. & 22.

Iudicis ſimplex præceptum ſeu mandatum non extenditur ad bona ſita extra eius territorium, niſi id exprimat, dec.197.num.2.

Iudex layci mandatum relaxatum contra plures litis conſortes, quorum vnus ſit Clericus, eſt nullum quoad omnes, dec.176. nu.5.

Iudicis deputatio probatur ex fide Notarij, dec.186 nu.7.

Iudicis iuriſdictio probatur, ex quo illam impugnans coram eo comparuerit, dec.186 num 8.

Iudicis auctoritate poßidens iuſte poßidet, dec.215. num.4. Lim. vt nu.5.

Iudicare ſpectat ad Iudicem, non ad Peritum, deciſ. 243. num.9.

Iudicium vt dicatur introductum requiritur citatio legitimi procuratoris, dec.137.nu.1.

Iudicium contra minores, & abſentes per edictum citatos non deputato curatore ad lites, & illo citato, redditur nullum, dec.242.n.12. Ampl. vt n.14.15.& 16.

Iudicium executiuum motum contra debitorem afficit etiam tertium citatum pro omni ſuo iure, & intereſſe, dec.126.num.12.

Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus, ita vt fortius liget, non in plus, deciſ.204. num.20. deciſ.247. num.82.

Iuramentum perpetuat actionem ad 40. annos, deciſ. 207. num.23.

Iuramentum tollere poteſt Papa, & Ius Canonicum, deciſ. 207.num.27.

Iuramentum eſt indiuiduum, dec.133. n.14.

Iuramento vti quis factum promiſit, cogitur præcisè obſeruare, dec.247.n.77. Contrarium n.78. Decl.vt num.79. 80. & 85.

Iuramentum in litem etiam affectionis defertur Actori, quando Reus poteſt ad aliquid præciſe compelli, deciſ. 164. nu.10.

Iuriſdictio Iudicis delegati nec de partium conſenſu prorogari poteſt, ſecus in ordinario.dec.148.num.4.

Iuriſdictione deficere dicitur in Iudice, qui ſe geſſerit vti deputatus ab A.C. de deputatione non conſtito, deciſ. 128. num.3.

Ius actori etiam ſuperueniens lite pendente inſeruit de iure canonico pro victoria. dec.159. nu.8.

Ius Canonicum ſemper attendi debet in rebus ſpiritualibus, & iis, quæ ex ſpirituali conſequuntur, deciſ. 165. num. 18.

Ius Canonicum, non Ciuile attendi debet in matrimonio, eiuſque effectibus, etiam in Terris Imperij, & præſertim reſpectu legitimationis, & ſucceßionis, dec. 165.nu.20.22. & 26.

Ius Canonicum abſolutè facit filium legitimum ex ſubſequenti matrimonio, ac ſi de legitimo matrimonio natus eſſet, & ad quemcunque effectum, ac ad ſucceßionem tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, etiam in feudalibus, dec.165.n.26.27.& 29.

Ius ceſſionis receptæ ſub proprio nomine, ſi is poſtea declarauerit, ſe nudum nomen habuiſſe, & negocium alterius geßiſſe, in eum dicitur tranſlatum, dec 129 nu.28.

Ius exequendi Iudicis auctoritate, & partium conuentione æquiparantur, dec.136 n.7.

Ius offerendi creditori poſteriori non competit contra emptorem ab anteriori creditoris iure, dec.127.num.2. & 12. & dec.222.n.8. Ampl.vt n.13 & 15.

Ius offerendi ſine hypotheca non competit, niſi offerens poſſideat, dec.127.n.7.& 43.

Ius offerendi ſecundi creditoris ſpacio 30. annorum præſcribitur, dec.127.n.16.

Ius offerendi ſecundi creditoris præſcribitur, quia non conſiſtit in ſola facultate, ſed eſt ius formatum, & competens ratione actionis hypothecariæ iam natæ, ſecus in iure offerendi nondum formato, & exiſtente in ſola facultate, dec.127.nu.17.

Ius offerendi non eſt opus deducere, non oppoſita exceptione crediti anterioris, dec.127 n.20.

Ius offerendi eſt veluti filius, & ſequela actionis hypothecariæ in libello nominatim expreſſa, illique acceſſorium, deciſ. 127.n.22.& 23. Decl.vt n 43.

Ius offerendi in Saluiano deducitur per viam replicationis, dec.127.nu.25.

Ius offerendi, quod reus excipiendo non ſit vſus, non poteſt illi negligentia imputari, ſi actor hypothecariam non propoſuerit, dec.127.n.27.

Ius offerendi, quo actor replicando non ſit vſus, non poteſt illi negligentia imputari, ſi reus non exceperit de hypothecis

hypothecis anteriorum,dec.127.num.29.Contrarium nu. 46.& ſeq.

Ius offerendi poſſeſſori per viam exceptionis competens non præſcribitur,dec.127.n.28

Ius offerendi oritur ex æquitate legis indulgenti creditori hypothecario, dec.127.n.44.

Ius offerendi poteſt in iudicium principaliter deduci in libello,vel per viam actionis,vel per viam replicationis, deciſ. 127.n.45 47.& 48.

Ius offerendi, ſi actor in libello non deduxit,eius negligentiæ imputandum eſt, dec.127.n.46.

Iuri offerendi vt locus ſit, requiritur copulatiue creditum, & hypotheca, dec.140.n.2.

Ius proprium allegare differens præſumitur non habere, dec.167.num.14.

Ius quæſitum difficilius amittitur, quam quærendum, dec. 140.num.13.

Iure ſuo qui vtitur,non poteſt dici id fraudolenter, vel doloſe facere,dec.195 nu.18.

Iuſtitia in cauſa conſtare dicitur ex deciſionibus in ea emanatis, aliquo in contrarium non oppoſito, deciſ.157. num.1.

Iuſtitia mandati probatur ex deciſionibus in cauſa emanatis, dec.237.nu.5.

L

LAncell. de attent. par.2. cap.4. in præfat. num.568.declaratur,dec.137.n.14.

Laudum,à quo eſt appellatum, non poteſt exequi, deciſ.133. nu.7. Ampl.vt num.8.in fin.& 9.

Laudum non poteſt eſſe pro vna parte obligatorium, & pro altero non, dec.198.n.3.

Laudum tollitur per tranſactionem, dec.198. nu.12.

Laudi acceptationi renunciatum dicitur ex ratificatione, & proſecutione appellationis, iniuſtitia detecta,dec.198. nu.6.

Layci poſſunt prorogare, ſeque ſubijcere iuriſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici, dec.193.nu.26.

Legatarius præfertur in bonis legantis, dec.229.nu.9.

Legatus de Latere licet poſſit Statuta condere, non poteſt aliquid ſtatuere contra Statutum à Sede Apoſtolica confirmatum, & Conſtitutionem effectum Papalem,dec. 207.num.34.

Legitimæ ſupplemento an, & quando locus ſit in eo, qui dat de inofficioſa donatione,dec.186.n.22.

Legitimæ in computatione electa præſumuntur prima corpora fideicommiſſi alienata, deciſ.189.num.17. Lim.vt num.20.& 21.

Legitimationis filiorum ad effectum ſuffragatur etiam matrimonium clandeſtinum, dec.165.n.33.

Legitimatus vt quis dicatur per ſubſequens matrimonium, requiritur probatio, matrem fuiſſe retentam à patre domi in ſchemate concubinatus, dec.165.n.15. Decl.vt n.23.& 24.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium an admittatur ad ſucceſſionem patrui,dec.165.n.25.

Legitimatus ex Reſcripto Principis an dicatur habilitatus ad ſuccedendum,dec.195.n.28.

Læſio ad effectum reſcindendi ſubhaſtationem debet eſſe vltra dimidiam, dec.128. num.20.

Læſio enormis in deliberatione non eſt ferenda, deciſ. 174. nu.15.

Læſio excluditur ex oblatione dimittendi rem, reſtituto pretio.dec.211.num.19.

Læſio reddit adiudicationem nullam.deciſ.219. nu.8.

Læſio vltra dimidiam reſcindit ſubhaſtationem, ſeu adiudicationem,& facit conſtare de illius iniuſtitia, deciſ.219. num.9.

Læſio adiudicationis debet ab allegante probari, & plene, ac concludenter de illius tempore,deciſ.219. num.26.27. & 28.

Læſio adiudicationis excluditur ex decreto, & præſentia Iudicis,dec.219.nu.29.

Læſio excluditur ex incertitudine valoris rei adiudicatæ, dec. 219.nu.35.

Læſio in ſubhaſtatione probatur, ex quo res magni valoris ſit vendita viliſſimo precio,dec.221.num.5.

Læſio in deliberatione an impediat manutentionem,dec 232. num.6.

Læſio enormiſſima reddit ſubhaſtationem ipſo iure nullam, non annullandam,dec.232.num.9.

Læſio deſumenda eſt ex valore de tempore deliberationis, & venditionis,dec.232.num.10.

Læſionis exceptio non admittitur in manutentione,ſed reijcitur ad petitorium, & iudicium reſciſſionis contractus ordinarium, dec.211.n.18.& 19.

Læſionis ad probationem requiritur probatio certi pretij,dec. 219.num.32.

Lex,& contrahentium pacta æquipollent, deciſ.236.n.8.

Lex, & Conſtitutio noua non trahitur ad præterita, dec. 207.num.36.Lim.vt n.37. Sublim. vt n.38.

L.Fæmina, §. illud, C. de ſecund. nupt. diſpoſitio quando ceſſet,deciſ.140.num.15.

Leges ne locum habeant in ſuo teſtamento nemo facere poteſt,deciſ.247.n.11.

Libelli generalitas ſuffragatur ad interrumpendam præſcriptionem quoad omnia in generalitate comprahenſa, dec. 127.num.21.

Liber probat contra ſcribentem, & eius hæredes, deciſ.160. num.1.

Licitatione ritè,& rectè facta,rei poſſeſſio tranſit in licitatorem, & ſucceſſiuè in habente ab eo cauſam, dec. 211. num.1.

Licitationes aliquando ſunt animoſæ, & vltra ſolitæ æſtimationis modum rem extollunt aliquando rei verum valorem extenuat,dec.152.num.3.

Licitator an ſupponi poſſit à creditore.dec.130.nu.14.

Licitator extraneus,quamuis creditor,ſeu eius hæres, non eſt ex nouiter condemnandus ad reſtitutionem rei, & fructuum, ſed ſecus,ſi licitauerit vti merus creditor, vel res ei fuerit adiudicata, dec.129.n.2.5.& 6.

Licitatoris ementis bona fide oritur ex proceſſu ritè, & rectè geſto,nec ei nocet, quod in poſterum ſuperuenit, deciſ. 129.num.14.

Liquidatio pretij ſpeciei contentæ in mandato fieri debet ante executionem,ſubhaſtationem, & deliberationem rei diuerſa, dec.130.n.1.3.& 7.

Liquidatio retrotrahitur ad diem petitionis, deciſ.200. nu. 12.14.& 28.

Liquidatio eſt declaratio, dec.200. n.13.

Liquidatio retrotrahitur ad principium iudicij ad compenſationem effectum, dec.200.nu.30.

Liquidationis in iudicio an probet vnicus teſtis, dec. 245. num.9.

Liquidationi denuo faciendæ conſentiens renunciat iam factæ, dec.133.nu.15.

Liræ Florentinæ currunt etiam in Vrbe, dec.218. num.7.

Liræ pretium in Vrbe taxatur ad Baiocchos 15. deciſ. 218. num.8.

Lis cœpta dicitur per citationem, deciſ.154.n.3.

Lis mota dicitur à die reproductionis monitorij contra aduerſarium executi, deciſ.173. nu.1.

Lis quoad reum mota intelligitur à die executionis, & reproductionis monitorij, dec.245.nu. 2.

Lis ad effectum conſecutionis fructuum incipere dicitur à citatione,dec.180.n.4.Ampl.vt ibid.

Lis

Lis inchoata dicitur per inſtantiam de adimplendo, ſeu adimpleuiſſe dicendum, dec.137.n.8. Ampl.vt n 9.

Lis ſecunda non retrotrahitur ad tempus primæ, deciſ.173. num.15.

Lis extinguitur tranſactione, deciſ. 137.n.16.

Litis conteſtationis effectus porrigitur ad omnes vlteriores inſtantias in eadem cauſa. dec.173.num.34.

Litibus finis debitus imponi debet, dec.237.num.3.

Litigioſa vt dicatur poſſeſſio, & vt res non poſſit acquiri, nec in alterum transferri, ſufficit, litem motam eſſe in poſſeſſorio. dec.165.num.6.

Litigioſa dicitur res etiam in actione perſonali, in qua de ipſa re contenditur, deciſ. 240.num.2.

Litigioſum non dicitur rei dominium ex pendentia litis in remedio. Quorum bonorum, ſed bene poſſeſſio, quæ ideò in alium transferri non poteſt, & circa quam etiam conſideratur dominium, deciſ.240. num.1.

Litigioſi vitium quando non dicatur contractum, deciſ.154. num.2.

Litigioſi vitium ſola citatione contrahitur, deciſ.154.num.4.

Litigioſi vitium an contrahatur in actione perſonali, deciſ. 154.num.5.&6.

Litigioſi vitium contrahitur in actione reali, non perſonali, deciſ.165.num.4.

Loca Montium ex Conſtitutionibus Pontificiis poſſunt liberè vendi, & hypothecari, dec.168.n.1.& deciſ.163.n.16.& 17. Lim.vt num.19.

Loca Montium cadunt ſub obligatione Camerali, & poſſunt in executionem capi pro credito, dec.168.num.2.& deciſ. 163.n.16.& 17. Lim.vt n.19.

Loca Montium dicuntur mobilia pretioſa, dec.168. num.8.

Loca Montium connumerantur in ſtabilibus, dec.162.n.11.

Loca Montium Collegij Sancti Norberti Vrbis non poſſunt ex Conſtitutione Summi Pontificis vendi, aut diſtrahi ſine eius licentia, dec.168 num.12.

Decl.non procedere in caſu acquiſitionis, & quoad generalem hypothecam, d.dec. 168.num.13.

Loca Montium Communitatum poſſunt liberè alienari, & obligari, niſi aliter quoad particularia loca diſponatur, vel conueniatur, dec.172.nu.37. & 38.

Locorum Montium ceſſio, & tranſlatio quæ requirat, deciſ. 197.nu.10.

Locis Montium creditori reſignati in ſatiſfactionem crediti, dicitur facta emptio, & venditio ſoluta pecunia breui manu, deciſ.156.num.3.

Locatio ſine receptione penſionis non probat poſſeſſionem, ſecus cum perceptione, dec.227.num.3.in fin. & 6.

Locationis mentio in executione, quando eam non reſtringat, ſed denotet identitatem, dec.145.n. 19.

Locationis vltima ſumma infert ad præcedentes, & ſubſequentes annos, dec.245.nu.11.

Locationes probant locantis poſſeſſionem contra ipſum, & habentes ab eo cauſam, dec.195.num.5. Ampl. vt nu.7.

Locator retinet dominium, & poſſeſſionem, dec.153.n.5.& 13.

Locupletari quis non debet cum aliena iactura, vel longa iudiciorum defatigatione, dec.221. num.6.

M.

MAla fides nocet creditori licitanti, & eius hæredi, dec.136.num.29.

Mala fides defuncti tranſit in ſucceſſorem vniuerſalem, deciſ..210.num.32.

Mandatum de adiudicando ex ſtylo Curiæ non relaxatur in ſtabilibus cum termino, Niſi ad primam, ſed cum termino, Niſi infra menſem, dec.169.num. 10.

Mandatum non ſufficit de adiudicando, ſed conſtare debet de effectuali adiudicatione, dec.169.n.8.

Mandatum de adiudicando non æquipollet adiudicationi, dec.139.num.4.

Mandatum de aſſociando competit venditori cum pacto reſeruationis dominij, dec.153.num.7.

Ampl.etiam contra tertium, d.dec.153.nu.8.

Mandatum de aſſociando competit ratione poſſeſſionis tranſlata per conſtitutum, dec. 223.n.6.

Ampl. etiam quod ex poſt facto conſtituens deſierit ex toto poſſidere, d.dec.223.n.7.

Mandati de aſſociando extrema, deciſ.223.n.1.

Mandato de aſſociando locus eſt in vim pacti precarij ſuper bonis poſſeſſis poſt obligationem in cenſu, cuius fundus detectus fuit non liber, ſed fideicommiſſo ſubiectus, dec. 223.num.4.

Ampl.etiam contra ſingularem ſucceſſorem, ſeu poſſeſſorem, d.dec. 223.n.5.

Mandatum A. C. exceſſiuum nec pro ſumma debita ſuſtinetur cœpta iam executione. dec.155.num.1.

Mandatum exceſſiuum in parte in totum cum executione corruit, dec.131.n.1.

Mandatum exceſſiuum in parte in totum vitiatur, & ſpoliat, dec.136.n.2.

Ampl.etiam ſi exceſſus ſit in modico, dict.deciſ.136.nu.3.

Mandatum exceſſiuum ratione fructuum, & executum corruit in totum vna cum executione, deciſ.133. num.19.

Mandatum corruit relaxatum pro maiori ſumma, dec.174. num.7.

Mandatū executiuum exceſſiuum in parte remanet nullū in totum, & iniuſtū, nec eſt exequendum, deciſ.202.n.5.

Mandatum executiuum relaxatum pro maiori ſumma, quam debeatur, eſt exceſſiuum, & in totum cum executione vitiatur, dec.202. n.7.

Mandatum, vel ſententia in parte exceſſiua, ſi fuerit executioni demandata, ob illius indiuiduitatem corruit in totum, dec.229.n.2. Decl.vt n.5.6.7.& 8.

Mandatum ſi ſit iniuſtum, & executum, in nulla ſui parte ſuſtineri poteſt, dec.243.n.12.

Mandatum ex falſa cauſa relaxatum dicitur iniuſtum cum omnibus inde ſecutis, dec.221.n.2.

Mandatum quod ex deciſionibus conſtat eſſe iniuſtum, eſt reuocandum, dec.220.n.1.

Mandatum executiuum competit in vim pacti executiui, etiam ſi non ſit expreſſa clauſula guarentigia, aut obligationis Cameralis, dec.236.n.3.& 6.

Mandatum nulliter relaxatum dicitur parte non citata, dec.131.num.13.

Mandatum non poteſt relaxari pro rata inſtanti non competente, ſed alteri. dec.132. n.6. & 7.

Mandatum ſiue ad effectum ſoluendi, ſiue ad effectum deponendi loco facti non ſequuti non intrat niſi ad id, quod intereſt actoris, dec 132. n.18.

Mandatum Iudicis continens notorium errorem eſt notoriè nullum, & iniuſtum dec.205.n.7.

Mandatum Iudicis non nocet creditoribus poſſidentibus non citatis, dec.205 num.8.Ampl.vt n.9.

Mandatum relaxari non poteſt, nec exequi contra perſonam, & bona hæredis cum beneficio legis, & inuentarij, dec.194.num.1.

Mandatum contra hæredem beneficiatum, non firmato hæreditatis ſtatu, quando relaxari non poſſit, ne vltra vires grauetur, dec.194.nu 4.

Mandatum contra plures hæredes in ſolidum relaxari non poteſt ſed pro virili tantum, deciſ.217.numer.10. Decl.vt num.11.& 12.

Mandatum dicitur iniuſtum non liquidato credito, &, ſi ſit inſolidum contra alterum ex pluribus hæredibus, dec. 242.num.13.

Digitized by Google

Mandatum relaxatum contra bona hæreditaria viri non poteſt exequi contra bona poſſeſſa per vxorem, quæ vſa fuit cautela Angeli inhibendo, & proteſtando. deciſ.167. num.2.

Mandatum contra bona hæreditaria viri pro dotis reſtitutione exequi poteſt etiam contra bona fideicommiſſaria ſoceri.bonis viri non exiſtentibus,deciſ.237.num.1. & 13. Ampl.vt num.12.14.16.& 19.

Mandatum relaxatum contra bona hæreditaria non comprehendit bona fideicommiſſo ſubiecta,deciſ.225.nu.1.

Mandatum relaxatum contra principalem debitorem poteſt exequi contra tertium ſuper bonis in fraudem litis in eius perſonam ſubhaſtatis, deciſ.142. num.6. Decl. vt num.7.

Mandatum in actione etiam perſonali exequi poteſt contra tertium.in quam fraudolenter facta eſt alienatio lite pendente,deciſ.146.nu.2.&5. Ampl.vt num.9.

Lim.ſecus ceſſante fraude, & quando actione perſonali, non ad rem certam, ſed ad quantitatem actum fuit, d. dec.145.num.3.

Mandata executiua non poſſunt exequi ſuper bonis penes tertium exiſtentibus,dec.195.nu 26.

Mandatum relaxatum contra pupillum non prouiſum de curatore,& ſic indefenſum eſt nullum,dec.217.nu.2.

Mandatum eſſe relaxatum pro ſubhaſtatione, non eſt opus, vbi petens executionem poſſidet, & licentiam ſubhaſtandi obtinuit à Sanctiſſimo.dec.205.nu.33.

Mandati executiui forma eſt in executione ad vnguem ſeruanda, non poteſt reſtringi, vel ampliari, nec procedi per viam traditionis poſſeſſionis,dec.203.num.12.

Mandato collabente,corruit executio,ſubhaſtatio, & deliberatio, dec.174.num.11.

Mandatum ſuſpicionis fuga non competit contra fideiuſſorem habentem, dec. 243.num.7.

Mandati ſuſpicionis fuga ad effectum creditum debet eſſe liquidum, tam de iure communi, quam ex reformatione Tribunalium Vrbis Pauli V.dec.243.num.5.

Mandatum ad lites non ſuffragatur pro capienda poſſeſſione, dec.205.n.16. Ampl.vt ibid.Lim.vt n.17.

Mandatum ad declarandum hæreditatis aditionem, vel repudiationem requiritur ſpeciale, nec ſufficit generale, dec.174.num.5.

Mandatum præſumitur ex impenſa, & quare,dec.177.n.4.

Mandatum præſumitur ex impenſa vnius ducati, & excedente iulios decem,dec.205.nu.11. Ampl.vt n.12.

Mandatum non præſumitur datum ad actum illicitum, dec. 197.num.8.

Mandatum procuræ an dicatur expirare per rem iudicatam,& an requiratur nouum pro illius executione, & quid in reſtitutione in integrum.dec.177.n.1.& ſeqq.

Mandati fines non ſunt excedendi, ſed diligenter ſeruandi, dec.302. num.1.

Mandatorum multiplicatio concurrere poteſt in eadem perſona,expreſſi ſcilicet,& præſumpti, dec.205.nu.18.

Manumiſſionem à defuncto nulliter factam an teneatur ratificare heres,dec.247. n.55.

Manutenendus in concurſu eſt,qui fuit à Iudice immiſſus, nō qui immiſſionem paſſus fuit,dec.211.n.2.Lim.vt n.3.

Manuteneri non debet primus poſſeſſor, ſi ſecundus ſit bene immiſſus, dec.138.n.18.

Manutentio datur poſſeſſori qui in ſubhaſtatione non interuenit,nec pro illa Breue obtinuit, dec.123.num.1.

Manutentio debetur ei,qui fuit à Iudice ritè, & rectè reintegratus, dec.130.nu.12.& 16.

Manutentio datur docenti de poſſeſſione, dec.144.n.1.

Manutentio datur ad limites poſſeſſionis,dec.144.n.10.

Manutentio etiam in gradu appellationis datur eiecto à Iudice nulliter, & iniuſtè, dec.148.nu.2.

Manutentio quando poſſit dari à Iudice ad quem,cui commiſſa eſt cauſa ſine præiudicio legitimæ executionis illi, qui à Iudice à quo executionem paſſus fuit, deciſ.133.nu. 3.& 6.

Manutentio,addictio,& ſolutio danda, & facienda eſt pro menſura crediti,dec.219.n.37. & 38.

Manutentio quando detur, vel non in gradu reſtitutionis in integrum debitori, qui paſſus fuit executionem, dec. 219 nu.39.& 40.

Manutentio competit emptori à licitatore, cui ritè, & rectè fuerit res deliberata cum ſubſecuta poſſeſſione, deciſ. 232.num.1 & 11.

Manutentio debetur anteriori poſſeſſori, dec.179 num.5.

Manutentio non datur ſine poſſeſſione,dec.227.nu.3. dec.125. nu.6.dec.181.nu.20.

Manutentio non debetur,non probata poſſeſſione de tempore motæ litis,dec.204. nu.1.

Manutentio non competit adiudicationem paſſo, qui diſtulit illam petere per plures annos, vel etiam per paucos dies poſt ſcientiam,tamquam habuerit ſe pro ſpoliato,dec. 219.nu.40.

Manutentionis ad effectum ſufficit poſſeſſio de tempore motæ litis,dec.144.nu.2.

Manutentionis in iudicio ſufficit probatio poſſeſſionis,& facti. dec. 144. num. 14.

Manutentionis in iudicio attenditur nudum factum, nec requiritur titulus,dec.181.nu.16.

Manutentionis in iudicio admittuntur leuiores, & imperfectæ probationes, dec. 196. num.8.

Manutentionis decretum abſque actuali apprehenſione non transfert poſſeſſionem, dec.227.num.5.

Mariti confeſſio non præiudicat vxori non habenti ab eo cauſam poſt confeſſionem,dec.138.num.12.

Mariti confeſſio de recepta dote iunctis pluribus, & vrgentibus coniecturis,illius veram ſolutionem probat, dec. 237.num.6.

Matrimonium cum meretrice, vti turpi perſona, contrahi non poteſt de iure Ciuili ad effectum legitimationis filiorum, & ſucceſſionis, dec.165.n.16.& 22. Secus de Iure Canonico.vt n.23.& 24.

Matrimonium ſubſequens poſt filij natiuitatem præbet effectum ſucceſſionis.dec.165.num.19.

Matrimonium contractum domi, & non in Eccleſia an, & quando teneat, dec.165.num.31. & 32.

Matrimonium ſine dote contrahi non præſumitur deciſ.166. num.4.

Matrimonij in Sacramento non datur exceptio perſonarum,dec.165.num.24.

Medium datur inter bonam, & malam fidem, deciſ.126. num.22.

Melioramenta præbent ius retentionis, dec.138. n.9.

Melioramenta non ſunt reficienda illi, qui non probat ea feciſſe, dec.151. num.9.

Melioramenta vt probentur, conſtare debet de anteriori ſtatu,dec.185.n.15.

Melioramentorum bona fide factorum cauſa competit retentio,dec.131.nu. 1.

Melioramentorum valor plena iuſtificatio non eſt neceſſaria ad retentionis effectum,ſed ſatis eſt generalis probatio, dec.131.n.8.decl.vt nu.9.

Melioramentorum in æſtimatione non attenditur quid impenſum,ſed quid melioratum ſi hoc expediat debitori, dec. 138.n.11.dec.189.n.24.

Melioramentorum in valore, & quantitate admittitur probatio ex ſolito, & communi conſuetudine in illis impendi vt in fructibus, dec. 151.num.6. Ampl.vt ibidem.

Ampl.vt admittantur etiam coniecturæ, & præſumptiones, d.dec.151.nu.17.

Ampl.

Digitized by Google

Ampl. vt, ſi probationes non ſint omnino concludentes, poſſit Iudex etiam ex officio valorem ſtatuere, d.dec.151. num.8.
Melioramentorum non liquidorum excepeioni prouiſum dicitur cautione de illis reficiendis, poſtquam fuerint liquidati, dec.166. nu.25.
Melioramentis non bene liquidatis, locus eſt cautioni, deciſ. 189.num.25.
Melioramentis liquidandis non liquidatis, non poteſt agi ad eorum pretium, nec fructus. dec.198.n.22.
Metus exceptio reiicitur ad petitorium, nec admittitur in ſummariſſimo manutentionis, ſed attenditur renunciatio, dec.193.n.29. Lim. vt n.30.
Miniſter, & inſtitor an præſumatur poſſidere vti talis, vel vti dominus, dec.147.num.7.
Minor vt non dicatur indefenſus, ſufficit, fuiſſe citatum ad ſingulos actus eius procuratorem, qui comparuerit, deciſ. 128.nn.22.
Ampl. maxime ſi interuenerit etiam eius auctor, & neceſſarius defenſor, & non conſtet, quod tunc ei defenſio aliqua competeret, d.dec.128.num.23.
Minor nulliter conuenitur, curatore ſibi non dato, deciſ.203. num.4.dec.189.num.14.
Minor procuratorem conſtituere non poteſt, non dato, nec adhibito curatore, dec.203.n.6.
Minor non vtitur priuilegio contra mulierem ſibi obligatam, niſi quando creditum ab alio conſequi non poteſt, dec.216.num.12.
Minor extra pupillarem ætatem conueniri poteſt abſque curatoris aſſignatione. ſi exiſtat in loco iudicii, deciſ.217. num.3. & 4.
Decl. vt num.5. & 6. Sed, ſi ſit à loco iudicij abſens, valide conueniri non poteſt, niſi curatore citato d.dec.217.num. 7. & 8.
Minori non datur procurator ad lites, ſed curator, deciſ. 203.num.7.
Minore per curatorem non defenſo, iudicium contra ipſum nullum eſt, dec.203.nu.5.
Mobilia curſu temporis præſumuntur conſumpta, nec habentur in conſideratione, exiſtentia, & valore non probato, dec.194.num.3.dec.235.num.1.
Mobilia Eccleſiæ pretioſa ex Decreto Sacræ Congregationis Concilij non poſſunt diſtrahi, nec hypothecari, vel obligari abſque illius licentia, niſi in caſibus à iure permiſſis, dec. 168.num.9. & 10.
Mobilium reſtitutionis obligatio ceſſat, illis ſubhaſtatis, dec. 237.num.7.
Monaſterium Sancti Norberti de Vrbe habet omnia requiſita, quæ Collegio conueniunt, & quæ ſint, deciſ.163. num.2.
Monaſterij Sancti Norberti de Vrbe Preſes habet in vim Religionis Conſtitutionum ſupremam facultatem adminiſtrandi bona, & faciendi ea omnia, quæ agere valent alij Prælati, excepta diſtractione ſtabilium, deciſ.163. num.1.
Monialis capax eſt annui redditus, & poſſeſſionis de Superiorum licentia, dec.181.n.9.
Mora euitatur oblatione, & depoſito iudiciali, dec.187. n.4. Ampl. vt n.5.6. & 7.
Mora non contrahitur, credito non liquido, deciſ. 187. numer.13.
Mora quæ reſultat ex propria culpa, & facto, non poteſt euitari, dec.187.num.15.
Mora non contrahitur à debitore, vbi creditor petit plus debito, dec.187.num.16.
Mortuo reo an in profanis poſſit cauſa proſequi, deciſ.185. num.10.
Mulier, viro viuente, non poteſt dotem repetere, deciſ.138. num.6.
Lim. ſecus viro vergente ad inopiam, d.dec.138.num.7.
Mulieris nulliter contrahentis damnum eſt irreparabile, dum non habet releuatorem, dec.216.n.14.
Mulieris aſſertioni in contractu minus ſolemni non creditur, niſi ea aliunde iuſtificetur, dec. 216.num.16.
Mulieri in contractum celebratione priuilegium competit in Prouincia Marchiæ ex perſona propria in vim Conſtitutionis Carpenſis, dec.216.n.7.
Mutatione perſonæ non mutatur obligatio, deciſ. 247. num.92.
Mutuans ad emendum quando in re empta præferatur, dec. 239. numer.19.

N.

NEgare, aliquem eſſe procuratorem, quis non poteſt, poſtquam illum pro tali approbauit, niſi contrarium clare probet. dec.205.n.14. Ampl. vt num.1.
Notario actuario creditur quoad acta iudicialia, deciſ. 175. num.5.
Notorium non eget probatione, dec.138.num.8.
Notorium ſufficit allegare abſque alia probatione, deciſ 164.num.14.
Notoriè non dicitur Iudex grauaſſe, & vti priuatus ſpoliaſſe ex iudicio executiuo, & non ordinario contra tertium acto, & quare, deciſ.128.num.18. & 19.
Nouatio obligationis in plus non præſumitur, niſi exprimatur, dec.129. num.24.
Nullitas eſt iuris, dec.139. n.9.
Nullitas, cui fuit renunciatum, non poteſt à tertio allegari dec 177. num.9. Ampl. vt num 10.
Nullitas ſententiæ opponi non poteſt, dum habet omnia requiſita, dec.143.nu.1.
Nullitas dationis in ſolutum ſi appareat ex ipſo decreto, non eſt opus actorum tranſportatione. dec.189.n.11.
Nullitas primæ ſententiæ non poteſt opponi poſt latam ſecundam, dec.218.n.23.
Nullitas ſubhaſtationis non poteſt allegari poſt 50. annos, dec.230.nu.15. Ampl vt n.16. & 17.
Nullitas mandati influit etiam in ſubſequentem ſubhaſtationem, dec.217.num.1.
Nullitas quamuis excluſiua iuris agentis à tertio poſſeſſore allegari non poteſt, vbi ea non fuit à principali declarata, dec.241.num.5.
Nullitas contractus mulieris ob omiſſas ſolemnitates Conſtitutionis Marchiæ inducta fuit fauore publico, & ipſo iure, & ab ea non oppoſita, opponi poteſt ab habente ab ea cauſam, dec.216. num.17.
Nullitas contractus præſcribitur ſpatio 30. annorum, deciſ. 216.nu.24. Decl. vt num.25. & 28.
Nullitatis præſumptio tollitur ex contraria præſumptione validitatis, dec.237.num.10.
Nullitatem allegare non poteſt tertius tacente minore, ſeu muliere ad cuius fauorem fuit introducta, dec.199. num. 12. Decl. vt num.13.
Nullitates ad effectum ſpolij contra factum Iudicis debent eſſe tales, vt non poſſint in dubium reuocari, deciſ.183. num.4.
Nullitates in precibus non narratæ non intelliguntur per Reſcriptum ſubſecutum Principis ſanatæ, deciſ. 216. numer.35.
Nulliter ingreſſus poſſeſſionem non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem fideicommiſſariam, deciſ. 189.num.12. Ampl. vt num.13.

O

OBlatio probatur ex fide depoſitarij. dec.183.n.7.

Oblatio vnica in ſubbaſtatione an ſufficiat, deciſ.130. num.13.

Oblatio ſecundi creditoris, tollendo obſtaculum prioris hypotheca, videtur praparare viam immiſſioni ex poſteriori, dec.127.num.40.

Oblatio retroceſſionis rei adiudicata, ſoluto credito, ceſſare facit laſionem, dec.219.n.36.

Oblatio minor in quantitate dicitur maior, ſi ſit ſimplex, & ſine vlla conditione, & alia cum conditione, deciſ. 226.num.18.

Oblatione facta poſt omnes dilationes, eſt pro deliberatione facienda noua citatio cum nouo decreto, dec.148.n.5.

Oblator prior in praiudicium debitoris pœnitere non poteſt, dec.174.num.13.

Obligari nemo poteſt ex alterius contractu, dec.247.nu.59.

Obligatio cameralis, & hypotheca operantur, vt bona tranſeant in tertium cum ſuo onere, dec.128. num.11.

Obligatio cameralis continet damna, & intereſſe, deciſ. 136.num.24.

Obligatio Cameralis duplex iuramentum continet, deciſ. 212.num.1.

Obligatio generalis bonorum Eccleſiaſticorum occaſione emptionis eſt valida abſque aſſenſo Apoſtolico, deciſ.172. num.1.

Obligationis cameralis virtus eſt, vt poſſit, re integra de vno iudicio ad aliud conuolari, donec ſequatur ſatisfactio, dec.128.nu.7. Ampl.vt n.8.

Obligationis cameralis formam in eorum foro contra laicos non permittunt practicari Iudices ſaculares Regni, ſecus Eccleſiaſtici, dec.193.n.25.& 27.

Obligationis origo, & cauſa attendi debet ad anterioritatem credidi fundandam. dec.160.num.9.

Obligationi in euentum impedimenti, vel inſufficientia bonorum locus eſt, impedimento remouibili non remoto, & eo magis illo praſtito ab obligato alienatione mediante, dec.195.n.22.& 26.

Obligationes tot dicuntur, quot pacta, dec.223.nu. 10.

Obligatus ſi ſit aliquis quoad perſonam, quatenus factis diligentiis contra bona, non potuerit ad eorum ſubbaſtationem deueniri, mandatum ſi plus contineat, dicitur notoriè nullum, & iniuſtum, & in totum reuocandum, dec.202. num.6.

Obligationes alia ſunt indiuidua petitione, & ſolutione, alia indiuidua petitione, & diuidua ſolutione, deciſ. 247. num.20.

Obligatus plus quam quis ſit, non praſumitur velle facere, deciſ.247. num.64.

Obſeruantia ſubbaſtationis facit praſumere, omnia fuiſſe validè & ritè geſta, dec.230.n.16.

Obſeruantia proxima interpretatiua multum defertur, & facultatem tribuit faciendi, quod fuit obſeruatum, deciſ. 163.num.11. & 12.

Officium Bancheriorum Habreorum Vrbis eſt manuale, dec. 162.num.5.

Onus reſponſionis, & perceptionis rata fructuum facienda alteri, & per alterum dicitur pars pretij, & rei valorem extenuat, dec.152. nu.6.

Ordo in ſubbaſtatione requiſitus ſeruari debet in ſubbaſtandis bonis captis per ſaluianum, dec.138. n.4.

Ordo ſeruandus in bonorum poſſeſſione vnde oriatur, dec. 247.num.46.

Ordo iudiciorum peruerti non debet, dec.217.num.15.

Ordini Iudicis acquieuiſſe dicitur, qui non appellauit, deciſ. 126. num.17.

P

PActum, quod, ſi debitor deficiat vt vna paga, teneatur ad duas, & ſi in duabus, ad totam ſummam, non eſt pœnale, ſed eſt conforme iuri communi, dec.211.n.13.

Pactum reſolutiuum non operatur, niſi quis eo, re integra, vtatur, dec.179. num.45.

Pacta inter alios non proſunt non paciſcentibus, d.192.nu.11.

Pacta, qua contra ius, & bonos mores non ſunt, debent ſeruari, & quid in pacto, vt creditor propria auctoritate poſſit capere, & in carcerem includere debitorem non ſoluentem, dec.236.n.4.5.& 9.

Pactum, & facultas in venditione cenſus capiendi poſſeſſionem propria auctoritate prabent executionem paratam etiam contra tertium, deciſ.126.n.10.15. & 16.

Et afficiunt bona, ita vt poſſit etiam contra tertium executiuè procedi, maximè quando non appellauit, d. deciſ. 126.num.16.

Pactis potius, quam verbis inter ſe contrariis inharendum eſt, deciſ.136.num.20.

Papa ſolus diſpenſare poteſt de matrimonio, & de his, qua ex eo conſequuntur, dec.165.num.21.

Pars pradij non ſeparata iuriſdictioni Eccleſiaſtica ſubiecta trahit, vti dignior, alias etiam partes, dec.186.n.2.

Pars appellabilis in connexis trahit ad ſe partem non appellabilem, dec.186.num.3.

Pars quotiuatiua, & quantitatiua, qua ſit, dec.247.nu.40.

Partita extracta lite pendente ſine partis citatione & recognitione non probant, dec.184.n.5.

Partita quando cenſeantur diuerſa, dec.202.n.8.& 9.

Pater ex Statuto Anconitano ſuccedit filiis maſculis, excluſis ſororibus. dec.140.n.5.& 10.

Pater, ſi poſt acquiſitum dominium bonorum filij excluſis fœminis, tranſeat ad ſecundas nuptias, non eſt abſolutè verum, vt illud admittat, deciſ.140.n.12.

Pater an poſſit obligare filium, & illius bona alienare, dec. 247.n.56.57.58.& 60.

Pecunia de ſui natura eſt ſterilis, & infructifera, d.156.n.1.

Pecunia inueſtita ſub obligatione de reſtituendo prioribus & potioribus, quamuis caperit quodammodo eſſe aliena, non tamen mouuit dominiũ, & fructuũ acquiſitionẽ, d.156.n.5.

Pecunia aliena emptum cedit cum fructibus dominium ementis, & remanet ille obligatus ad ſolam reſtitutionem pecuniarum, dec. 156.nu.6.dec.192.n.7.

Pecunia eſt de rebus, qua ſeruando ſeruari non poſſunt, dec. 163.num.13.

Pecunia in actu deliberationis non interueniente, nulliter actus geritur, dec.216.n.29.

Pecunia in vim ſententia inueſtita cum onere, vt ſtet loco cautionis de reſtituendo prioribus non dicitur antiqua hypotheca extincta, & maximè dotis fauore, deciſ.239. num.15. Ampl.vt num.16.

Pecunia interuentus eſt in actu deliberationis pignorum neceſſarius, dec.244.n.7.

Pecunia interuentus requiritur in ſubbaſtatione pignorum, qua ſit iudicialiter, non ſufficit habere fidem de pretio, dec.226.num.11.

Decl. id fuiſſe introductum ad ſolum fauorem creditoris, cui ille poteſt renunciare per conſenſum, vel non contradictionem, d.dec.226.n.12.& 13. Ampl.vt n.16.

Decl. ſecus ſtante contrario ſtylo loci, d.dec. 226.nu.14.

Pecunia loco in actu deliberationis ſufficit ordo depoſitario directus, dec.218.n.18.& 19.

Pecuniam recipiens renunciat iuri ſibi competenti, deciſ. 140.num.11.

Pecunia ſi ſint adhibita ſolum, per moſtra, actus praſumitur ſimulatus dec.179.nu.25.

Digitized by Google

Pecunias mulierem, vel minorem recepiſſe non ſufficit, niſi probetur, eas bene vertiſſe, dec.216.n.15.

Pecuniis propriis poteſt quis alteri acquirere dec.179.nu.37.

Pecuniam ſi quis promittat reſtituere prioribus, & potioribus creditoribus, vel inueſtiat in locis Montium cum eodem vinculo, non poteſt ipſe promittens conueniri; vel creditor prior, & potior agere ad fructus, dec.156.nu.2. Ampl.vt n.7.

Pœna eſt à iuramento diuerſa, licet proueniat ab actu iurato, dec.207.n.10. Lim.vt n.11. & 14.

Penſionis onus inhæret materialiter fructibus beneficij, qui ſunt in obligatione dec.143.n.6.

Penſionis termini debentur principaliter, & iure actionis, decis.143.num.8.

Penſiones domus perceptæ ſemper præſumuntur ab eo, qui illius poſſeſſionem nactus fuit, non docto, quod alius perceperit, dec.190.n.15.

Peritus calculare, & referre debet circa partitas adminiſtrationis, non alias addere, vel minuere, deciſ.243.n.8.

Periti relatione corruente corruit, & mandatum in vim illius relaxatum, dec.243.n.1.

Periti relatio eſt iniuſta, quæ eſt fundata in libro ſubſcripto, & recognito per debitorem iniuſtè carceratum, deciſ.243. num.2.

Peritorum à relatione, & æſtimatione, conſtito de grauamine, licitum eſt appellare, dec.135.nu.6.

Ampl.etiam à ſententia in vim relationis prolata, dict.dec. 135. num.7.

Extende præſertim ſi ſit exceſſiua, d.deciſ.135. nu.8.

Petitiones plures æque principales deductæ cenſentur per viam actionis, nec inuicem confunduntur, ſed vnaquæq; retinet ſuam naturam, dec.242. n.23.

Pignus vendens iure creditoris tenetur præſtare, ſe eſſe potiorem dec.210.n.27.

Portio diſtinguitur à confine deſignato, deciſ.169.nu.6.

Portio quota, & portio virilis quæ ſit, dec.247.nu.52.

Poſſeſſio vigore ſubhaſtationis iudicialis eſt manutenibilis, dec.125.n.1.& dec. 249.n.1. & 2.

Poſſeſſio transfertur ex clauſula conſtituti in inſtrumento venditionis appoſita, dec.125.nu.3.

Poſſeſſio ſemel adepta præſumitur continuata vſque ad tempus motæ litis, non docto, quod alius medio tempore poſſederit, dec.125.num.4.

Poſſeſſio per conſtitutum tranſlata, & iuris præſumptione continuata ſuffragatur etiam ad obtinendum mandatum de manutenendo, dec.125.n.5.

Poſſeſſio antiqua ſpoliati probatur ex teſtibus deponentibus de actibus poſſeſſoriis, & ex executione, & adiudicatione contra eum facta, dec.139.num.1.

Poſſeſſio anterior ſpoliati eſt primum extremum in ſpolio, deciſ.139.num.2.

Poſſeſſio iunior ſpoliatoris, & Rei probatur ex teſtibus, & litis ſubſtentatione cum adminiculis dec.139.n.3.

Poſſeſſio probatur teſtibus & eo magis ſi deponant de facto proprio, & ex inſtrumentis locationum, dec.144.num.3.

Poſſeſſio ciuilis retinetur animo, deciſ.144.n.13.

Poſſeſſio transfertur etiam ex actu nullo, actuali traditione ſecuta, dec.145.nu.10.

Poſſeſſio præbet efficaciſſimam præſumptionem, quod res ſpectet ad poſſidentem, dec.147.num.6.

Poſſeſſio legitima, vti ex actu nullo, quæ in iudicio ſpolij ſit attendenda, acquiri non poteſt ex decreto immiſſionis ad ratam medietatis pro concurrente quantitate crediti, non præcedente æſtimatione, ſeparatione, & adiudicatione dec.169.num.4.

Poſſeſſio capta cum mandato de adiudicando, adiudicatione non expectata, non ſeruatis omnibus in ea ſeruandis dicitur ſpoliatiua, dec.169.nu.9.

Poſſeſſio incerta ratione loci, & quotæ non eſt conſiderabilis ad reintegrationis effectum, dec.169.nu.11.

Poſſeſſio capta poſt interpoſitam appellationem eſt attentata, dec.170.num.7.

Poſſeſſio, quæ dedit cauſam liti, non eſt conſiderabilis ad effectum continuationis, dec. 175.nu.6.

Poſſeſſio fideicommittentis probatur teſtibus de ea deponentibus, dec.178.num.2.

Poſſeſſio in vim deliberationis dicitur iuſta, & manutenibilis, deciſ.179.n.6. Lim. vt n.7.

Poſſeſſio rei de ſui natura fructiferæ infert ad fructus perceptionem, ſecus in nō fructifera de ſui natura, d.180. n.7.

Poſſeſſio anterior in manutentione eſt præferenda, deciſ.181. num.1. Ampl.vt n.17.

Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, & turbatiua, & non eſt manutenibilis, deciſ.181.n.2.& 12.

Poſſeſſio capta pro parte tantum ad capientem ſpectante reſeruat alios ad alios ſpectantes, d.181.n.3. Ampl. vt n.4.

Poſſeſſio poſterior, clandeſtina, & capta poſt inhibitionem, & ſic attentata non eſt conſiderabilis, ſed reuocanda, deciſ. 181.num.12.

Ampl.etiam ſolo Iudicis officio, d.dec.181. num.13.

Poſſeſſio non acquiritur ſine animo, dec.184. num.3.

Poſſeſſio non transfertur ſola voluntate, & iuſſu Iudicis, deciſ.184 num.9.

Poſſeſſio manutenibilis probatur ex inſtrumento dationis in ſolutum cum ſubſecuta executione, ſubhaſtatione, & deliberatione, deciſ.193.num.1.

Poſſeſſio etiam ex actu nullo amittitur, & in alium transfertur, deciſ.193.n.28. Lim.vt nu.30.

Poſſeſſio debitoris probatur ex inhibitione ab eodem obtenta, dec.195.num 4.

Poſſeſſio ad manutentionis effectum probatur, ex quo aduerſarius contra petentem intentauerit aſſociationem, deciſ. 196.num.3.& 5.

Ampl.eo magis ſi obtinuerit, & concurrant adminicula, d. deciſ.196.num.5.6. & 7.

Poſſeſſio nihil habet commune cum dominio, dec.196.nu.14.

Poſſeſſio data, & capta, non citato anteriori poſſeſſore, non eſt alicuius roboris, ſed de facto, & abſque iuris ordine inuaſa, deciſ.196.n.18. Ampl.vt n.19.

Poſſeſſio alicuius approbata per eiuſdem admiſſionem ad Congregationes impugnari non poteſt dec.201.n.2.

Poſſeſſio ſemel acquiſita continuata præſumitur vſque ad obitum, alio non probato, dec.201.num.3.

Poſſeſſio manutenibilis ad fauorem alicuius probatur ex petita ex aduerſo reſtitutione, & mandati executione, deciſ. 203. num.1.

Poſſeſſio perditur per confiſcationem, & per ſubhaſtationem, & deliberationem ad creditorum inſtantiam, dec.204. num.2.

Poſſeſſio ad effectum ſpolij probatur ex mandato, ſubhaſtatione, & deliberatione contra ſpoliatum facta nulliter, & iniuſtè dec.215. num.1. & 5.

Poſſeſſio conuenti in ſpolio probatur ex inſtrumento illius adeptionis, & ex litis ſubſtentatione iunctis adminiculis, deciſ.215.num.2. & 3.

Poſſeſſio amittitur ex immiſſione à Iudice alteri ritè, & rectè data, dec.226.n.2. Ampl.vt n.3.& 4.

Poſſeſſio penes duos inſolidum eſſe non poteſt, dec.227.nu.4.

Poſſeſſio, & proteſtatio quando non impediat, executionem, & ſubhaſtationem dec.234.nu.17.

Poſſeſſio infert etiam ad dominium, cuius quæſtio incidens eſt vt ad ſubſtinendam executionem, dec.238. numer.2. Ampl. vt num.3.

Poſſeſſio Rei conuenti probatur ex obtenta deliberatione, dec.241.nu 5.

Poſſeſſionis naturalis ad conſecutionem imploratur officium Iudicis, vt aſſiſtat, & aſſociationem præſtet actori, cui deinde aliquo ex remediis ſub eodem iudicio contentis facilius ſatisfieri poſſit de eius credito, dec.196.nu.2.

Poſſeſſionem licet quis habeat poteſt illam per acquiſitionem dominij, vel rei tenutæ apprehenſionem Iudicis auctoritate confirmare, deciſ.196.num.5.

Poſſeſſor, qui paſſus fuit immiſsionem vt manuteneatur, debet immiſsionis iniuſtitia eſſe patens, & manifeſta. d.128. num.19.

Poſſeſſor anterior debet manuteneri, dec.170.nu.1.

Ampl.eo magis, ſi ſit ex legitimo titulo, d.dec.170.n.2.

Poſſeſſor, qui non habuit ſe pro ſpoliato, debet ratione poſſeſſionis ciuilis, quam animo retinuit, manuteneri contra nulliter, & iniuſte naturalem occupantem, dec.170.n.6.

Poſſeſſor timens executionem cum mandato contra alium relaxato poteſt contra creditorem ex cautela Angeli proteſtari, ne exequatur, & in caſu executionis reuocationem illico, & ſine proceſſu obtinere, dec.177.n.12.

Poſſeſſor adhuc dicitur, & ad fructus tenetur, ac ſi percepiſſet, qui pignus, quod relaxare debebat, alteri dedit, dec.188.num.9.

Poſſeſſor, qui non habuit ſe pro ſpoliato, nec, depoſuit animum poſſidendi, ſed inſtetit, & inſtat pro manutentione, eſt manutenendus, dec.196.nu.23.

Poſſeſſor ex ſuperuenienti titulo poteſt mutare cauſam poſſeſſionis abſque alia declaratione, & ex ea manuteneri, deciſ.201.num.5. Decl.vt nu.6.

Poſſeſſor rei rite, & recte ſubhaſtata ſpoliatus eſt ad illius poſſeſſionem reintegrandus, dec.231.nu.1.

Poſſeſſori in vim deliberationis, pro qua præſumitur, debetur manutentio, deciſ.218.n.1. Ampl.vt n.2.

Poſſeſſorio remedio renunciatum dicitur per verba, de quibus hic, dec.179.n.40.

Poſſidens vigore iudicialis ſubhaſtationis dicitur iuſte poſſidere, dec.128.n.1.

Poſſidens auctore Prætore non dicitur ſpoliare, nec contra eum cõpetit reintegratio dec.169.n.13. Decl.vt n.14 15.16.

Poſſidens auctore Prætore iuſte poſſidet. deciſ.203.n.2.

Poſſidens non tenetur iuſtificare titulum ſuæ poſſeſſionis, dec.234.nu.13. Decl.vt n.14.15.& 16.

Poſſidenti debetur manutentio, dec.179.n.1.

Prælationis priuilegium mulieribus, & filiis competens non tranſit ad hæredem extraneum, & ſingularem ſucceſſorem, dec.224. num.13.

Prælatus Monaſterij diſtrahere poteſt pecuniam abſque ſolemnitatibus, deciſ.163.num.13.

Prælati Monaſteriorum quæ debita poſſint de iure contrahere, & quando poſſint bona diſtrahere abſque ſolemnitatibus, deciſ.163.n.7.8.14.& 18.

Prælati Præmonſtratenſes non poſſunt æs alienum contrahere, dec.163. num.4.

Prælegata, alio non conſtito, in fideicommiſſo non includuntur, dec.238.num.7.

Præſcribere non poteſt debitoris hæres, dec. 210.n.31.

Præſcriptio 30. annorum fundatur in ſola negligentia, dec. 127.num.30.

Præſcriptio non interrumpitur per iudicium nulliter motum dec.127. n.32.& 35. Ampl.& Lim. vt n.33.34.

Præſcriptio quando non dicatur interrupta per commiſsionem cauſæ dec. 127.nu.36.

Præſcriptio non interrumpitur per quamlibet generalem petitionem, ſed per quam citatus certus reddatur de actoris intentione, dec.127.n.37.

Præſcriptio, lite mota ſuper vna actione, non interrumpitur quoad incompetens ad quid diuerſum, dec.127. n.39.

Præſcriptio iuris offerendi vt interrumpatur, requiritur citatio ad recipiendum, dec.127.n.42.

Præſcriptio currit ſuper exceptione, quando illud idem imponerat agendo deduci, dec. 127. n.49.

Præſcriptio non currit, quando nihil imputari poteſt actori, ſi non egit, dec.127. nu.50.

Præſcriptio eſt opponenda, cum non perimat actionem ipſo iure, ſed ope exceptionis, dec.166.n.16.

Præſcriptio ſemel interrupta non reintegratur per negligentiam actoris in proſequendo litem, & quare dec.173.n.11.

Præſcriptio ſine poſſeſſione non datur, dec. 216.n.26.

Præſcriptionis crediti ad effectum attenditur tempus petitionis, non mandati relaxati, dec.166.n.15.

Præſcriptioni etiam longiſſimi temporis obſtat mala fides ex lite mota, dec.127. nu.18.

Ampl. tam reſpectu citatorum, quam ſucceſſorum vniuerſalium, dec. 127.nu.19.

Præſcriptione interrupta in præparato, non dicitur interrupta in præparatorio, nec econtra, dec.127.nu.41.

Præſumendum eſt pro ſententiæ, & actus validitate, deciſ. 237.num.17.

Præſumitur pro Iudicis decreto, dec.126. n.1.

Præſumitur pro executione, dec.167. n.3.

Præſumptio vna tollit aliam, dec.147. nu.17.

Pretium ex tempore variatum præſumitur, dec.152.nu.2.

Pretium iuſtum præſumitur, quod pluribus licitantibus ex ſubhaſtatione retractum fuit niſi contrarium probetur, dec.151. num.1. & 3.

Pretium bonorum hæreditariorum viri receptum ab vxore tutrice, & filiis, & verſum in extinctionem æris alieni hæreditarij non poteſt in illius creditum dotale imputari, dec.166. num.20.

Pretium rei venditæ viro ceſſiſſe in cauſam dotis quomodo probetur, dec.166.nu.12.

Pretium tantum in ſubhaſtatione repertum fuit pro tali re, ergo plus non valet. Vel res eſt ſubhaſtata, ergo iuſto pretio, non eſt bona conſequentia. dec.180.n.14.

Pretium iuſtum ex ſubhaſtatione non probatur, & quare, deciſ.180.num.15.& 16.

Pretium inter partes conuentum præſumitur iuſtum, dec. 180. nu. 17. dec.206.nu.13. dec.208 num.6. Ampl.vt d. dec.206.num.13.

Pretium ſpatio trium annorum mutatum non præſumitur cauſa non concurrente, deciſ.206. n.14.dec.208.n.7.

Pretium rei venditæ poſt duos annos à die eiuſdem deliberationis percutere dicitur ipſius deliberationis, tempus, dec.232.num.7.

Pretium conſequi poſſe contra alienantem lite pendente, non eſt ita vtile, ac conſequi rem ipſam, dec.240.nu.21.

Pretij iuſtitia regulari ſolet ex fructibus dec.151.n.4.

Pretij quantitas indicat quid in venditione comprahendatur, deciſ.231.num.4.

Pretio deliberationis ſimpliciter creditori conſignato, & non depoſito iuxta formam mandati, dicitur deliberatio nulla, & ſpoliatiua, dec.131. num.17.

Pretia rerum variantur ex tempore, etiam in deterius, dec. 128 nu.21.

Pretia rerum variantur ex tempore, loco & aliis circunſtantiis. deciſ.130.n.6.

Pretia rerum quando creuiſſe præſumantur, deciſ. 152.n.11.

Principalis non obligatur ex promiſſione procuratoris contra eius voluntatem, & in mandato expreſſam, dec.202.nu.2.

Priuilegium mulieris ratione ſexus potentius dicitur priuilegio pupilli ratione ætatis, deciſ. 199.n.3.

Lim.niſi pupillus agat de damno vitando d.deciſ. 199. n. 4.

Priuilegium alicui proueniens ex alterius perſona non debet contra

Digitized by Google

contra eamdem perſonam applicari, deciſ.216.n.5.
Priuilegium hypothecæ,& actio petendi dotem in bonis fideicomiſſi tranſit etiam in ceſſionarium & hæredem extraneum,dec.224.n.14.
Ampl.præſertim quando iudicium ſuper dotis reſtitutione fuit inchoatum à muliere viuente.d.deciſ.224.n.15.
Priuilegij ratio vbi non applicatur, nec ipſum priuilegium ſuffragatur,deciſ.240 nu.12.
Probatio debet neceſſario concludere ad executionem infringendam,deciſ.238.num.5.
Probatio noua admittitur ad corroborationem probationis iam factæ, deciſ. 145. nu.8.
Probatio ſufficiens reſultat ex pluribus ſimul iunctis, deciſ. 152.num.8.
Probatio præſumptiua, & per veriſimiles coniecturas ſufficit in his,quæ ſunt difficilis probationis.dec.179. n.11.
Probatio nulla maior eſt,quam proprij oris confeſſio,dec.179. num.23.& 29.
Probationes leniores ſufficiunt in materia difficilis probationis, deciſ.179. nu.27.
Probationes dubiæ, vel coniecturales non admittuntur contra inſtrumentum, & partis confeſſionem, dec. 231.n.6.
Probationes admittendæ non ſunt poſt ſententiam executioni demandatam.dec.217.n.16.
Procedi poteſt per contradictas contra obligatum in Vrbe in forma Cameræ abſque eo, quod citetur perſonaliter, vel domi,deciſ.211. nu.4. & 6 vbi ratio.Lim. vt n.5.& 7.
Proceſſus executiuus completus contra principalem in actione perſonali quando poſſit conſumari contra tertium, qui acquiſiuit lite pendente,dec.240.n.3.17.18. & 20.
Procurator, & curator poteſt, agnoſcendo bonam fidem, à ſententia iuſta non appellare,dec.191.n.9.
Procurator, acceptato mandato,non poteſt illud, inuito, actore reuocare, deciſ.218.n.20.
Procuratorem aliquem eſſe non ſufficit, niſi conſtet de mandati acceptatione in illa cauſa, deciſ.232.n.4.
Producens inſtrumentum cenſetur omnes eius qualitates approbare, dec. 247.n.75.& 90.
Producta ſcriptura vere,& realiter dicitur ex verbis, facto produxit tenoris &c. deciſ.134.nu.4.
Productio probatur ex fide Notarij actuarij.deciſ.171.nu.10.
Producti inſtrumenti cum proteſtatione,Siue præiudicio nullitatis, præſeruat ius de nullitate dicendi dec.244.n.4
Profeſſio probatur ex interuentu inter Capitulares profeſſos ad conſtituendum procuratorem, deciſ.239. nu.2.
Promiſſio extinctionis cenſus factum dicitur indiuiduum, & omnes obligat in ſolidum, ſed, extinctione non facta, ſuccedit obligatio ad intereſſe pro virili,dec.229.n.26.27.
Promiſſio de accollando differt ab accollatione, ſicuti promiſſio de vendendo à venditione.dec.189.nu.9.
Promiſſio non reuocandi ſub pœna periurij ſupplet omnes donationis defectus,dec.212.nu.3.
Proteſtatio, ne procedatur, niſi per viam confirmationis, vel reuocationis ſententiæ ad effectum nullitatis fieri debet ab initio,dec.135. n.3. Ampl. vt n.14.
Proteſtatio non tollit ius iam parti quæſitum ex re iudicata,dec.198 nu.15. Ampl.vt n.16.
Proteſtatio ex cautela Angeli,& poſſeſſio quando non ſuffragetur ad impediendam executionem, dec.201.nu.31.
Proteſtationes quando non ſuffragentur, deciſ.208.nu.5.
Pupillus, & minor quando dicatur agere de damno euitando, eiuſque cauſa ſit vtilior.dec.199. nu.5. & 7.
Puri, & purificati eſt idem iudicium, dec.179. nu.44.

Q

QValitas neceſſaria, vel voluntaria cauſæ ſubhaſtationis bonorum Eccleſiaſticorum metimur ab origine obligationis,an ſcilicet ea fuerit ex facto hominis,vel legis, obligationis,an ſcilicet ea fuerit ex facto hominis, vel legis, deciſ.172.n.34.
Quantitas ſi debeatur reſpectu certæ ſpeciei de ea iudicandum eſt, prout de ipſa ſpecie, dec.156.num.10. Decl.vt num.11.14.15.& 16.
Quilibet ad cauſam veniens comparere debet coram Iudice Executore, dec. 167.nu.12.

R

RAtificanti poſſeſſionem eius nomine captam debetur manutentio,dec.176. nu.8.
Ratificare dicitur, qui diſponit aut commodum recipit rei in contractum deductæ, dec.176. nu.2. Aut ex illo agit, dec.247.num.76.
Ratificatio poſſeſſionis operatur idem, quod mandatum ad eam capiendam, dec.176.num.1.
Ratificatio in fauorabilibus ex ſola ſcientia præſumitur, dec.176.num.4.
Ratificatio non operatur, re non integra ſecuta,dec.184.n.6.
Ratificatio non inducitur ex actibus æquiuocis, & qui ad aliam cauſam poſſunt referri, dec.185.num.4.
Ratificatio non inducitur ſine ſcientia ſpecifica, dec.185.n.5.
Ratificatio requirit eaſdem ſolemnitates, quas principalis actus,& contractus,deciſ. 185. nu.6. deciſ. 199. num.10. dec.216.num.19.
Ratificatio adiudicationis nulla non inducitur ex acquieſcentia,non docto de ſpecifica ſcientia nullitatis, deciſ.189. num.15.
Ratificatio æquiparatur mandato, etiam in requirentibus ſpeciale dec.198.n.5 dec.247.nu.74.
Ratificatio cenſus nulli non inducitur ex acquieſcentia, vbi Statutum præſumit dolum, deciſ.199. nu.9.
Ratificatio cenſus nulli ſine fructuum ſolutione non inducitur, dec.216.nu.18.& 20.
Ratificatio tacita non extenditur vltra id,quod ex ea colligi poteſt, dec.247. nu.62.
Ratificatio etiam expreſſa intelligitur pro parte ad ſe pertinente, dec.247.nu.63.
Ratificatio quando non inducatur ex receptione pretij, dec. 247.num.70.
Ratificatio quando inducatur ex actu ſubſecuto.d.247.n.71.
Ratificatio inducitur expreſſe, & tacite, dec.247.nu.73.
Ratificatio æquipollet contractui, dec.247. n.72.
Ratificationis contractus cenſus nulli ad effectum requiritur actus poſitiuus,puta ſolutionis fructuum, ſeu accollationis, & ſcientia explicita nullitatis tam facti, quam iuris, & quando deciſ.244.n.2.& 3.
Ratio diſpoſitionis illam declarat, & ampliat,dec.214.n.6.
Referens vt credatur ſine relato, requiritur expreſſio illius tenoris per extenſum, deciſ.239.nu.9.
Reintegrandus eſt, qui mandatis Iudicis nullis, & iniuſtis ſpoliatus fuit, dec.131. n.11.
Reintegratio non competit ei, qui poſſeſſionem amiſit facto proprio, dec.145. num.6.
Reintegratio debita defuncto competit etiam illius hæredi dec.215.num.10.& 11.
Reintegratio vt obtineatur aduerſus factum Iudicis,requirit vt ille proceſſerit ad inſtar priuati vt hic, dec.220.n.6.
Reintegratio ad bona ſubhaſtata non competit, ſed dantur ordinaria iuris remedia, vbi Iudex licet iniuſte,non tamen notorie iniuſte proceſſit,dec. 221.num.1.
Reintegrationem qui petijt, cenſetur habuiſſe ſe pro ſpoliato, & ei non debetur manutentio,ni poſſit intelligi de poſſeſſione naturali,deciſ.244.nu.12.& 13.
Relatum ineſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus dec.181.num.8.

Remedium l fin.C. de edict. Diu. Adr. toll. non competit ſecundo inueſtito contra primum habentem parem titulum, dec.204.nu.9. Ampl.vt n.10.Sed eſt prius diſcutiendum, qua inueſtitura præualeat, d.dec. 204.n.15.

Remedium manutentionis, & reintegrationis quando pendeat à negocio principali, & non expediatur niſi cum eo dec.220.num.13.& 14.

Remedium poſſeſſorium non datur aduerſus ſententiam Iudicis adiudicantis rem per ſubhaſtationem ſeruatis ſeruandis, niſi iniuſtitia ſiue nullitas ſit ita patens,& notoria,vt nulla ratione poſſit velari,dec.162.n.3.& 4.

Renuncianti non datur manutentio, deciſ.179.n.41.

Replicatio deducta videtur in libello,& actione mota,eamque coadiuuat, deciſ.127.num.26.

Replicatio eſt perpetua, & competit,quandocunque excipitur,dec.127.num.31.

Repugnantia.& incompatibilitas eſt euitanda, dec.248 n.12.

Res tunc efficitur litigioſa.& illius alienatio prohibita, vbi agitur actione reali ſuper fundi dominio, dec.137.n.12.

Res inter alios acta non afficit tertium, dec.138. nu.10.

Res duobus communis ab eiſdem ſpecialiter & inſolidum obligata.ſi tota deinde alteri obuenta ſit in diuiſione,ab eo poteſt in totum per creditorem auocari, dec.145.nu.13.

Res tanti vendita fuit,ergo tanti valet, non eſt bona conſequentia,dec.180.num.12.

Decl.procedere in venditione per viam ſubhaſtationis,ſecus in venditione de conſenſu partium,d.dec. 180. numer.13. & 17.

Res empta ex pretio rei hæreditariæ ſit hæreditaria ſtante pacto re inueſtiendi,dec.192.nu.10. Lim.vt n.11.

Res iudicata conſtituitur per biennium, dec.185.nu.1.

Res iudicata æquiparatur tranſactioni, dec.198.nu.13.

Res iudicata ceſſat, iniuſta exiſtente ſententia, d.199.nu.19.

Rei vendicationis ex natura venit reſtitutio, dec.164. nu.4.

Rei vendicationis in iudicio poteſt reus præcisè cogi ad rem ipſam reſtituendam, ſi reſtituendi facultatem habeat dec.164 num.7.

Ampl. etiam captis pignoribus, vt fit contra non parentes ſententiæ Iudicis aliquid fieri præcipienti.d.dec.164.n.8.

Ampl.vt executio facienda ſit pro æſtimatione, & quantitate, quam iurauerit actor cui defertur iuramentum in litem,etiam affectionis,& quare,d.deciſ.164. numer.9.11. & 12.

Reſciſsionem contractus, ſeu ſubhaſtationis petens non auditur,niſi pretio, & acceptis reſtitutis, vel oblatis, deciſ. 232. num.12.

Reſcriptum ſuper facultate ſubhaſtandi bona capta in iudicio ſaluiani, & per aliquem ex impetrantibus detenta, dec.190.nu.8.15.& in fin. dec.138. n.1.

Reſcriptum Sanctiſsimi pro ſanatione defectus inſinuationis, dec.226.num.34.

Reſcripta Iuſtitiæ ſubreptitia non ſunt ipſo iure nulla, ſed exceptionis ope veniunt annullanda, ſecus in Reſcriptis Gratiæ, dec.228. num.11.

Reſeruatio dominij operatur illius, & poſſeſsionis retentionem,dec.185.num.11.

Reſeruatio dominij in venditione, donec pretium ſoluatur, operatur, vt contractus ante pretij ſolutionem tranſeat in locationem, dec.185 num.14.

Reſeruatio in ſententia graduatoria facultatis declarandi, & liquidandi aliud creditum operatur, vt creditum deinde declaratum, & liquidatum habeatur pro graduato in prima ſententia, dec.200.nu.16.

Reſeruatio à Iudice facta ad alicuius fauorem intelligitur eo titulo,quo ſibi competit, dec.248. nu.10.

Reſiduum referri poteſt tam ad totum, quam ad partem,ſecundum ſubiectam materiam, dec.181.n.6.

Reſoluto iure impoſitoris cenſus, reſolutus dicitur etiam cenſus, dec.124.nu.1.& 11.

Reſtitutio in integrum competit aduerſus ſententiam ex iuribus de nouo repertis, dec.129.num.9.

Reſtitutio in integrum quando dicatur eſſe appendix, & de incidentibus primi iudicij, dec.177.n 3.

Reſtitutio in integrum denegatur, non conſtito de nullitate, vel iniuſtitia,ſine quarum altera ceſſat læſio, d.239. n.1.

Reſtitutio aduerſus aditionem hæreditatis commiſſa executionem impedit,non ſecus ac appellatio,dec.228.n.1.

Reſtitutionis in integrum de natura eſt, vt res cum fructibus reſtituatur, dec.173.n.27.

Reſtitutione in integrum ex iuſtis cauſis obtenta aduerſus non proſecutionem litis, veniunt nihilominus fructus à die primi iudicij, & quare,deciſ.173.nu.22.23. & ſeqq. & num.30.& 31.

Reſtitutione in integrum ex iuſtis cauſis reuiuiſcit prima lis, & omnia in priſtinum reponuntur, dec.173. n.26.

Reſtringitur renunciatio,quietatio, & diſpoſitio ad cauſam, propter quam facta eſt, dec.247.n.66.

Retentio nec pro vero credito competit aduerſus ſpolium iudiciale,deficiente contumacia,vel culpa, dec.142.n.30.

Retentio in ſubhaſtatione nulla datur pro vero credito, ſi poſſeſſio amiſſa fuerit culpa Rei conuenti ob contumaciam, ſecùs vbi idem comparuit, & ſe oppoſuit, dec.130. num. 8. & 9.

Retentionis ad effectum debet creditum eſſe liquidum, dec. 242.num.29.

Retentioni pro ſumma debita quando non ſit locus, dec.217. num.13.14.& 15.

Retentioni in caſu nullitatis,credito non liquido, ita vt contrarium in petitorio probari non poſsit,non eſt locus, ſed pro liquidatione requiritur confeſsio partis, vel res iudicata, dec.193.n.22.

Retractus iuris cauſa qui tenetur reſtituere, non debet eſſe in damno,nec de euictione cauere, deciſ.210.nu.26.

Retrodonatio abſque inſinuatione, & ſolemnitatibus Conſtitutionis Carpenſis ad Ægidianam lib.5. cap. 25. nulla eſt, deciſ.132.n.16.

Retrotractionis ad fictionem non requiritur concurſus actualis extremi ad quod,ſed ſufficit potentialis,d.200.nu.29.

Retrouenditione rei adiudicatæ cum ſolutione pretij, & iurium ceſsione,hypotheca,ſi quæ adhuc competeret adiudicatario dicitur extincta, & tranſlata in emptorem, & ceſsionarium,deciſ.246. num.17.

Reus, & conuentus agere dicitur de damno euitando, deciſ. 199.num.7.

Rot.rec.par.4.tom.1.dec.443.num.6.declaratur, d.233.nu.9.

Rota deciſio in Ciuitatis Caſtelli Supplementi Legitimæ 22. Iunij 1640. coram Merlino declaratur,d.173.n.21.

S

SAcramentum idem ſemper debet operari.dec.165.n.30.

Saluianum competit ad effectum retinendi ſolam poſſeſſionem,donec creditor ſit ſatisfactus,deciſ.128.nu.5.

Saluianum competit etiam habenti clauſulam conſtituti ſuper re.ad quam agit, & quare,dec.186. num.13.

Saluianum non intrat ex obligatione conditionali non purificata, dec.195.nu.21.

Saluianum excluditur regulariter oblatione ſolutionis, deciſ.210.nu.20. Lim ſeu Decl.vt n.21.23.& 24.

Saluiani, & iuris offerendi natura, & finis immediatus eſt diuerſus,& in quibus conſiſtat diuerſitas, d.127.num.28.

Saluiani requiſita, dec.195.nu.1.dec.210.num.1.

Saluiani remedium quamuis ſit interdictum adipiſcendæ, eſt tamen de pignoribus, hoc eſt de poſſeſsione rerum obligatarum,deciſ.246.num.3.

Digitized by Google

Saluiano non eget, qui poſſidet, cum ſit remedium adipiſcendæ, deciſ.186.n.11. Lim. vt num.12.

Saluiano aufertur ſola poſſeſſio, ſeu detentatio, per quam non dicitur ſecuta euictio, dec.124.n 9.

Saluiano auocatur ſola poſſeſſio ex iuſta immiſſione, deciſ. 126.num.5.

Saluiano agi poteſt contra debitorem debitoris, deciſ. 210. nu.13.

Satisfactio alterius eſt ab allegante concludenter probanda, dec.242.n.18. dec.197.n.12.

Scientia probatur coniecturis, dec.165.n 8.dec.232.nu.3.

Scientia adiudicationis, & actorum noui infert ad ſcientiam nullitatis, deciſ.139. num.8.

Scientia litis patris in filio præſumitur ex ſimultanea habitatione, & quia occupauerit omnia bona, d.146. nu.5.

Scientia poſſeſſionis captæ alicuius nomine præſumitur ex illius cohabitatione, & ſanguinis coniunctione, deciſ. 176.num.3.

Scientia crediti quando probetur ex inhibitione creditoris, & epiſtola debitoris, dec.233.n.3.5.& 6.

Scientia crediti anterioris probatur leuioribus probationibus, dec.233.num.4.

Scriptura qualibet informis adminiculum facit, d.166. nu.8.

Sententia Iudicis facit præſumptionem etiam contra tertium non citatum, dec.126.nu.2.

Sententia obtenta contra principalem debitorem, citato etiam tertio poſſeſſore, poteſt contra eumdem tertium exequi, concurrente facultate capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, ſecus ſi eo non citato, dec.128.num.17.

Sententia reintegratoria facit reintegratos veros poſſeſſores dec.130.num.16.

Sententia corruit, quando cauſa propter quam lata fuit, deuenit ad non cauſam, dec.130.nu.17.

Sententia fundans ſe in ſubhaſtatione, & in deliberatione, quæ euidenter nulla ſit, eſt notoriè iniuſta, d.130.nu.18.

Sententia notoriè iniuſta nunquam tranſit in iudicatum, dec.130.num.19.

Sententia Iudicis poteſt in aliquibus capitibus ſeparatis approbari, & in alijs per appellationem impugnari; ſecus in laudo, dec.133.n.10.12.13.& 14.

Sententia redditur in inuitos, ſecus verò laudum dependens à compromiſſo voluntario, & eo magis ſi iuramentum contineat, dec.133.nu.13.

Sententia iuſtificari debet ex eiſdem, non ex nouis, deciſ. 134.num 8.

Sententia interpretationem recipit ab actis, & intelligitur prout de iure, dec.161. n.7.

Sententia in iudicatum tranſacta habet executionem paratam, & parit actionem perſonalem iudicati vel in factum, etiam in actione reali, dec.164.nu.1. & 3.

Sententia adiudicationis executioni demandata priuat poſſeſſione, dec.169.nu.12.

Sententia, ſeu decretum habet præſumptionem iuſtitiæ, & validitatis, dec.169.nu.15.

Sententia ſola adiudicationis abſque apprehenſione non probat poſſeſſionem, dec.184.num.8.

Sententia in ſaluiano iuſtificari poteſt ex nouis in eo, quod ante eam non fuit oppoſitum, dec.186. nu.31.

Sententia quando dicatur valida, & iuſta, dec.190.nu 7.

Sententia an, & quando ferri poſſit extra diem citationis, dec.193.nu.3.

Sententia quando ſuſpendat executionem, & vulneret viam executiuam, laudumque tollat, dec.198 nu.10.& 11.

Sententia retrotrahitur ad diem petitionis, & ſi de illo tẽpore, quod petebatur, eſſet controuerſum, deciſ.200. num.28.

Sententia inter alios, & ſine actis, & præſertim de recenti lata non probat contra tertium, dec.223. num.14. Lim. vt num.15.16. & 17.

Sententia ferri poteſt prout in prima abſque alterius contrariæ reuocatione in vim clauſulæ, Quam, & quas, & quando non fuit ex aduerſo appoſitum, dec.242.n.6.& 7.

Sententia in ſaluiano, hypotheca deficiente; dicitur iniuſta, dec.246. num.2.

Sententia graduatoria mandante, pecuniam inueſtiri, & quod ipſa, & inueſtimentum ſtare debeat loco cautionis de reſtituendo prioribus, & potioribus, non dicitur antiqua hypotheca extincta, & maximè dotis fauore, dec. 239.num.15. Ampl. vt n. 16.

Sententia commodum qui vult, debet illam adimplere ex parte ſua abſque alterius partis interpellatione, deciſ. 159. num.5.

Sententia nullitatem, & iniuſtitiam allegans tenetur probare per proceſſus exhibitionem, dec. 169.n.19.

Sententia prima nullitas, & iniuſtitia influit in ſecundam, dec.174.num.16.

Sententia qui acquieuit, & in illius executionem ſe obligauit, non eſt amplius audiendus, dec.195.n.16.

Sententia ſolius exhibitio non ſufficit ad docendum de illius, & ſecutæ ſubhaſtationis nullitate, dec. 204.n.14.

Sententia iuſtificari debent ex proceſſibus, dec. 169.nu 17. Lim. vt num. 18.& 19.

Sequeſtrum iudiciale an priuet poſſeſſione, deciſ.196.n.16.17.

Signatura eſt adeunda pro declaratione Reſcripti & interim timenda inhibitio, dec.190. nu.20.

Simulatio non datur ſine cauſa, dec.147.n.15.

Simulatio regulariter non præſumitur, ſed eſt probanda ab allegante, dec.179.n.8. Lim. vt n.9.

Simulatio data cauſa ſimulandi, probatur etiam coniecturis, dec.179.nu.10.& 22.

Simulatio probatur ex præcedenti tractatu, & eo magis ex effectu ſecuto, dec. 179.n.12.& 16.

Simulatio arguitur ex inſolitis, & ex nimia adhibita cautela & diligentia, dec.139.n.14.& 34.

Simulatio facilius procedit inter coniunctos, dec. 179. nu.15.

Simulatio præſumitur ex receſſu ab acquiſitione non per viam venditionis, ſed declarationis, dec.179.num. 18.

Simulatio præcedentis actus probatur ex ſubſecuta recognitione bonæ fidei, dec.179.nu.20.

Simulatio arguitur ex negligentia, & taciturnitate, deciſ. 179 num.21.

Simulatio probatur ex propria confeſſione, dec.179.n.30.

Simulatio facilius præſumitur, quam ſcripturarum ſuperfluitas, dec.179 num 31.

Simulatio præcedentis actus arguitur ex ſecreta ordinata retentione ſcripturarum ad actus declarationem pertinentium dec.179.nu.32.

Simulatio ceſſat, ceſſante cauſa ſimulandi, dec.179.nu.35.

Simulatio, & illius cauſa quando ceſſet, dec.212.n.12.13.

Simulata præſumitur alienatio, ſi res remaneat in cataſtro alienantis, dec.179.num.17.

Simulationis ad effectum coniecturæ debent eſſe vrgentes, & efficaces, dec.147.n.16.

Simulationis ſuſpicionem ad excludendum admittitur coniectura deſumpta ex qualitate perſonæ, dec.147. num.18. vbi de aliquibus qualitatibus.

Simulationis exceptio an in poſſeſſorio admittatur, deciſ. 179.num.24.

Simulationis tres ſunt ſpecies, & quæ, dec.179.nu.38.

Singula, quæ ſint imperfecta, & non conſtituant legitimam probationem, adminiculantur tamen, & corroborant, dec.196.num.7.

Socius non tenetur niſi pro rata ſua adminiſtrationis, deciſ. 132.num.8.

Socius à ſocio conuentus ad redditionem rationis poteſt opponere de non reddita ab agente, & de non adimplemento pro eius parte, dec. 132. n. 10.

Socius in re communi partem habet in parte qualibet. deciſ. 169. num. 5.

Socius agere, & obtenere non poteſt pro certa ſumma, niſi præcedente liquidatione, dec. 217. n. 9.

Socij decocti debiti rata tranſit in alios ſocios pro virili, dec. 129. num. 23.

Socij ambo ſi in eadem apotheca adminiſtrarunt, & ambo fuerunt negligentes in exigendo, cenſentur ad inuicem, ſe liberaſſe à redditione rationis, & dicitur inter eos inducta mutua compenſatio, dec. 132. num. 9.

Solemnitates non requiruntur in recognitione bonæ fidei, & ſolidatione computorum, dec. 132. n. 17.

Solemnitates in contractu rei Eccleſiæ quando non requirantur, vel requirantur, dec. 163. nu. 10.

Soluens debitum proprium non acquirit ex ceßione iurium tranſlationem, ſed quietationẽ, & liberationẽ, dec. 129. n. 15

Soluens libere poſterioribus creditoribus ſcientiam habens anteriorum, non procurata cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, tenetur ad horum fauorẽ de proprio, ac ſi non ſoluiſſet, dec. 233. n. 1. & 7. Ampl. vt n. 10. 17.

Solui aliud pro alio, inuito creditore, non debet, dec. 151. n. 16.

Solutio vera. & realis probatur ex verbis Notarij, Manualiter, & in contanti habuit, & recepit, dec. 145. n. 15.

Solutio in diſcußionibus, & ſententiis graduatoriis fieri debet gradatim, anteriori prius, & deinde poſteriori, d. 200. n. 7.

Solutio in dubio referenda eſt ad creditum certum, & non controuerſum, dec. 200. nu. 10. Decl. vt nu. 11.

Solutio approbat deliberationem, & calculum, deciſ. 218. num. 15. Decl. vt nu. 16. & 17.

Solutio reſpectu temporis, de quo agitur, dubia non eſt attendenda, dec. 219. num. 17.

Solutio à duobus debitoribus de re communi communiter facta intelligitur ab vtroque pro rata, & vtrique prodeſt liberatio, dec. 229. num. 4.

Solutione imaginaria vt extincta ſit obligatio, & idem agat, & recipiat vti creditor, ſimul ſtare non poſſunt, dec. 194. num. 10.

Solutiones æquiuocæ non probant ſufficienter, ex qua cauſa facta ſint, dec. 231. num. 7.

Sortis cenſus loco ſuccedunt fructus ad effectum ſuper illis exercendi priorem hypothecam, dec. 239. nu. 18.

Spoliare dicitur Iudex non ritè, & rectè procedens non ſecus ac priuatus, dec. 231. num. 12.

Spoliatus à Iudice in forma iudicij non eſt manutenendus, nec reintegrandus, ſed audiendus in petitorio, & in gradu appellationis, dec. 220. nu. 11. & 12.

Spoliato in iudicio poſſeßorio, vel obligationis Cameralis, in quibus non admittitur appellatio ſuſpenſiua, quomodo ſuccurratur, dec. 220. nu. 12.

Spolium excluditur ex turbiditate materiæ, dec. 128. n. 25.

Spolium commiſſum, vt minus legitime proceſſum non dicitur, ſi erratum in facto fuerit, & quare, dec. 129. num. 13.

Spolium ad excludendũ ſuffieit excipere de mandato, & adiudicatione facta Iudicis auctoritate, niſi probetur iniuſtitia, vel nullitas ſubhaſtationis, & deliberat. dec. 134. n. 1.

Spolium purgandum eſt, etiamſi ſpoliator poſſet ex alia cauſa retinere, dec. 130. n. 22.

Spolium purgatum non cenſetur ex emptione, ſeu retrovenditione, & poſſeßione illius vigore, dum emptor neſciuit nullitatem adiudicationis, dec. 139. nu. 5.

Spolium iudiciale ceſſat in ſubhaſtatione facta pro vero, & reali credito, & vbi ex publicis inſtrumentis conſtat de non iure agentis, dec. 145. n. 23.

Spoliati, ſeu illius auctoris poſſeſſio anterior probanda eſt ab agente ſpolio plene, & concludenter, dec. 184. n. 1.

Ampl. vt non ſufficiat poſſeſſio inſtrumentalis capta à non habente ſpeciale mandatum, d. dec. 184. n. 2. & ſeqq.

Spolium quando non dicatur violentum, nec attentatum, dec. 173. num. 6.

Spolium iudiciale non dicitur attentatum, nec violẽtum, niſi fuerit commiſſum cum vi expulſiua, deciſ. 245. num. 4.

Spolij ad effectum debet iniuſtitia eſſe notoria, & euidens, & quæ nullo colore velari poßit, non autem ſufficit quælibet, dec. 128. nu. 24.

Spolij in iudicio non habet locum regula, dolo petis, quod ſtatim reſtituturus es, dec. 131. nu. 21.

Spolij remittendi conſenſus deficit in eo, qui eſt actui præſens, & ſpolium ignorat, dec. 139. num. 6.

Spolium prætendens ex perſona auctoris probare debet illius poſſeßionem, dec. 169. num. 1.

Spolij primum extremum requirit probationes exactiſſimas, & indubitatas, dec. 169. n. 2.

Spolij actio non competit ſucceſſoribus non iuſtificata primo extremo auctoris poſſeſſione, dec. 184. n. 7.

Spolij iudicium non retardatur exceptione fideicommißi etiamſi iura ſpoliantis talia forent, vt eorum vigore ſtatim immitti deberet, niſi confeſſione partis, vel re iudicata eſſent canonizata, dec. 131. n. 19. & 20. Ampl. vt n. 21. in fi.

Spolio in iudiciali vt obtineatur requiritur probatio clara, & euidentis nullitatis, & iniuſtitiæ ſententiæ, d. 145. n. 1. 4.

Spuriæ dotem legandi facultas data patri ceſſat, ſi cum alia dote iam nupta ſit, dec. 140. n. 9.

Stabilium fructus æſtimantur ad rationem quinque pro centenario, deciſ. 182. num. 4.

Statutum Bononiæ circa mercatores decoctos reſpectu concurſus creditorum ad fauorem creditorum, non debitoris emanauit, dec. 207. nu. 4.

Statutum Bononiæ circa diſtributionem bonorum mercatoris decocti inter omnes creditores locum habet etiam in debitis iuratis vti à Papa in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia confirmatum, dec. 207. n. 15. 20. & ſeqq. vbi reſp. contrariis.

Statuta Bononiæ circa mercatores decoctos an amplectãtur creditores non mercatores, & ex alia cauſa, d. 207. nu. 18.

Statutum Vrbis mandat inter Ciues, & Incolas ſeruari Ius Ciuile, dec. 165. nu. 14. Decl. vt nu. 17.

Statutum Vrbis requirens ſolemnitates in alienatione, permutatione, & omnibus contractibus minorum locum habet etiam in emptione, dec. 172. n. 26.

Statutum loquens de poßidente intelligitur de poſſeßione vera, dec. 192. n. 14.

Statutum ſuper continuatione poſſeßionis defuncti in hæredem poſſeßionem reſpicit de tempore obitus, & ab illa die ſumit initium, deciſ. 204. nu. 3.

Statutum de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredem non habet locum in bonis emphyteuticis in præiudicium Domini directi, vel habẽtis ab eo cauſam, d. 204. n. 6. & 7.

Statutum de continuanda poſſeßione defuncti in hæredem non habet locum in poſſeßione à tertio occupata defuncto viuente, dec. 204. num. 4.

Statutum ſuper diſtributione pœnæ rumpentis pacem locum habet etiam in promiſſione cum iuramento, & quare, dec. 207. n. 9.

Statutum quando dicatur confirmatum à Papa in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia, & per viam legis, dec. 207. num. 21. 25. & 28.

Statutum Bononiæ circa præſcriptionem an procedat ſtante iuramento, dec. 207. nu. 22. & 24.

Statuta Bononiæ fori mercatorum vti confirmata à Papa in forma ſpecifica dicuntur Papalia, & obſeruanda, dec. 207. num. 26.

Digitized by Google

Statutum legitimè confirmatum prohibens omnem modum per quem poteſt tolli ius & obſeruantia Statutorum comprahendit etiam contractus iuratos, dec. 207. n. 29.
Statutum de præſcriptione an procedat in præteritis, dec. 207. num. 38.
Statutum diſponens ſuper probatione per teſtes intelligitur, vbi quis velit intentionem fundare ſuper ſolis teſtibus non ſi etiam ſuper alijs ſcripturis, & probationibus, deciſ. 160. num. 3.
Statuti qualitates ſunt probandæ ab illo, qui in eo ſe fundat, dec. 192. num. 4.
Statuti beneficio vti poteſt creditor, ad cuius fauorem inductum eſt, non obſtante iuramento debitoris ab alterius creditoris fauorem, dec. 207. n. 5.
Statuto de duabus conformibus non eſt locus, ſi ſententiæ ſint iniuſtæ, dec. 129. nu. 1.
Statuto de duabus conformibus locus eſſe non poteſt ſi ſententiæ non ſint validæ, nec iuſtæ, dec. 174. n. 1.
Statuta laicalia non poſſunt tollere vim iuramenti, dec. 207. n. 19. Lim. niſi ſint à Papa in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia confirmata, d. dec. 207. n. 20.
Statuta laicalia executionem præbentia publicis inſtrumentis Clericos non comprehendunt, dec. 236. nu. 24. Ampl. vt num. 25. 26. 27. & 28.
Stipulari nemo poteſt extraneo, dec. 247. n. 5.
Stipulatio Notarij pro omnibus, quorum intereſt in obligatione Camerali comprahenſa tertio etiam ſuffragatur, dec. 145. n. 16.
Stipulatio pro omnibus quorum intereſt non intelligitur de habentibus intereſſe ſecundario, dec. 210. n. 7.
Stipulatio pro omnibus, quorum intereſt in obligatione Camerali prodeſt omnibus cauſam habentibus à ſtipulatoris tempore à perſonis inſtrumento nominatis, deciſ. 210. num. 10.
Stylus derogat ſolemnitatibus requiſitis in ſubhaſtatione de iure communi, & eſt attendendus, dec. 219. nu. 25.
Stylus quando probetur atteſtatione Curialium, & Notariorum, dec. 219. nu. 24.
Subhaſtari poteſt res hereditaria ab altero ex heredibus poſſeſſa, quamuis debitum ſit cum coherede commune, & eo magis ſi vnuſquiſque ſe obligauerit in ſolidum, deciſ. 145. num. 20. & 21.
Subhaſtatio ſpatio 30. annorum præſumitur facta ſeruatis ſeruandis, dec. 54. n. 2.
Subhaſtatio ſecunda, ſeu alterius rei quando fieri non poſſit, dec. 148. num. 8.
Subhaſtatio non probat concludenter valorem rei, illiuſque iuſtũ pretium, d. 152. n. 1. & 2. Ampl. vt d. n. 1. Dec. vt n. 4.
Subhaſtatio de iure fieri non poteſt, mandato executiuo non relaxato, dec. 171. num. 16.
Subhaſtatio eſt nulla, & irrita, reſcripti forma non ſeruata, dec. 171. n. 18.
Subhaſtatio bonorum captorum per ſaluianum in vim reſcripti, & licentiæ Sanctiſſimi fieri poteſt abſque alia relaxatione mandati executiui, dec. 171. numer. 19. & 20. Decl. vt num. 21.
Subhaſtatio contra plures, inter quos ſit Clericus, facienda eſt in foro Eccleſiaſtico, & aliter facta eſt reuocanda, dec. 176. num. 6.
Subhaſtatio non poteſt verificari ex nouiter deductis, deciſ. 190. num. 18.
Subhaſtatio, & deliberatio facta poſt appellationem eſt notoriè nulla, & attentata, & eo magis ſi poſt inhibitionem, dec. 193. n. 10. & 11.
Subhaſtatio exceſſiua dicitur iniuſta, dec. 198. n. 17.
Subhaſtatio, & condemnatio pro fructibus non debitis dicitur iniuſta, dec. 198. n. 18. & 26.
Subhaſtatio redanna[illegible] nulla, ſi in ea pecunia non interueniat, dec. 199. n. 14. Lim. & [illegible] n. 15. 16 & 18.
Subhaſtatio impediri non poteſt à tertio poſſidente iure pignoris etiam anteriori, dec. 205. n. 3. Ampl. vt nu. 4.
Subhaſtatio facta pro ſumma contenta in mandato de re maioris valoris, & quæ pluris vendita fuit, non eſt nulla, ſed illud plus reſtitui debet debitori, vel deponi pro expenſis, dec. 211. n. 17.
Subhaſtatio, & deliberatio nulla eſt facta contra pupillum, citato falſo illius tutore, dec. 215. n. 6. Ampl. vt n. 7.
Subhaſtatio facta, non obſtante oblatione, ac depoſito, nulla eſt, niſi ſumma aliqua deficiat, dec. 237. n. 9. & 11.
Subhaſtatio pro ſumma in mandato contenta ſuſtinetur, quamuis res ſubhaſtata pluris valeat, dec. 249. num. 4.
Subhaſtationis ignorantia allegari non poteſt ab eo, cum quo facta fuit, dec. 145. n. 11.
Subhaſtationis iudicio intentato, conſuolari adhuc poteſt ad aliam actionem, dec. 149. n. 1.
Subhaſtationis in pretio comprahenſum dicitur id, de quo in ſubhaſtatione ratio habita fuit, dec. 152. n. 5.
Subhaſtationem nulliter paſſo competit & reintegratio, & manutentio, dec. 130. num. 10. & 13. in fin.
Subhaſtatione approbata non poſſunt illius nullitates allegari, deciſ. 145. num. 9.
Subhaſtationi coram Iudice appellationis non eſt locus, actis non tranſportatis, nec mandatis executiuis relaxatis, dec. 171. n. 12. & 26. Ampl. vt n. 17.
Subhaſtationi in ſaluiano quando ſit locus, deciſ. 218. num. 3.
Submittere ſe Statuto, & Foro à pari ambulant, d. 193. n. 14.
Subreptionis exceptio non excuſat ab inhibitionis obſeruantia, dec. 228. n. 8.
Subreptionis commiſſionis cognitio non ſpectat ad partem inhibitam, ſed ad Principem, dec. 228. n. 9.
Subrogatio, ex fictio non cadit ſuper impoſſibile, deciſ. 192. nu. 12.
Succeſſor contrahentium factum impugnare non poteſt, dec. 188. num. 4.
Succeſſor ſingularis dicitur creditor ex alterius perſona, dec. 181. num. 3.
Succeſſores an efficere poſſint, vt vnus in ſolidum teneatur ſtricto iure, dec. 247. num. 97.
Succeſſorium edictum quare introductum, dec. 247. nu. 45.

T

Tempus vbi eſt de ſubſtantia, debet præcisè probari, dec. 219. num. 18.
Tempus indeterminatè probatum non reſpicit magis vnum tempus, quam aliud, dec. 200. num. 15.
Termini penſionis non petiti in primo iudicio non intelliguntur remiſſi, & peti poſſunt, etiam ſi in ſententia fuerint omiſſi, dec. 143. n. 7.
Terminus ad reluendum eſt neceſſarius poſt decretum deliberationis, dec. 170. n. 10.
Terminus, Niſi infra tot, currere incipit à die intimationis, & illo durante in deliberatione, dicuntur bona ſtare ſub haſta, & poſſunt alij, & maiores oblatores offerre, dec. 226. num. 6. 7. 8 & 9.
Tertius poſſeſſor allegans, bona, quæ olim ad communem debitorem ſpectabant, ad ſe modo pertinere titulo pleno proprietatis, & dominij, impedit, ne executiue procedatur ad ſubhaſtationem, & deliberationem, d. 171. n. 21.
Tertius poſſeſſor non poteſt executiuè conueniri, dec. 192. n. 1. Lim. vt n. 2. Sublim. vt n. 3.
Tertius non poteſt executiuè conueniri, dec. 205. numer. 1. Lim. vt num. 20. 21. 22. & 32.
Tertius pro executione impedienda non tenetur dominium, & titulum iuſtificare, ſed ſufficit, vt illũ alleget, & probet

poſſeſſionem

Digitized by Google

poſſeſſionem, dec.205. [illegible] numer.23.24.25.26. 28. & ſeq.

Tertius poſſeſſor citatus in quolibet actu non impedit proceſſum executiuum, dec.257 n.15. Ampl.vt n.16.

Tertius litem ſciens, & acquirens, ea pendente, dicitur fraudis particeps, deciſ.240.n.19.

Tertij ius quando non poſſit allegari, dec.230.n.17.

Tertij exceptio aliqualiter iuſtificata operatur ſuperſeſſoriam in vlteriori executione, dec.238. nu.10.

Tertio ad effectum executionem impediendi ſatis eſt probare poſſeſſionem, & allegare titulum, abſque alia probatione, dec.171.num.6.

Tertio iure donationis poſſidente, non eſt contra eum ad vlteriora in executione procedendum, deciſ.212. n.17.

Teſtator diſponere poteſt & de re propria, & de bonis, & iure hæredis grauati, dec. 191.n.18.

Teſtator non poteſt facere, vt hæredes teneantur vltra portiones hæreditarias, deciſ.247.n.9.32.& 33.

Teſtis non diminuitur de fide, ex quo à parte requiſitus ad examen acceſſerit, dec.131.n.6.

Teſtis in dicto non concludens non probat, dec.152.num.12.

Teſtis vnicus iunctis adminiculis, & coniecturis probat, deciſ. 179.n.26. Ampl.vt ibid. & n.28.

Teſtis vnicus deponens de facto proprio probat plus, quam ſemiplene, & adminiculatus ex dicto aliorum duorum plene, deciſ.219.n.30. & 31.

Teſtis dictum ſuper valore ſuppletur ex inſtrumentis locationum, dec.131.n.7.

Teſtis dictum regulatur à ſcientiæ cauſa, dec.245.n.8.

Teſtes nulliter examinati magnum faciunt adminiculum, deciſ. 131. num.3.

Teſtes duo plene probant, dec.245.n.10.

Teſtium depoſitiones in reuelationibus in vim monitorij vti extraiudiciales non probant, dec.147.num.8.

Teſtium depoſitiones dubiæ interpretari debent, vt excludatur fraus, dec. 147.n.9.

Theſaur.iun.q.16.n.10.& 13.declar.dec.233.nu.8.& 19.

Titulus iuſtificandus eſt in petitorio, ſeu quando agitur de illius canonizatione, ſecus vbi agitur tantummodo ad impediendam viam executiuam, dec.171.n.7.

Titulus quomodo probetur, dec. 171. n.9.

Titulus non eſt in manutentione inſpiciendus, niſi quando probationes ſunt pares, dec.181.n.18.

Titulus nullus an impediat immiſſionem alterius, d.204.n.18.

Titulus præſumitur ex poſſeſſione, dec.205.n.24.

Tituli nullitas opponi poteſt etiam in iudicio manutentionis vti poſſeſſionem perimens, dec.227.n.10.

Tituli inualidi, & inſufficientis productio præſumptionem tollit melioris tituli, dec.234.nu.6.

Tranſactio facta cum cedente quando probet in præiudicium ceſſionarij, dec.132. nu.3.

Tranſactio de ſui natura habet execut. paratam. deciſ. 193. nu.8.

Tranſactio habet executionem paratam, vt res iudicata, dec.206.num.3.

Tranſactionis inita per auctorem exceptio nocet etiam illius ſucceſſori, dec.206.n.15.

Tranſactione extinguuntur omnia priora iura, d.132. numer. 2.11.

Tranſportatio præſumitur integra, facta præſertim in vim præcepti Iudicis, dec.242.nu.5.

Tranſportatione non facta de omnibus actis ſtat præſumptio vt exactis non tranſportatis ſententia, ſeu decretum iuſtificatum remaneat, dec.134 n.2. Ampl. vt n.6.& 8.

Tranſportatio actorum omnium requiritur ad effectum docendi de nullitate, & iniuſtitia ſententia, & ſubhaſtationis ſecuta, dec.204.n.13.

Tribunal A.C. & Locumtenentium an ſit idẽ, dec.198.n.25.

Tutor, excepta matre reſpectu dotis, præſumitur ex adminiſtratione de ſuo credito ſatisfactus, dum doloſe omiſit ſcribere aliquid in inuentario, dec. 166. nu.24.

Tutor nulliter contrahens tenetur, pupillum à damno releuare, dec.216.num.13.

Tutor præſumitur, penes ſe habere fructus bonorum hæreditariorum, &, niſi de illis rationem reddat, patitur executionem mandati relaxati contra bona hæreditaria debitoris, dec.233.nu.15.16. Ampl.ut nec hoc caſu ſufficiat indicare, & relaxare corpora hæreditaria, d. dec. 233.n.16.

Tutor ſoluens libere poſterioribus creditoribus, ſcientiam habens anteriorum, non procurata cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, tenetur ad horum fauorem de proprio, ac ſi non ſoluiſſet, dec.233. n.1.7. ampl. vt numer. 10. 17.

V

VAliditas mandati probatur ex actis requiſita omnia continentibus, dec.237.n.4.

Valor domus meliorata intra modicum temporis ſpacium auctus tribui debet melioramentis potius, quam temporis beneficio, dec.131.num.2.

Valor melioramentorum liquidari non poteſt, nec in quo res ſit effecta maioris pretij, niſi probetur ſtatus anterior, dec. 151.num.11.Lim.vt ibid.& n.12.

Valor rei minuitur in ſexta parte, ſi ſit emphyteutica, deciſ. 152.num.5.

Valor verus æſtimandus eſt per Iudicem coniecturis, & præſumptionibus diligenter deligendis, dec.152.num.7.

Valor verus non probatur ex teſtibus generice, & æquiuoce deponentibus qualitatem deteriorationis, & bonorum deteriorationem, deciſ.152.n.9.

Valor non probatur ex cauſis deteriorationis non ſucceſſiuis, nec perpetuis, deciſ.152.n.10.vbi exempla.

Valor quomodo ſit probandus, deciſ. 174. nu.8.

Valor verus rei elicitur ex deliberatione, deciſ. 206. num.11. Lim.vt num.13.

Valor rei euicta, vti ex tempore variabilis, attenditur de euictionis, non promiſſionis tempore, deciſ.206.n.12.

Valor fructuum probatur ex libris publicis loci, d.209. n.2.

Ampl.vt modica ſumma probetur etiam ex libro priuato illius, qui fructus recepit, d.dec.209.num.3.

Ampl.vt probetur leuioribus probationibus, d.209.nu.4.

Ampl.vt poſſit Iudex ſe ex officio informare, & liquidare, d.deciſ.109.num.5.

Valor bonorum probatur ex relatione peritorum, qui æſtimarunt, & ex inſtrumento dationis in ſolutum à Iudice facta, dec.209.num.6.

Valor iuſtus rei ex quibus diminuatur, deciſ.49.n.5.

Valor ſtabilium ſolet conſtitui ad rationem quinque pro centenario, dec.232.nu.8.

Valoris magni res non poteſt ſubhaſtari pro paruo credito, aliis exiſtentibus minoris valoris, deciſ.215. nu 8.

Variare an, & quando poſſit creditor circa executiones, iudicia, remedia, res, & Iudices, dec.236. nu.23.

Variatio licita eſt in executiuis de re ad rem, de actione ad actionem, de perſona ad perſonam, etiam lite pendente, & vno modo facta executione dec.149.nu.2.dec.150.nu.1.

Variatio ordinis, & modi defenſionis non operatur notorium grauamen, dec.126.n.14. Ampl.vt n.15.

Vendentis ſucceſſores tenentur de euictione, & ad damna, & intereſſe, dec.247. num.87.

Venditio ſubhaſta non fit à ſolo creditore, ſed etiam à debitore in perſona Iudicis repræſentato, dec.127.nu.10.

Venditio cum reſeruatione dominij ante pretij ſolutionem, donec ſolutio facta non fuerit, non dicitur venditio, ſed

Digitized by Google

locatio vel alius contractus non transferens dominium, dec.153.num.1.& 4.

Venditio includere cenſetur, quidquid intra limites aſſignatur, niſi contrarium probetur, dec.231. n.3.

Venditio à creditore fit, vel iure communi, vel iure creditoris dec.246. num.19.

Venditionem approbare dicitur, qui ad retrouenditionem agit, dec.145.num.5.& 12.

Venditionem fatetur, qui illius reſciſſionem petit, d.231.nu.5.

Venditionis, & illius conſenſus differentia ad quos effectus procedat, dec.127.num.9.

Venditor cum reſeruatione dominij poteſt executiuè agere per viam aſſociationis & contra emptorem, & contra tertios habentes ab eo cauſam, dummodo in relaxatione mandati citentur, dec.149.n.6.

Venditor, qui dominium ſibi reſeruauit, donec pretium ſibi ſolueretur, habet beneficium rei venditionis, & aſſociationis, dec.153.n.14.

Venditoris hæredes tenentur in ſolidum ad defenſionem, & euictionem indiuiduam, dec.247.num.7. Declar.vt num. 21. 37.& 39.

Verbum, Aſſignare, quando importet, vel non tranſlationem dominij, & dationem in ſolutum, dec.205. nu.3.

Verbum, Eamdem, eſt repetitiuum, dec.216. nu.4.

Verba, In euentum, in quem, denotant conditionem ſuſpenſiuam, dec.200.num.3.

Verba, In perpetuum, in obligatione intelligi debent iuxta ſubiectam materiam, dec.223.n.9.

Verba, Omnia, & ſingula, comprahendunt omnia, nec admittunt reſtrictionem, dec.207.n.30.

Verba, Per alcun modo, ſunt effrenata, & comprahendunt etiam impropria, dec.207.n.17.

Verba, Pleno iure, quid ſignificent, dec.234.nu.11.

Verba, Pleno naturali, & titulari dominio, verificantur etiam in ſimplici dominio hypothecæ, videlicet poſſeſſionis, & perceptionis fructuum, dec.234.nu.10.

Verba, Prout iuris fuerit, appoſita in reſcripto de ſubbaſtandis bonis captis per ſaluianum quomodo intelligantur, dec.138.num.2.& 4.

Verba ſententiæ in poſſeſſorio latæ, Moleſtias fuiſſe temere illatas, in perpetuum ſilentium imponi, an faciant, mixturam, dec.155. nu.15.

Verba, Sia buono, &c. reſpiciunt tempus præſens non futurum, dec.179.num.43.

Verba, Vt pote ab initio ei ſuppoſitam, quid ſibi velint, deciſ. 248.num.3.

Verſio in vtilitatem minoris probanda eſt ab allegante, deciſ. 199.num.6.

Via executiua non poteſt agi contra tertium poſſeſſorem, dec. 128.num.9.

Via eadem executiua, qua poterat agi contra defunctum, agi poteſt contra hæredem, dec.224.n.7.

Vidua non poteſt dotem repetere ſecundum ius commune ante curſum anni luctus, & ex Statuto Vrbis ante lapſum termini ſex menſium, dec.174.n.9.& 10.

Vidua retinens bona viri pro ſecuritate dotis poteſt ob hæredum moram ſibi dotem non reſtituentium procedere ad eorum ſubbaſtationem, dec.222.n.1.

Viduæ non habenti, vnde ſe alat, alimenta præſtant viri hæredes dotem non reſtituentes, dec.222.n.11.

Vir non poteſt vendere rem vxoris abſque mandato, & vendens, nec dominium, nec poſſeſſionem transfert, d.185.n.2.

Viri promiſſio iurata de dote reſtituenda in caſu reſtitutionis inducit coniecturam veritatis confeſſionis de recepto dec.166.nu 9.

Viri præſentia, & conſenſus in dotatione, quam facit vxor inducit tacitam confeſſionem, quod bona ſpectent ad vxorem, dec.186.num.23.

Viri hæredes, anno luctus durante, non tenentur reſtituere dotem in mobilibus, & pecunia conſiſtentem, ſed alimenta præſtare, nec interim faciunt fructus ſuos, dec.187.n.1.

Virum fuiſſe procuratorem vxoris, non poteſt impugnare, qui conatur ex illius geſtis inducere ratificationem vxoris, & cum eo tamquam tali contraxit, deciſ.185.n.12.

Voluntas, & intentio contrahentium quoad partem infert ad totum, dec.220. num.2.

FINIS.

Digitized by Google

iquidar

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google